






Terpstr

N R W

Horner

(Terpstra)
NRN

[illegible]

ANTIQUITAS HOMERICA.

EDENTE

J. TERPSTRA,

PHIL. THEOR. MAG. LITT. HUM. DR. GYMNASII ERASMIANI APUD ROTERODAMENSES PRAECEPTORE.




LUGDUNI BATAVORUM,

APUD S. ET J. LUCHTMANS,

Academiae Typographos.

1831.



PATRI CARISSIMO

W. TERPSTRA,

Phil. Theor. Mag. J. U. et Litt. Hum. Doct.
Erasmiani Gymnasii Rectori,

ET

SOCERO DILECTISSIMO

H. W. TYDEMAN,

J. U. Doctori et in Academia Leidensi
Professori Clarissimo,

in publicum pietatis atque observantiae testimonium hoc qualecunque opus suum grato et devoto animo dedicat

A U C T O R.

PROOEMIUM.

Diu est, ex quo operi, quod pro virili parte confectum jam edimus, manus admovere in eoque apparando omne quantulumcunque otium consumere coepimus. Quo libro scribendo ne post Doct. Everhardi Feithii Antiquitates Homericas rem factam fecisse atque oleum et operam, ut ajunt, perdidisse videamur, paucis, B. L., accipias, quae operis suscipiendi caussa, quae elaborandi ratio, quod edendi propositum fuerit: quibus cognitis et consilium a me captum probabis, et in juventutis utilitatem perfectum intelliges, nec jam dudum antea initum esse, ni fallor, miraberis.

A quo scilicet tempore Homerum ex Graecis auctoribus mihi cepi, quem nocturna, ut in proverbio est, diurnaque manu versarem, ut eum, quantum liceret, in succum et sanguinem verterem: ex eo igitur tempore omnem, quem licuit, apparatum collegi, quo Poëtae non verba tantum rite interpretarer, sed sententias etiam adsequerer: quo heroicae aetatis mores et instituta, omnemque adeo eorum hominum vivendi, agendi, cogitandique rationem penitus perspicerem. In qua supellectile Homerica haud ultimo mihi loco fuit Everhardi Feithii de

antiquitatibus Homericis liber egregius, per quem eam cum Homero ejusque heroibus familiaritatem me contracturum esse sperabam, ut praesens praesentibus interesse, in iisque mediis versari mihi viderer. Cui spei defuit eventus. Nam in Feithio alia reperi, quae non satis dilucide explicata erant, ut ex iis Homerica plane intelligerem: alia, quae interpretatu difficiliora existimabam, in Viri Doct. libro aegre desideravi. In his igitur ad alia Poëtae interpretandi subsidia confugi, ad Homeri dico Scholiastas, ad recentiorum, inprimis Köppenii, Heynii et Nitzschii adnotationes, et ad cetera haud pauca Doct. Virorum scripta, quibus eorum, quae ad Iliadis et Odysseae intellectum faciebant, alii alia explicuerunt. Haec omnia ita in meum usum converti, ut in charta pura, quam Stöberianae, qua utebar, Feithii editioni[1] inseri curaveram, ea adscriberem, quae aliorum sententia cognita aut Feithianis magis mihi quidem placebant, aut ad Homericae antiquitatis cognitionem necessario requirebantur. Ita in dies excrevit adnotationum mearum copia, quam augebat etiam iterata Ho-

1) Quae tertia est et novissima. 8°. Argent. an. 1743. Primam curavit Henr. Brumanus, Scholae Zwollanae Rector, qui hos propinqui sui de Antiq. Hom. libros velut e naufragio servavit. Vid. Brum. praef. Prodiit autem forma 12°. Lugd. Bat. apud A. Severinum an. 1677. Secunda exiit Amstel. apud Salomonem Schouten 8°. ann. 1726, editio, ut in titulo legitur, accuratior. Editionis an. 1743 exemplaria omnia anno 1773 jam divendita esse et novam editionem (quae tamen, quantum novi, nunquam exiit) parari, patet ex J. J. Björnstahls reize door Europa enz. Tom. V. p. 72.

Homeri lectio, eo diligentius instituta, quo minores jam erant difficultates, quibuscum in Poëta interpretando luctandum erat.

In ea autem adscriptarum rerum farragine nonnunquam fiebat, ut vix aut ne vix quidem, quae vellem, exinde depromere possem. Quod cum indignabar, adnotata denuo explorata in ordinem redigere et describere constitui, ut iis ad Feithii librum in Homeri studiosorum commoda augendum et emendandum aliquando uterer. Eadem enim illis, quae mihi, ad rectam Poëtae carminum intelligentiam et defutura et profutura esse videbantur: nec eam omnibus felicitatem obtigisse arbitrabar, ut veterum recentiorumque interpretum opera in rem suam usurpare liceret. Quam quidem opportunitatem humanissime mihi obtulerunt J. Geelius, quem Vir. Cl. plurimis a me laudibus praedicandum in hoc opere adornando adjutorem nactus sum unum in paucis egregium, et vero Doct. J. T. Bergmannus, cui multis benivolentiae testimoniis me obstrictum gratus profiteor. Quod igitur ceperam consilium, Patri, quem unice amo, aliisque Viris Doct., plurimum de me meritis, communicavi, qui, ut in eadem mente susceptoque labore permanerem, uno quasi ore amice me adhortati sunt. Laudabant enim Feithii librum, ad Homeri carmina cum utilitatis fructu legenda aptissimum, quo scilicet, ut ait Gronovius [1], » materiam illustravit Auctor, unam profecto ab so-

» ler-

1) In praef. Thes. Antiq. Graec. Vol. VI. p. 15.

» lerti tot eruditissimorum virorum gravitate non » tactam, eo tamen magis necessariam, quanto Ho» merus et aliis est praestantior et omnibus doctri» nae rebus partibusque praebuit exordia, et vetustam » Graeciam alioqui prorsus obscuram et ignoran» dam unus aperuit et enarravit posteris." Quantum autem luminis post Feithium Homeri carminibus ex variis recentiorum scriptis accesserit, Iidem Viri, quos laudabam, in memoriam mihi revocarunt, ex quorum sententia Doct. Viri vel critica instituenda vel interpretatione conscribenda de Poëtae carminibus deque omnibus adeo optime meruerunt, quotquot Graecarum literarum studia diligunt. Quae Feithium [1], seculo decimo sexto viventem, nisi omnia,

1) Natus autem est Vir. Doct. Elburgi Gelrorum, honesta familia, quae summos in patria gessit honores. Postquam aliquot annos Philosophiae, praesertim quam Peripateticam vocant, impendisset: relictis velut asperis inamoenisque sylvis, ad elegantiores litteras animum applicuit, tanto studio et diligentia, ut brevi in intima non tantum Graecae sed et Hebraeae linguae adyta penetrarit. Cujus amplissimum ei perhibuere testimonium Cl. Bearnensis Academiae Professores. Post longam peregrinationem in patriam redux offendit foederatum Belgium terrificis Hispanorum, Spinola ductore, exercitibus perculsum: et, nisi egregia, constansque etiam in adversis nostrorum virtus obstitisset, in infelicissima fueramus fata projecti. In hoc armorum strepitu Feithius patria excessit, et in Gallia larem fixit, Graecamque linguam est professus, clarus amicitia Doct. Casauboni, Puteani, illustrisque Thuani. Rupellae (la Rochelle) vero in Santonibus, famulo comitante obambulans, in civis Rupellani aedes vocatur: ac (magistratu diligenter licet inquirente), nusquam

nia, maximam certe partem latuerunt. Tu igitur, ita monebant Illi, tu Feithii librum auctum et emendatum denuo edito, eaque illi literarum Graecarum lumina adjungito, quae hac nostra aetate exorta sunt: quo facto, studiosae juventuti grati quid egeris, illudque perfeceris, quod, ut in nostris, ita in aliorum votis jam dudum fuisse tibi affirmare nulli dubitamus.

Haec illi. Ego vero a tantis viris consilium probari gaudens, laetus et morae impatiens, quid valeant vires, experior. In quo opere aliquamdiu occupatus, locos ex aliis praeter Homerum ejusque interpretes auctoribus ductos Homericis a Feithio intersertos vidi. Utrum recte et jure id factum esset vehementer equidem dubitabam. Quis enim testimoniorum ex Literis sacris, Pindaro, Sophocle, Euripide, Aristophane, Apollonio Rhodio, Q. Smyrnaeo, ex juris codice aliisque auctoribus desumtorum in Homerica antiquitate usus esse poterit? Quibus si quis uti velit, nae ille Graecam antiquitatem universalem conscribat, ut, quid in ritibus, moribus et institutis ex aevo heroico servatum, quidve mutatum sit, accurate expositum exemplis illustret et confirmet. Quod qui agat, eodem nec minore jure recentiorum, incultiorum praesertim, populorum mores, instituta et cetera collegerit, ut quae et his et Graecis communia, quae singulis propria fuerint, exponat ex eaque comparatione variam efficiat populorum indolem et na-

quam post a suis conspectus est, ingenti litterarum detrimento. Ita Henr. Brumanus in Epist. ad J. Coccium, Feith. Antiq. Hom. editionibus praefixa.

naturam. Sed nec Feithius, ut suspicor, illud voluit, neque ego certe cogitavi. Si quae alia, haec profecto scientia certa et accurata, id est, e fontibus ipsis recte ducta esse debet. Antiquitatem mere Homericam exponere fert animus, id est, eam heroici aevi imaginem delineare, qua illius aetatis instituta cum sacra tum civilia describantur, et heroum mores, vitae ratio, artes et cetera adumbrentur omnia, quae ex ipso et uno Homero, velut ex limpidissimo fonte, hausta, ad eorum temporum hominumque cognitionem valeant: qua quidem cognitione nihil cum ad utilitatem praestantius tum ad voluptatem suavius esse potest. Quae cum dico, non omnes alios auctores neglectos volo: sed in Homerica antiquitate iis non nisi raro utendum, et illos tantum ex iis locos usurpandos esse contendo, quibus de heroicis temporibus aliquid memoriae prodiderunt, ut ex eorum auctoritate, quae Homeri testimoniis innixa sit, interpretationis nostrae praesidium tuto petere liceat. In eorum numero principes sunt auctores et antiquiores et recentiores, qui scriptis suis Poëtae carmina illustrarunt: tum celebriores Grammatici et optimae notae Lexicographi: omnes denique, qui vel data opera Homericae antiquitatis capita quaedam explicuerunt, vel in Graecorum moribus et institutis, cum publicis tum privatis, universe tradendis, heroica item tempora attigerunt, vel artium, legum et scientiarum originem et progressus tradentes Homerica capitulatim persecuti sunt. Quos omnes hîc recensere, praesertim cum in ipso hoc opere suis singulos locis citaverimus, putidum et ineptum fore du-

duximus. His autem ita usi sumus, ut prius, quatenus cum Homero congruerent, diligenter exploraremus, nec gravissimorum etiam scriptorum auctoritate moti quidquam poneremus, nisi Poëtae testimoniis innixum. Quod in pluribus, nec tamen in omnibus, facere potuimus. Sunt enim in Homero, quorum sententia omnino nos latet: in quibus inscitiam ingenue professi ἐπέχειν, quam conjecturis indulgendo vana tradere maluimus. Sunt etiam, in quibus vel re vera sibi repugnat Poëta, vel repugnare nobis saltem videtur: quae simpliciter, ut erant, ita tradenda, nec ad lubitum contorquenda nobis esse duximus, ne divini Poëtae carmina in systematis normam et angustias redigeremus, quas et θεοῦ ὁρμηθεὶς ἀοιδὸς et tota antiquitatis natura horret ac respuit. Ceterum in criticas de Homeri locis, qui spurii habentur et interpolati, disquisitiones non descendimus, quippe quae ut a nostro instituto alienae, ita virium mearum tenuitate majores sunt, et ad heroici aevi cognitionem parum aut nihil fere utilitatis afferunt. Quae Homeri nomine feruntur, interpretibus in consilium adhibitis accurate explorata, quatenus ad Antiquitatem Homericam pertinere videbantur, nostro more exposuimus, aliorum sententiis refutandis haud immorati, ne inanem potius doctrinae ostentationem sequi, quam juvenum studiis inservire videremur.

Aliam igitur ad Homericam antiquitatem tradendam rationem iniit Feithius, aliam mihi in iisdem explicandis ineundam esse duxi. Quocirca Viri Doct. librum ex meo consilio immutandum magis, quam

emen-

emendandum esse arbitrabar. Etenim si in augendi emendandique proposito permansissem, nonnulla ita mihi augenda et emendanda videbam, ut alia omnino fierent, nec nisi obscura manerent prioris formae vestigia. Haec autem vel in bonam vel in malam partem (quod alii judicent) mutata Feithii nomine edere et rei natura dissuadebat, et ipsius Doct. Viri fama vetabat, et vero (quid enim diffitear) mihi displicebat. Ex Stöberiana tamen Feithii editione servavi, quae salvo instituto nostro servari poterant: id est, cum operis in libros, capita et paragraphos [1] divisionem; tum testimonia, quae ex Homeri carminibus petita erant: partim, quod discipulorum utilitati et commoditati magis inserviendum erat, quam scriptionis elegantiae et suavitati; partim, ne testimonia Homerica allata negligentes aliis quaerendis operam perderemus. Nec tamen aliter fieri potuit, quin et in illis quaedam mutarem. Alia scilicet capita et paragraphos sejuncta jungenda, alia juncta separanda esse duxi: alia omisi, nova alia addidi, quae recensere operae pretium non est: utrum recte fecerim, videant aequi hujus rei judices. Quod ad testimonia, quae diximus, attinet, a Feithio datis alia, eaque, quantum licuit, ex utroque Poëtae carmine addidi, quo discipuli et Iliadem et Odysseam ab uno eodemque auctore profectam esse plenius et oculis ipsi suis perspicerent. In iis autem locis citan-

1) Quae a Stöbero profectae in prima Feithii editione non inveniuntur. Vid. Stöber. ad s. edit. praef.

tandis, ne nimia testimoniorum copia modum excederemus, neu eorumdem inopia dictis fidem auferremus, ea, qua par erat, diligentia cavere studuimus.

Ad Graeca Homeri verba [1] quod attinet: haec a Stöbero in ea, quam curavit, Feithii editione [2], latinis reddita sunt. Quem Viri Doct. morem nobis haudquaquam servandum esse duximus. Iis enim Graecarum literarum studiosis scribimus, qui aliquam, nec contemnendam Graecae linguae scientiam sibi compararunt, quibusque, in ipso Homero legendo occupatis, interpretatu haud ita difficilia erunt Poëtae verba: immo eo erunt faciliora, quod Graecis earum rerum, quas proximo quoque loco latinis verbis explicitas dedimus, vel testimonia vel exempla continentur. Dein, quis quaeso est, qui ex accuratissima etiam versione vel veteres omnino auctores vel praesertim poëtam Homerum cognosci et percipi posse serio contendat? Audiamus locupletissimum profecto hujus rei judicem, D. Wyttenbachium, virum summum, qui in Epistola Critica ad Phil. Guil. Heusdium Vir. Cl. [3] » si nil nisi facta quaerimus, in» quit, ut in historia, possit sane scriptor in vulga» rem

1) In quibus ex Iliade describendis Heynii, ex Odyssea Ernestii textum secuti sumus.

2) Graeca nec ab ipso Feithio versa fuisse videntur, quae quidem in prima Antiq. Hom. editione an. 1677 sine versione typis excudenda curavit Brumanus.

3) Quae exstat in Cl. Heusdii Spec. Crit. in Platonem pag. xxxvii, et repetita est in D. Wyttenbachii Opusc. Tom. II. p. 1 seqq.

» rem (quidni et Latinam) linguam verti: sed ita, » ut pereat omne orationis lumen et acumen, omnis » affectus sensusque dictionis, omnis gratiae venustatisque flos, quae omnia singulis verbis et constructione continentur nec alia in lingua pariter » exprimi possunt: veluti ex magno intervallo pulcri corporis non nisi universam faciem extremis » quasi lineis designatam videmus: peculiares pulcritudinis partes, os, oculos, obtutum, lineamenta, vultum, colorem, animi morumque significationem non videmus. Neque adeo facta ipsa recte » intelligere possumus sine cognitione opinionum, » institutorum, morum, omnium omnino rerum illius aetatis." Et ita cetera verissime. Quibus rationibus moti discipulorumque adeo gratia a latina Homeri et Scholiastarum (qui intellectu fere faciliores sunt) versione abstinuimus.

In eo praeterea a Stöberiana Feithii editione deflexímus, ut segmentorum minorum ordinem et argumentum, non, ut ille, in ipsa capitum fronte significata exhiberemus [1]. Totius scilicet operis prospectum huic editioni praefiximus; qui duplicem usum praestaret: unum lectoribus, ut uno quasi oculorum obtutu conspicerent, quae pluribus enarravimus: alterum vero ipsi huic operi, ne copioso rerum indice adjungendo in nimiam molem excresceret.

Ali-

1) Quod nec in prima an. 1677 edit. factum vidimus, quae omni quippe indice caret. Duplicem, alterum *rerum et verborum*, alterum *Auctorum* indicem suae edit. adjecit Stöberus.

Alium contra Graecorum verborum, quae in contextu interpretati sumus, indicem haud ita amplum confecimus, nostro quippe operi congruum.

Stöberianis denique animadversionibus et Joannis Isaäci Heupelii observationibus Philologico-Criticis, quantum ex nostro consilio licuit, usi quidem sumus, attamen rarius, quod plerosque locos Homericos, qui a Feithio citatis ibi adduntur [1], ipse adnotatis jam adscripseram. Ipsum enim Homerum lectitaveram, priusquam consulerem, qui ex eodem fonte sua hauserunt. Quod in omni hac re tenendum est. Nam usu saepius mihi evenit, ut recentiorum quorundam scriptis, quae ad rem meam pertinebant, evolvendis nihil aliud proficerem, quam ut eundem eos mecum fontem adiisse intelligerem. Quos nihilominus scriptores, ubi res ferebat, eo consilio citavi, ut juvenibus innotescerent, nec mihi eos ignorasse crimini verteretur. Sciens contra antiquitatis compendia, numero plurima, non commemoravi: nam leviter fere in iis res Homericae perstringuntur, uno excepto Doct. H. Hase, qui in tractanda antiquitate Graeca universali satis magnam prioris voluminis partem Homericis ex Feithii norma delineandis dedicavit [2]. Exstat praeterea, quam frustra diu quaesitam Doct. Bergmanni humanitate nactus sum, cum praelo aliquamdiu jam ex-

1) Ceteris enim uti vetabat instituti mei ratio.

2) Operis titulus est: Griechische Alterthumskunde von Dr. H. Hase. zwei Bändchen. Dresden. 1828.

exerceretur liber, quem edimus, exstat igitur F. C. Petersen Prolusio de statu culturae, qualis aetatibus Homericis apud Graecos fuerit [1], in qua quidem prolusione auctor dudum sibi propositum fuisse ait, ut antiquitatem Homericam, quae post Feithium nimis neglecta jaceret, paulo accuratius describeret. Quod Viri Doct. consilium ut laetus cognovi, ita necdum effectum esse mei causa vehementer doleo.

De oratione latina, qua librum conscripsimus, non fere est quod dicam: suum cuique et a ceteris saepius omnino diversum est de ea judicium. Nos quidem non verborum fucum et ornatum sed simplicitatem et perspicuitatem sectati sumus, Schelleriani praecepti memores, quo, in libris didacticis, inquit, non tam refert venuste quam perspicue scribere.

Haec sunt, B. L., quae praefanda habui. Quid hoc libro sequeremur enarravimus: utrum assecuti simus, tu judices. Me quidem, si ad Homerum cum utilitatis et suavitatis fructu legendum et ad aetatem heroicam ab omni parte penitus percipiendam, hoc qualicunque opere nostro aliquantum juventuti me profuisse intellexero, operae haud unquam poenitebit. Verissima scilicet sunt, quae monuit Heusdius Vir Cl., Praeceptor carissimus: » Neque, inquit, » justum studii fructum ex antiquorum scriptorum » lectione capere iis licet, qui etsi aliqua instructi » antiquitatum, quae vocantur, cognitione, tamen ad » le-

1) Eam dedit Auctor Hauniae anno 1826.

» legendum suas ipsi opiniones afferunt; nec ab omni
» praejudicata sententia integri castique ex solius scri-
» ptoris ejusque gentis et moribus et opinionibus,
» tam bonis illis quam perversis, ipsum legendo in-
» telligere conantur. Et vero, nisi nos in ipsius
» scriptoris ejusque civium et aequalium interiorem
» indolem et quasi naturam penitus insinuaverimus,
» magnopere verendum, ne ejus quibuscunque de re-
» bus opiniones ac sententias, quotquot quidem a
» nostra cogitandi existimandique ratione abhorreant,
» commenta, ineptias, saepe etiam aegri capitis so-
» mnia vocemus. Scilicet, quoad non accurate per-
» cipimus antiqui aevi ab hoc nostro discrepantiam,
» antiqua nobis monumenta tractantibus quandam
» quasi nubem objicere haec discrepantia solet, per
» quam nobilissimos antiquitatis viros, non sua, sed
» deformi, sed ridicula nonnunquam specie contue-
» mur. E qua eorum specie ad cognoscendos ipsos
» conjecturam ducentes, quidni eos vituperemus, ri-
» deamus, despiciamus [1]?" Haec de Platonis sui
studio Cl. Heusdius, quae eodem jure de Homero va-
lent et dignissima sunt, ut in antiquis literis diligen-
ter a juvenibus observentur: » Non enim sufficit le-
» ctitasse (antiquos auctores) et tractasse: accedat
» oportet, quod haud scio an omnium sit difficilli-
» mum, studium antiquitatis interius, ut insinues
» te prorsus in ipsam antiqui aevi cogitandi, sentien-
» di, dicendi rationem: quod qui non facit, expli-
» ca-

1) Vid. V. Cl. Specimen Criticum in Platonem p. XIV seq.

» cabit verborum dictionumque usum et significatio-
» nem, ipsam auctoris sententiam et mentem non
» explicabit [1]."

Scripsi Roterodami mense Aprili an. 1831.

1) Ita Idem Vir. Cl. in Epist. ad F. Creuzerum data et praefixa Initiis Phil. Plat. P. 1. p. 29 seq.



OPERIS

OPERIS CONSPECTUS.

LIBER PRIMUS.

*** §. 3.

§. 8.

LIBER SECUNDUS.

§. 5.

§. 2.

§. 2.

§. 5.

LIBER TERTIUS.

§. 2.

§. 4.

§. 1.

LIBER QUARTUS.

§. 7.

§. 4.

§. 3.

can-



ERRATA.

Pag. 142. pro δέκαδας et δέκαδες χρυσίοι leg. δέκαδα — χρυσία.

J. TERPSTRA,

ANTIQUITAS

HOMERICA.

J. TERPSTRA,

ANTIQUITAS

HOMERICA.

ANTIQUITATIS HOMERICAE LIBER PRIMUS.

CAPUT PRIMUM.

DE DIIS VETERUM GRAECORUM.

§. 1. Priscorum Graecorum mores et instituta, cum publica tum privata, sacra scilicet, civilia, militaria et domestica Homero duce descripturi, a sacris ordinem ducemus, natura cuique praeeunte ac dictante, principem omnium esse Deum, et prae ceteris respiciendum. Quod eo magis ita sumus facturi, quia prisci illi Graeci religiosa numinis veneratione nihil prius antiquiusve habuerunt. Ipsi enim a Deorum voluntate omnia pendere, et quaecunque sive prospera sive adversa agerent, numinum vel iniquitate vel benivolentia accidere putarunt. Quod cum sibi persuasum haberent, quid mirum, si a Deorum auxilio implorando omnia auspicati sunt. Itaque a Deorum cultu Homericae antiquitatis initium jure nobis facere videmur.

§. 2. Primis temporibus, teste Herodoto [1], promis-

1) Hist. L. II. c. 52, 53. De primis Graecorum Theologiae origini-

miscue omnibus Diis Pelasgi sacrificia faciebant, nullo cuiquam nomine aut cognomine imposito, quae longo demum tempore elapso ex Aegypto ad illos perlata refert. Quadringentis non amplius ante se annis Homerum atque Hesiodum primos fuisse censet, qui Graecis theogoniam versibus consignarent, Diis cognomina darent, honores et munera distribuerent atque eorum imagines designarent [1]. Quae quidem Herodoti verba non ita sunt accipienda, ut ea omnia Homerum et Hesiodum primos invenisse existimemus: his enim repugnant quae de Orpheo, Musaeo aliisque veterioribus sunt prodita. Immo vero fuit Graecis mythologia ante Homeri et Hesiodi tempora: hi vero e populari traditione, quae ad Deos pertinent, omnia diligenter relata confirmarunt et ornata auxerunt, ita ut dein fere soli in Graecorum theologia principes haberentur et quasi auctores [2].

§. 3. Miram et absurdam prorsus priscis istis temporibus de Diis opinionem fovebant mortales. Ut ipsi erant, ita sibi Deos informabant. Eandem iis cogitandi, agendi et vivendi rationem affingebant, quam ipsi sequebantur, iisdemque cupiditatibus et affectibus Numina moveri credebant, quibus sese impelli sentiebant. Verbo, eo maxime et unice fere ab

nibus conferri meretur P. F. A. Nitsch's Beschreibung des häuslichen, Gottesdienstlichen etc. Zustandes der Griechen etc. zweite auflage von G. G. S. Köpke. Erfurt 1806. tom. I. p. 640 seqq.

1) Hist. L. II. c. 53. Vid. Briefe über Homer und Hesiodus etc. von G. Hermann und F. Creuzer. Heidelb. 1818. et auct. qui cit. p. m. 27. Cf. Cl. P. van Limburg Brouwer, Proeve over de zedelijke schoonheid der Poëzij van Homerus p. 8 seq.; quod elegantissime conscriptum opus nuper in linguam Gallicam versum et V. Cl. in B. Constantis de Iliade et Odyssea sententiam adnotationibus auctum prodiit. Leodii apud J. de Sartorius-Delaveux.

2) Cf. quae disputat P. F. A. Nitsch Op. l. tom. I. p. 647 seqq. et G. W. Nitzsch Erklärende Anmerk. zu Homer's Odyssee. Erster Band. L. I—IV. Hannover. 1826. Proem. p. XIII. seq. et in adn. ad libr. l. ibi l.

ab hominibus Dei erant diversi, quod in rebus omnibus, ut honestis ita pravis, mortalibus praecellentes, atque immortales, securam vitam ducerent et ab omni parte beatam.

§. 4. Princeps in poësi Homerus nobis in universa hac commentatione dux erit et auctor, cujus quidem, quae nobis relicta gratulamur, carmina divina in heroicae illius aetatis cum ceteris institutis tum sacris etiam describendis ita religiose semper consulta secuti sumus, ut, rivulis iisque admodum saepe turbidis neglectis, ex ipso fonte limpidissimo, quae studii nostri sitim explerent, hauriremus. Quae dicta ne ita de sacris rebus interpreteris velim, quasi omnes, quos variis locis Poëta dispersit, Deos in unum colligere et suis quemque elogiis sigillatim describere constituerim: id enim longum esset et a consilio nostro alienum: summa legisse capita et quae ad Graecorum Homeri aetate de Diis opinionem pertineant universe monuisse sufficiat.

§. 5. Horum alios majore cultu et veneratione prosequebantur Graeci, minore alios. Diversas tamen Deorum classes illas ignorabant, quae postea constitutae sunt. Unus Zeus longe ceteris potestate, fortitudine et auctoritate excellit, quem cuncti verentur. Reliquorum aequalis fere est in sua cujusque imperii parte vis et potestas. De Geniis et Heroïbus, quos recentiores proprie ita vocant, in Homero ne verbum quidem. Δαίμονας enim generatim dicit Deos [1], et Ἥρωες sunt homines virtute vel quacunque demum arte praestantes. Quo nomine Graeci vel auctores suos vel potissimum reges, vindices ac propugnatores omninoque meritis eximios viros coluerunt, quos

1) Quasi δαήμονας, fati distributores et administratores. Vox itaque δαίμων Il. VII, 291. XVII, 98. XIX, 118 et similibus locis (quae nonnulli de postea ita dictis daemonibus interpretantur) idem valet quod θεός.

quos propter factorum aut utilitatem aut magnitudinem honoris causa Deorum prolem praedicabant [1]. Deinde invaluit, ut Heroës haberentur virtute insignes viri e Deo Deave prognati, iidem qui Semidei. Heroicis temporibus Deorum numerus propterea sine modo crevit, quod et quibuscunque mundi ac vitae humanae partibus vel singulos vel plures praeesse, et omnia, quae mortales eximia cogitarent, facerent, dicerent, Deorum numine fieri existimarent, ita ut cogitata, facta, dicta, cupiditates, affectus, verbo, humana omnia in Deorum potestate posita esse, et a numinis cujusdam vi pendere sibi persuasum haberent [2]. Deum esse, summum bonum habebant; proximus qui Deo erat, proxime ad summum bonum accedebat, et θεῖος dicebatur, Διῒ φιλος vel διογενής [3].

CAPUT SECUNDUM.

DE DEORUM SINGULORUM OFFICIO.

§. 1. Humana omnia ad Deos, ut vidimus, transferebant Graeci, quo factum, ut, suae sibi imbecillitatis conscii, nec unum numen omnia in rerum natura perficere ac moderari posse statuerent, et in Deorum turba aliis alias partes ac munera distributa esse sibi persuaderent. Zeus, Croni et Rheae filius, paterno regno cum fratribus Poseidone et Hade diviso, coeli imperium sortitus est et tempestatum moderamen

1) Cf. P. F. A. Nitsch Op. l. tom. II. p. 191 seqq. et G. W. Nitzsch Op. l. proem. p. 13 seqq. 2) Cf. G. W. Nitzsch ad Od. III, 26—28. ibiq. locos ab eo citatos et ad I, 53. 3) Hinc adj. θεῖος Homero generatim notat eximium, praestantem virum. Cf. infra L. I. c. 4. §. 6.

men [1]: unde tonitrua, imbres, aliaque *μετέωρα* subinde Illi tribuit Homerus. Erat Huic major quam ceteris vis ac potestas, quem adeo, ut homines, Tyranni instar verebantur et timebant [2]. Ast idem hic *ἄνδρων τε θεῶν τε πατὴρ* cum reliquis Diis nil valet contra *Μοῖραν* s. *Αἶσαν*, id est, non intermissam illam et cuncta domantem vim, qua humana omnia ferebantur: Fatum dicunt Latini. Hanc *Μοῖραν* Zeus et cetera numina, quatenus ad fatalem necessitatem pertinet, ex sua voluntate administrare, vel accelerare aut differre potest: tollere vero et mutare nequit [3]. Ipsius filiae sunt preces, *Λιταί* [4]. Uxorem habet Heren, majorem ex mariti imperio honorem nactam, Deam ceterum odiosam, difficilem, iracundam, litibus et discordia gaudentem [5]. Hujus nuntia Iris [6], quae tamen aliis etiam Diis Deabusque adest, et Hermae fere partes in Iliade agit [7]. *Εἰλείθυιαι* s. *Εἰλείθυια μογοστόκος* (promiscue enim modo unam [8] modo plures [9] Ilithyias memorat Poëta) partus et parturientium curam gerunt, Heres filiae [10]. Maris imperium tenet Poseidon [11], qui equestris item rei praeses

1) Vid. Il. XV, 186 seqq. 2) Ejus enim voluntati se opponere eamve frustari ne Deus quidem potest, ut leg. Od. V, 103 seq. Cf. Il. I, 565. VIII, 5 seqq. et passim. 3) Vid. de *μοίρᾳ* Nitzsch ad Od. III, 236 seqq. ibique plurimi ex Homero loci allati, quos hic notare supersedemus. Cf. Idem ad Od. I, 33 et IV, 204. Heyne Var. Lectt. et Observ. ad Il. VI, 488. et Cl. W. Wachsmuth Hellenische Alterthumskunde vol. I. p. 88. De quo libro vid. Bibl. Crit. Nova. vol. IV. p. 246 seqq. 4) Il. IX, 498. ibiq. Heyne. 5) Vid. Il. passim. 6) Vid. e. g. Il. XV, 157. XXIV, 144. 7) Vid. Il. XI, 185. XXIII, 198. inde *ποδήνεμος*, *ὠκέα* dicitur ut Il. V, 368. 8) Il. XVI, 187. XIX, 103. 9) Il. XI, 270. XIX, 119. 10) Il. XI, 270. ibiq. Heyn. De Ilithyiis peculiari libello egit Cl. Boettiger. Ilithyiae antrum memoratur Od. XIX, 188. In earum locum dein successerunt Hera et Artemis: haec vero ad Homerum non pertinent. 11) Il. XV, 190. Ejus religio propria Pyliis. Heyn. ad Il. XI, 727. Audit *ἐννοσίγαιος* Il. XV, 184 et passim: *γαιήοχος* Il. XIII, 59. *ἐνοσίχθων* vs. 12.

ses [1]. Hades, Ἅδης, Ἀΐδης [2], Inferorum Deus, cujus regnum s. domus ita visu terribilis, ut ipsi eam Dei horreant [3]. Πυλάρτης item dicitur, quod a foribus arcet [4], quas, ex heroïcae aetatis more, canis custodit [5]. Ipsius regni pars Erebus, intervallum caliginosum Terram inter et Hadem medium [6], in quo degunt Erinnyes [7], pietatis in suos, v. c. in parentes [8], in fratrem natu majorem ceterosque violatae Ultrices, a quibus ob fas violatum ipsi Dei puniuntur [9]. Qui diris aliquem devovent, eas invocant [10], quibus auditis ad eas exsequendas promtae adesse solent [11]. Infra Haden est Tartarus, ubi Titanes, Urani soboles, οἱ ἔνερθε θεοὶ Κρόνον ἀμφὶς ἐόντες, et inde ὑποταρτάριοι dicti, sedem habuerunt [12]. Inferorum flumina memorantur Acheron, Pyriphlegethon, Cocytus et Styx [13], per quem jusjurandum Diis maximum est et gravissimum [14]. Uxorem habuit Hades Persephonen, Demetris filiam [15], eodem cum marito munere et honore gaudentem [16]. Apollo, Latonae filius et Zei [17], in insula Delo natus [18], divinationis [19], cantus et musicae Deus, sagittandi singulari peritia eximius [20]. Homeri ae-

1) Hymn. in Nept. vs. 5. Cf. inpr. Nitzsch ad Od. III, 5. ibiq. laud. auct. et ad Od. IV, 708. ibiq. not. 2) Il. VIII, 368. 3) Il. XX, 65. inde στυγερὸς dicitur ut Il. VIII, 368. 4) Ut explicat Heyn. ad Il. l. l. Cf. Köppen ad eund. l. 5) Cerberi nomen ignorat Homerus. Cf. Heyn. Var. Lectt. et Observ. ad Il. l. l. 6) Tum omnino de inferis adhibetur. Vid. Heyn. et Köpp. ad l. l. 7) Il. X, 567 seq. 8) Il. XXI, 412. 9) Il. XV, 204. ibiq. Heyn. Numerum ignorat Poëta. De Ἄτῃ Dea et Jovis filia agit Homerus Il. XIX, 90 seqq. Cf. ibi interpp. Ἐριννὺς ἄτην ulciscitur L. l. vs. 87. 10) Ut Il. IX, 454. 11) Vid. Il. IX, 567 seq. 12) Vid. Il. XIV, 274, 279 ad q. l. cf. Heyn. et Köpp. adn. 13) Od. X, 513 seq. 14) Vid. Od. V, 85 seq. et Il. passim. Cf. infra L. II. c. 5. 15) Hymn. in Dem. vs. 2. 16) Vid. e. g. Od. X, 534. Il. IX, 457. 17) Il. I, 9. 18) Hymn. in Apoll. vs. 119. 19) Cf. Muller Op. l. vol. II. p. 337 seqq. quam a Jove πανομφαίῳ accepit. Hymn. in Merc. vs. 468. et in Apoll. vs. 132. 20) Inde ἑκατηβόλος, et ἑκηβόλος passim dicitur. Cf. Nitzsch ad Od. III. 278. In Thracia cultus Od. IX, 197. De Sminthio cognomine vid. interpp. ad Il. I, 39. et Muller Op.

aetate Apollo nec medicinae curam habebat nec Solis regimen, quae munera posterior ei tribuit aetas. Solis enim cursum regit Helios, Hyperionis et Euryphaessae filius [1]: medicinae deus Paeon, Παιήων [2]. Hermes, Zei et Majae filius, Deorum nuntius, lucri Deus, vafer omnibusque ad rem faciendam accommodatis praefectus [3]. Idem aurea virga animas orco evocat, mortalium oculos mulcet aut dormientes suscitat [4]. Ares bella curat, cujus θεράποντες et filii habentur Δειμός et Φόβος [5], qui ejus currui equos jungunt [6]. Hephaesto Homerus artes fabriles tribuit. Descripta ejus officina invenitur Il. XVIII [7]. Hujus uxor Charis [8]. Dionysus, Semeles filius, vini inventor [9]. Artes omnes complexa est Athene [10], sapientiae Dea [11], cum Arete belli etiam curam sortita [12]. Sociam habet Ἐνυὼ πτολίπορθον [13]. Artemis arcum habet cum fratre Apolline communem, venationi addicta [14], atque inde venatorum institutrix et fautrix. Comitantur eam Nymphae ἀγρονόμοι [15]. Homeri aetate ab Artemide diversa Selene, quae ex Oceano surgens curru per coe-

Op. l. Vol. II. p. 285 seq. ibiq. auct. cit. cll. Ejusd. p. 258 seqq. 292 seqq. et 301 seqq. ubi etiam de nomine φοῖβος agit. De Apollinis canendi arte cf. p. 343 seqq. In Trojano inpr. agro cultus. Vid. Il. I, 39. cl. V, 446, 47, 83. et Muller Op. l. p. 218 seqq. De ceteris Diis a Doribus cultis vid. Id. in fine vol. II. p. 394 seqq. 1) Hymn. in Helion. vs. 3 seq. (2) Il. V, 401, 900. ibiq. Heyn. et Köpp. Cf. Nitsch's Beschreibung etc. vol. II. p. 56. et Muller Op. l. vol. II. p. 297. ibiq. cit. auct. 3) Inde varia cognomina ἐύσκοπος, ἐριεύνης, κήρυξ, διακτώρ. Cf. Nitzsch ad Od. I, 84. Dicitur etiam Ἀργειφόντης, cui Phaeacum principes libant, ὅτι μνησαίατο κοίτου Od. VII, 138. 4) Od. XXIV, 1 seqq. si quidem locus spurius. Vid. Spohn de extr. Odyss. parte. 5) Il. IV, 440. 6) Il. XV, 119. 7) Vs. 369. Cf. Muller Op. l. vol. I. p. 300 seqq. 8) Il. XVIII, 382. 9) Hymn. in Bacch. vs. 57. 10) Il. V, 260. De Athene cf. Nitzsch ad Od. III, 371—378. 11) Od. XIII, 289. 12) Il. V, 430. 13) Il. V, 333 ibiq. Köppen. 14) Hymn. in Dian. vs. 5. Cf. Il. V, 50. XX, 39. Od. VI, 102 seqq. 15) Od. VI, 105 seqq.

coelum vehitur [1]. Δήμητρος καλλιπλοκάμοιο [2] munus fruges terrae, quae ideo Δημήτερος ἀκτὴ a Poëta dicuntur [3]. Aphrodite, Diones filia [4], Amoris omnisque suavitatis Dea, nuptialium rerum curam gerit [5]. Eam famularum instar comitantur Χάριτες, quae Herae opus faciunt, vestem texunt [6] Deamque lotam et unctam vestibus induunt [7]. Complures numero fuisse constat [8], quae Aphroditen quoque comitantur; quamvis in Hymno εἰς Ἀφροδίτην legamus

. . . Χαρίτων . . . . . αἵ τε θεοῖσι
Πᾶσιν ἑταιρίζουσι, καὶ ἀθάνατοι καλέονται 9.

Musis cum Apolline canendi facultas tributa [10], quibus carminis fundendi facultatem acceptam referunt mortales, unde frequens earum invocatio. Θέμις, ut legimus in Homero [11], ἀνδρῶν ἀγορὰς ἠμὲν λύει ἠδὲ καθίζει, ut ita ex lege omnia agantur: est enim justitiae Dea, quae Zei jussu in concionem deos convocat [12]. Nymphae Διὸς habentur filiae [13], quarum aliae Ἀλσηΐδες seu Ὀρεστιάδες, aliae Κρηνίδες et Λειμωνίδες [14]. De singulis Diis haec sufficiant: eadem enim ratione de reliquis omnibus memorare longum foret [15]. Hoc unum

1) Vid. Hymn. in Selenen. Cf. de ea Muller Op. I. vol. II. p. 367 seqq. Artemis Homero praecipue audit ἄνασσα, ut Apollo ἄναξ. 2) Πλοκάμους δεῖ τοὺς στάχυας, aristas, νοεῖν, ut ait Schol. B. et D. ad Il. XIV, 326. 3) Il. XIII, 322. 4) De Dione vid. Il. V, 370 seqq. 5) Ut legitur Il. V, 429. 6) Vid. Heyn. ad Il. V, 338. 7) Od. VIII, 364 seqq. 8) Vid. l. l. Cf. Od. XIV, 267. VIII, 364. et Muller Op. c. vol. I. p. 178 seqq. ibiq. auct. cit. 9) Vs. 95 seq. 10) Vid. e. g. Il. I, 603. Cf Od. VIII, 48. 11) Od. II, 69. 12) Il. XX, 4. Cf. Il. XV, 87. 13) Il. VI, 420. 14) Il. XX, 8 seqq. VI, 420. Od. VI, 123 seq. Il. XXIV, 616. Nymphae memorantur quae ad Acheloum choreas agunt. 15) Vide sis Nereïdas memoratas Il. XVIII, 39 seqq. Sirenas Od. XII, 39 seqq. 167 seqq. Horas Il. V, 748. VIII, 93, 433. XXI, 450, de quibus aliisque numinibus vid. Manso Mythol. Abhandlungen, quem librum mihi inspicere non licuit. De Somno, mortis fratre, Il. II, 1 seqq. XIV, 252, 261, 275. Od. IV, 809 ibiq. Nitzsch, quem cf. de somniis et εἰδώλοις ad Od. l. l. vs. 795. Vid. de ceteris Diis Deabusque plurimi, qui de iis egerunt, auctores, quos citare nostrum non est.

unum addo, Olympum communem esse Deorum sedem regiam, cujus verticem summum Zeus tenet, cum ceteri Dii variis eum partibus incolant. Multis locis hanc Deorum sedem descripsit Poëta, in eamque universe transtulit quaecunque principum heroum regumque domos ornare solebant [1].

§. 2. Regiones quoque integrae, et civitates, quas cuique aptissimas censebant, antiquitus certis Diis fuerunt tributae, quibus veluti numina tutelaria praesidebant singulari inibi religione culti. Ita nemora Pan, prata Nymphae tenuerunt. Inde Phoebus Chrysam ac Cillam tueri, et, ut Aphrodite Cypro [2], ita Tenedo imperare dicitur [3]. Prae ceteris Argos, Spartam et Mycenam caras sibi habet Here [4]. Hinc varia cognomina, quibus memorantur, ut Zei, quem Achilles ita invocat, Δωδωναῖε Πελασγικέ [5]: Aphrodites, quae Κύπρις [6] et Phoebi, qui Ἑλικώνιος ἄναξ [7] audit: urbium enim et insularum, quae ipsis dicatae sunt, domini ac veluti reges habebantur [8]. Omnium urbium curam ad Athenen pertinere censebant, unde ἐρυσίπτολις dicebatur [9]; quo nomine a Trojanis obsessis invocata legitur [10]. In singulis praeterea, principum praesertim, aedibus Διὸς Ἑρκείου, velut ipsarum custodis et defensoris, ara exstructa fuit [11].

§. 3. Singulis rebus humanis intererant Dei, et partium studio ducti mortalium alios odio persequi, ali-

1) Cf. Heyn. Excurs. VIII. ad Il. I, 494. ibiq. Homeri de Olympo loci collecti, ad eosque singulos interpretes. Müller Op. l. vol. II. p. 250 seqq. et A. F. G. Rudolph diss. Phil. Mythol. de sede Deorum Homericorum domestica. Vitembergae a. 1794. ibiq. laud. auct.
2) Hymn. in Aphrod. vs. 293. 3) Il. I, 38 seq. 4) Il. IV, 51 seq. 5) Il XVI, 233. de quibus Zei nominibus vid. Heyn Obs. ad l. l. 6) Il. V, 422. 7) Il. XX, 404 ibique Cl. Heyne. 8) Hinc etiam Zeus est Δωδώνης μεδέων Il. XVI, 234. 9) Ut Il. VI, 305. Hymn. in Pallad. I, 1. II, 3. Cf. Köpp. ad Il. L. l. vs. 92. Eustathius φύλακα πόλεως interpretatur. 10) Il. L. l. 11) Vid. Od. XXII, 335. Cf. infra c. 7. §. 7.

alios amore amplecti solebant, prout vel ipsorum libido ferebat vel sacrificiorum a mortalibus sibi oblatorum copia postulabat et praestantia [1]. Singularem tamen in hominum vitam potestatem et vim a Phoebo et Artemide exerceri censebant, ut, qui juvenes subita morte opprimebantur, eorum telis confecti haberentur. Viros interimit Apollo, ut ex iis patet, quae de Niobes filiis retulit Poëta [2], et cum Agamemnonii gubernatoris [3] ac Rhexenoris in regia ab Apolline confossi [4], tum Oti atque Ephialtis, coelum adscendere parantium [5] exempla confirmant. Feminas praematura morte e vita tollit Artemis, quam, ut Heres ipsam exagitantis verbis utamur,

. . . . λέοντα γυναιξὶ
Ζεὺς θῆκεν, καὶ ἔδωκε κατακτάμεν, ἥν κ' ἐθέλῃσθα [6].

Hujus sagittis matrem suam domitam ait Andromache [7], eademque de muliere refert Eumaeus, quacum a Phoenicibus erat abreptus [8]. Placidam autem mortem subeunt et facilem, quos sagittis mitibus petiit cum Sorore Apollo, iisque mortuis etiam viventium vigor et dignitas servantur: hinc ad Hectoris cadaver senex Priamus

Νῦν δέ μοι ἑρσήεις καὶ πρόσφατος ἐν μεγάροισι
Κεῖσαι, τῷ ἴκελος, ὅν τ' ἀργυρότοξος Ἀπόλλων
Οἷς ἀγανοῖς βελέεσσιν ἐποιχόμενος κατέπεφνεν [9].

Iisdem numinibus corporis sanitatem ac proceritatem ac-

1) Testimonia ubivis in Homeri carminibus obvia. De interventu Deorum in Homero vid. Heynii Excursus I. ad Il. L. I. 2) Il. XXIV, 605. Cf. Eustath. ad Od. III, 280. 3) Od. III, 280 seqq. 4) Od. VII, 64 seq. Unus tamen Orion ab Artemide, quae alias fere feminas tantum interimit, confossus legitur Od. V, 123. De Orionis nece vid. Müller Op. l. vol. II. p. 377 seqq. Ab hac Apollinis in mortalium vitam potestate, pestis illum auctorem haberi quidam putant, quam memorat Poëta Il. I, 43 seqq. Cf. Nitzsch in Prol. p. 13. 5) Od. XI, 318. 6) Il. XXI, 483 seqq. cf. Müller Op. l. vol. II. p. 369 seq. 7) Il. VI, 428. cf. vs. 205. 8) Od. XV, 477. 9) Il. XXIV, 757 seqq. Cf. Od. XXIII, 201 seq. et Köppen ad Il. VI, 205.

acceptam referunt [1]. Ex hac igitur Apollinis et Artemidis in mortalium vitam potestáte explicandum, quod, qui moestitia et calamitatibus victi sibi mortem exoptant, aliisve odio incitati interitum imprecantur, Ipsorum auxilium precibus implorare soleant [2].

CAPUT TERTIUM.

DE LOCIS SACRIS ET SIMULACRIS.

§. 1. Ubi pio Deos cultu prosequerentur, loca a profano usu separata primis jam temporibus eligi coepta sunt, quae pro vario ipsorum hominum cultu, vitae ratione atque aedium, in quibus ipsi habitabant, forma, diversa etiam fuerunt. Altiorum autem locorum, montium praesertim, inhabitationem adamare Deos, ex eorundem superiora amantium natura conjiciebant, quo factum, ut dein qui urbes habitabant, eas etiam numinibus consecrarent sedium suarum partes, quae ceteris eminerent. Homeri aetate Graecis tria potissimum loca erant cultui divino consecrata, de quibus videamus.

§. 2. Primum certae agrorum portiones Diis fuerunt dicatae, quae τεμένη, quasi τετμημένα, ab Homero dicuntur, communi usu exemtae, ara fere insignes et septo a reliqua agri parte separatae [3]. Tale Demetris prope Phylacen τέμενος fuit [4]: Zei in monte Ida [5]: Aphrodites Paphi [6] et Sperchii fluvii ad fontes

1) Od. XIX, 86. XXI, 71. et quae plura citat Nitzsch ad Od. II, 395. et III, 279. 2) Vid. Od. XVII, 251, 494. XX, 80. alibi. 3) Τεμένη universe notant etiam quaelibet loca communi usu exemta, atque Diis, regibus, heroibus honoris ergo consecrata. Vid. Schol. ad Il. II, 696. Cf. idem ad Il. XVIII, 550 et Hesychius in v. 4) Il. II, 696. 5) Il. VIII, 48. 6) Od. VIII, 363.

tes suos [1]. Cum vero Deorum templa iisdem his locis sacris plerumque continerentur, factum est, ut τέμενος una et locum agri separatum notaret et templum ibidem obvium. Inde Pollux τεμένη καὶ σηκοὺς loca esse ait, ἔνθα καθιδρύονται οἱ θεοί [2]. Nec desunt etiam Homeri interpretes, qui Poëtam et τέμενος proprie ita dictum et templum cogitasse contendant, ubi Zei in Ida et Aphrodites Paphi τέμενος ita memorat,

.... ἔνθα δέ οἱ τέμενος, βωμός τε θυήεις [3].

utrobique enim fanum adfuisse affirmant.

§ 3. Arbores etiam satae, ac sylvae caesae in Deorum honorem: Ἄλση vocat Homerus, quos Latini lucos, loca arboribus consita iisque alendis apta [4]. Ejusmodi apud Phaeaces

.... ἀγλαὸν ἄλσος Ἀθήνης, ἄγχι κελεύθου,
Αἰγείρων· ἐν δὲ κρήνη νάει, ἀμφὶ δὲ λειμών· [5]

in inferis Persephones [6], Apollinis in Thracia [7] et Alcinoi regno [8]: Nympharum etiam apud Ithacenses, ara conspicuum, his verbis a Poëta descriptum:

..... αἰγείρων ὑδατοτρεφέων ἦν ἄλσος
Πάντοσε κυκλοτερὲς, κατὰ δὲ ψυχρὸν ῥέεν ὕδωρ
Ὑψόθεν ἐκ πέτρης· βωμὸς δ' ἐφύπερθε τέτυκτο
Νυμφάων, ὅθι πάντες ἐπιρρέζεσκον ὁδῖται [9].

Septo, περιβόλῳ, circumdari moris fuisse tradit Pollux [10]: de quo, quantum quidem memini, nihil Homerus. Ne tamen promiscuo aditu violarentur, sacerdotes inibi habitasse, argumento est Maron, Apollinis sacerdos, qui Dei

ᾤκει ... ἐν ἄλσεϊ δενδρήεντι [11].

§. 4.

1) Il. XXIII, 148. 2) L. I. c. 1. §. 6. p. 5. 3) Od. VIII, 363. Hymn. in Vener. vs. 58. Il. VIII, 48. 4) Vid. Hesych. in v. Inde Od. IX, 200 legimus ἐν ἄλσεϊ δενδρήεντι, quod XX, 278 σκιερὸν dicitur. Vid. de lucis Nitsch's Beschreibung etc. tom. I. p. 333. et auct. ibid. cit. 5) Od. VI, 291 seq. 6) Od. X, 509. 7) Od. IX, 200. 8) Od. XX, 278. 9) Od. XVII, 208 seqq. 10) Libr. I. c. 1. §. 10. p. 9. 11) Od. IX, 200 cll. vs. antec.

§. 4. Singulares etiam arbores, numini quippe cuidam sacras, honore et cultu prosequebantur Graeci, quibus, naturae vim procreatricem ignorantes, numina inhabitare credebant. Hujus generis quercus fuit prope Dodonam, quam Ulysses, Cretensem se fingens, Pheidonis, Thesprotorum regis, auctoritate, Laertiadem adiisse affirmat

. . . . . ὄφρα Θεοῖο
Ἐκ δρυὸς ὑψικόμοιο Διὸς βουλὴν ἐπακούσῃ,
Ὅππως νοστήσῃ Ἰθάκης ἐς πίονα δῆμον [1].

In Delo item ad Apollinis aram palma [2], quam antiquitate suo etiam tempore venerabilem commemorat Pausanias [3].

§. 5. His templa accesserunt, quorum parietibus veluti inclusos Deos propius colerent. Inde et ναοὺς ea vocarunt, παρὰ τὸ ναίειν, quod in iis numina habitare crederentur. Itaque Homero etiam θεῶν μακάρων ἱεροὶ δόμοι dicuntur [4]. In urbibus praecipue et celebriore quidem earum parte, in foro potissimum, exstructa erant, ut apud Phaeaces Poseidonis templum

ἔνθα δέ τε σφ' ἀγορὴ καλὸν Ποσιδήϊον ἀμφίς [5].

In agris sacris ac lucis interdum etiam templa Diis dicata fuisse vidimus [6]. Inprimis tamen editiore loco constructa fuerunt, ut ex iis patet, quae ubivis commemorat Homerus, et supra verbo observata dedimus [7]. Exemplo luculento mons Ida, in quo Zeus plurimos ab Hectore sibi boves oblatos fuisse gloriatur

. . . . ὅς μοι πολλὰ βοῶν ἐπὶ μηρί' ἔκηεν,
Ἴδης ἐν κορυφῇσι πολυπτύχου, ἄλλοτε δ' αὖτε
Ἐν πόλει ἀκροτάτῃ [8].

Ita

1) Od. XIV, 327 seqq. 2) Od. VI, 162 seq. 3) L. VIII. c. 23. p. 643. 4) Hymn. in Merc. vs. 251. De hymnorum auctore minime constat. Homeri vulgo nomine feruntur, quod usu ita monente a nobis etiam factum, quamvis plurimi eos Poëtae abjudicent. 5) Od. VI, 266. 6) Vid. supra §. 2. 7) Vid. §. 1. 8) Il. XXII, 170 seqq.

Ita Athenes templum fuit ἐν πόλει ἄκρῃ [1] et Apollinis in Pergamo [2], cujus erat μεγάλου ἀδύτου, i. e., τόπος τῶν ἱερῶν εἰς ὃν οὐκ ἔξεστιν ἐσιέναι πᾶσιν [3], quod ob pinguia et frequenter inibi Diis oblata sacrificia saepius πίων audit [4]. Foribus templa munita erant [5], quas κληῖδι aperiebant [6]. Plurimis porro iisque splendidissimis rebus ornabantur, ita ut nonnullorum opulentia admodum esset insignis [7]. Ceterum templa fere his temporibus Diis singularibus erant dedicata, ut Athenae in urbe a Deae nomine dicta [8] et Trojae [9]: Poseidoni apud Phaeaces [10]: Apollini in Pytho [11] aliisque alibi.

§. 6. Deos certis locis definitos habere, heroicae aetatis mortalibus parum fuit, nisi oculis etiam objectos conspicerent. Eorum itaque simulacra sibi effinxerunt, quorum forma atque materies absque omni dubio rudis fuit, quippe quae vel lapidea fuisse videntur vel lignea, vix ulla arte polita ac dedolata. In Homero nec vox, qua simulacrum ipsum significetur, nec materies, qua fabricatum fuerit, distincte indicatur, nisi illuc generale ἀγάλματος [12] nomen referas, quo quum Ille ornamenta et donaria comprehenderit, posterioris aevi scriptores ad simulacra praecipue sculptilia restrinxerunt. Qua vero specie numina sua depinxit Homerus, eâdem posteriores Deorum simulacra efformarunt. Unius Athenes sedentis simulacrum in arce Trojana obvium, a Poëta memoratur, cujus ἐπὶ γούνασιν πέπλον θεῖναι ab Hectore ju-

1) Il. VI, 88. Item Athenis Il. II, 549. 2) Il. V, 446. 3) Interpretante Schol. D. ad Il. V, 448. In adyto illo Aeneae vulnera a Latona et Artemide curantur. Forte, inquit Cl. Heyn. ad l. l., hae deae fuere σύνναοι, eodem in templo una cum Apolline coli solitae. 4) Vid. e. g. Il. V, 512. 5) Vid. e. g. Il. VI, 89. 6) De quibus vid. infra L. III. c. 11. §. 2. 7) Efficere illud licet ex Il. IX, 404 seq. 8) Il. II, 549. 9) Il. VI, 88. 10) Od. VI, 266. 11) Il. IX, 405 et Od. VIII, 79. 12) De v. ἄγαλμα vid. Heinrich ad Musaeum p. 41 seq.

jubentur Troades [1], quale pro artis pueritia satis imperfectum fuisse suspicamur.

CAPUT QUARTUM.

DE SACRIS DEORUM MINISTRIS.

§. 1. Cultus divini et sacrarum omnino rerum cura antiquissimis temporibus penes patres familias fuit, quorum suae quisque tribus aut familiae sacerdos erat, regiam simul et sacerdotalem potestatem atque auctoritatem habens. Hujusce ritus antiquissimi plurima apparent in Homero vestigia. Nestor domi suae, filiis ipsi administrantibus, sacrificans

Χέρνιβά τ' οὐλοχύτας τε κατήρχετο· πολλὰ δ' Ἀθήνῃ
Εὔχετ' ἐπαρχόμενος, κεφαλῆς τρίχας ἐν πυρὶ βάλλων [2].

Idem de Peleo memoratur, quem Nestor et Ulysses adierant [3]. Graecorum omnium senibus optimatibus advocatis, bovem mactat Agamemnon, qui inter illos Zeum solenniter precatur [4], et alios alibi ritus religiosos peragit [5]. Poseidoni aliisque immortalibus libant Pylii, nec tamen proprie ita dictus sacerdos adest [6]. In Achillis tentorio patrisfamilias munere fungitur Patroclus, quem ille θεοῖσι θῦσαι ἀνώγει [7]. Publica vero sacrificia peragi jubet βασιλεὺς eaque ipse ple-

1) Il. VI, 90 seqq. Vid. Heyn. Observ. ad l. l. ibique Viri Cl. explanatio loci memorabilis Strabonis L. XIII. p. 897, qui multa antiqua Athenes sedentis simulacra conspici affirmat, etsi, quod suo tempore in altera Troja exstabat, stantis specie fuisse tradat. 2) Od. III, 445 seq. Cf. vs. 391 seqq. De ritibus ipsis vid. infra. 3) Il. XI, 771 seqq. 4) Il. II, 402 seqq. Cf. III, 222. 5) Vid. Il. III, 275. 6) Od. III, 338 seqq. 7) Il. IX, 219.

plerumque administrat [1], ita ut hoc tantum nomine Homeri aetate sacerdotio fungi dici possit [2].

§. 2. Quibus vero locis templa in Deorum honorem exstructa, vel ἄλσεα et τεμένη consecrata fuerunt, iisdem sacerdotes aderant, qui res divinas obirent, quos modo μαντεῖς, modo ἱερῆας, alibi aliter nuncupat Homerus, nomine a definita ipsorum officii parte desumto. Ἱερῆας quatenus omnes sacrarum rerum sunt participes [3]: μαντεῖς, quippe qui singuli Deorum voluntatem adsequuntur et futura praevident, quae eatenus a Diis ipsi accepisse dicuntur [4]. Ἀρητῆρες [5] nuncupantur, quatenus, quae alii a Diis sibi exoptant, ipsi cum his communicabant [6], quo futurum credebant, ut lubentius a Diis exaudirentur; sacerdotes enim medii quodammodo habebantur mortales inter et Deos. Preces tamen frequenter ipsi etiam heroës Diis fundunt, et sacra facere cuique licet.

§. 3. Singuli hi rerum sacrarum ministri Deorum voluntatem adsequi possunt. Hinc illis honos et reverentia haud vulgaris habetur, ita ut sacerdotis sui injuriam, quasi sibi illatam, graviter vindicet Deus [8]; reverentiam vero etiam augebat aetas. Seniores enim et aetate provecti fere sacerdotes [9] eligebantur, quibus longior vita (quippe tunc solo usu rerum scientia comparabatur) prudentiae fuerat magistra, cujus monitis et consiliis obsequerentur. Senior enim, cui ingenii perspicacitatem usus tribuit, praeteritorum comparatione instituta praesentium naturam et rationem facilius intelligit, et utrorum-

1) Vid. e. g. Od. XIII, 171—186. 2) Ut ait G. W. Nitzsch ad Od. III, 439 seqq. quem de omni hoc argumento consulas. 3) Ut Il. I, 22. et passim. 4) *Μαντεῖς* modo generis nomen est: vid. Heyn. et Köpp. ad Il. I, 62. XXXV, 221. modo de peculiaribus pp. dicitur, vid. infra c. 13. §. 1. 5) E. g. Il. I, 11, 450. 6) Ita pestem Achivis deprecatur Chryses Il. I, 450. 7) Exemplo est Eurydamas Il. V, 149. ὀνειροπόλος γέρων. Cf. Il. I, 26. plures alii. 8) Ut patet ex Il. I, 9 seqq.

rumque cognitione munitus de futuris fere callidius conjicit et verius [1]. Quo fit ut in rebus praesertim ambiguis et incertis eos consulant aequales, apud quos tanta Homeri jam aetate illis auctoritas fuit, ut publice mitterentur *ἐξελθεῖν καὶ ἀμῦναι* [2], et Deorum instar (ex Homerica loquendi ratione) colerentur a populo [3].

§. 4. Sacerdotalis, ut ita dicam, casta non fuit: quae heroicae aetatis indoli repugnat, nec in Homeri carminibus occurrit. Vaticinandi autem facultatem nonnunquam a patrefamilias in prolem suam transiisse negare vetat Homeri locus Od. XV, 224 seq. [4]. Neque tamen in parentis ministerium succedebant posteri. Quod ex uno Theanus [5] sacerdotis exemplo efficere mihi liceat, quam *Τρῶες ἔθηκαν Ἀθηναίης ἱέρειαν* [6], *οὔτε κληρωτὴν*, ut ait Eustathius [7], *οὔτ' ἐκ γένους, οὔτε ἑνὸς ψήφῳ, ἀλλ' ἣν, ὡς οἱ παλαιοί φασι, τὸ πλῆθος εἵλετο.*

§. 5. Admittebantur autem ad sacerdotium et viri et foeminae, quin etiam matrimonio juncti, uti Maron ille, Apollinis sacerdos, quem cum uxore ac liberis defendit Ulysses [8]. Sic Chryses filiam habebat Chryseidem [9]; Dareti, Hephaesti apud Trojanos antistiti, duo filii erant Phegeus et Idaeus [10]. Iliadis Libr. V memoratur Hypsenor, Dolopionis, Scamandri sacerdotis, filius [11]; ut Libr. XVI [12], Laogonus Onetoris, qui Zei fano in Ida praeerat. Idem de foeminis traditur. Theano enim, Antenoris uxor, a Trojanis sa-

1) Ita Homerus de Calchante, *ὃς ᾔδη τά τ' ἐόντα, τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα* Il. I, 70. ubi vid. Heyn. Hinc Echenei senis inter Phaeacum primores auctoritas: *παλαιά τε, πολλά τε εἰδώς* Od. VII, 157 seqq. 2) Il. IX, 571 seq. 3) Vid. e. g. Il. V, 78. 4) Cf. Wachsmuth Op. l. tom. I. p. 80. 5) De qua vid. Il. V, 70 et VI, 300. 6) Il. VI, 300. 7) Ad Il. l. l. 8) Od. IX, 199. 9) Il. I, 111. 10) Il. V, 10. 11) Il. L. l. 77. Scamandro sua sacra suumque sacerdotem fuisse, notatu dignum, ut ait Heynius ad d. l. 12) Vs. 604.

sacerdos constituta, innuptae Athenes templo erat praefecta [1].

§. 6. Sacerdotibus plerumque sedes ac domicilium erat prope templa ac loca sacra; ut de sacerdotibus Apollinis Delphici [2] et Zei Dodonaei constat [3]. Maron etiam Phoebi sacerdos degebat in luco [4]. Illic res ad victum necessariae ipsis suppetebant ex iis, quae Diis offerri solebant, et Delphiis peculiariter promisit Apollo [5]. Divitiis eos polluisse, Daretis exemplo patet, qui ἀφνειὸς Ἡφαίστοιο ἱρεὺς dicitur [6]. Opes etiam laudantur Eurydamantis, ὀνειροπόλοιο γέροντος, quas, filiis occisis, χηρωσταὶ, heredes, partiti sunt [7]. Immo infinita redemtionis pretia, ἀπερείσι' ἄποινα, pro filiae redemtione Graecis offert Chryses, Apollinis sacerdos [8]. Ceterum complures ex sacerdotibus familia illustri oriundi fuerunt, qualis Theano, Antenoris uxor [9], et Helenus, Priami regis filius [10]. Nec magnopere illud mirandum. Qui enim illustri genere orti vel corporis vel animi dotibus praestabant, θεόφιλοι fuerunt Diisque prae ceteris carissimi [11].

CAPUT QUINTUM.

DE LUSTRATIONIBUS.

§. 1. Ad ipsum Deorum cultum jam accedamus, in quo primum observanda est singularis puritas, qua res sacras sibi tractandas duxerunt. Quam tamen puritatem ne animi sanctitatem existimemus, rudis vetat Graecorum hac aetate indoles, et perversa, quam ip-

1) Il. VI, 300. Cf. Il. V, 70. 2) Hymn. in Apoll. I. vs. 538. 3) Il. XVI, 234 seq. 4) Od. IX, 200. 5) Hymn. in Apoll. I. vs. 535 seqq. 6) Il. V, 9 seq. 7) Il. V, 158. 8) Il. I, 13. 9) Il. VI, 298. 10) Il. L. l. vs. 76. 11) Vid. e. g. Il. XXIV, 533.

ipsi homines de Diis fovebant, opinio. Externa erat munditia, et mali ominis averruncatio. Itaque lavare manus religiose soliti, quoties erant vota aut sacra Diis facienda, etiamsi nulla re turpi essent contaminati. Sic Nestor pro felici legationis exitu Zeum precaturus:

Φέρτε χερσὶν ὕδωρ, εὐφημῆσαί τε κέλεσθε [1]

qua ad preces praeparatione facta, Deos sibi propitiores fore existimabant. Achilles numina pro Patrocli salute oraturus,

Νίψατο αὐτὸς χεῖρας [2]. . . . .

Hector quoque veretur

Χερσὶν ἀνίπτοισι Διῒ λείβειν αἴθοπα οἶνον [3].

Priamus Zeum precaturus, ut Achillis voluntatem sibi conciliet,

. . . . . ἀμφίπολον ταμίην ὤτρυνε . . . . . .
Χερσὶν ὕδωρ ἐπιχεῦαι ἀκήρατον [4] . . . .

Vestes praeterea mundae ad sacras res nonnunquam fuerunt adhibitae, ut a Penelope, quae

. . . ὑδρηναμένη, καθαρὰ χροῒ εἵμαθ' ἑλοῦσα
Εὔχετο· [5].

Adhaec ipsa vasa, sacro usui destinata, moris erat purgare, quod ab Achille factum legimus, qui poculum, quo uni Zeo libare solebat, priusquam libaret,

. . . . ἐκάθηρε θεείῳ
Πρῶτον, ἔπειτα δὲ νίψ' ὕδατος καλῇσι ῥοῇσι [6].

§. 2. Utebantur in purgationibus aqua potissimum salsa. Hinc aqua marina praelata. Telemachus

Χεῖρας νιψάμενος πολιῆς ἁλὸς εὔχετ' Ἀθήνῃ [7].

Achivi Atridae jussu

. . . ἀπελυμαίνοντο, καὶ εἰς ἅλα λύματ' ἔβαλλον [8].

Sulphur in lustrationibus item adhibitum fuit, cujus

1) Il. IX, 171. Cf. Od. II, 260. XII, 336 seq. 2) Il. XVI, 230. Cf. Od. IV, 759. XVII, 48. 3) Il. VI, 266. Cf. III, 270. XVI, 230. 4) Il. XXIV, 302 seqq. 5) Od. IV, 750. Cf. XVII, 58. 6) Il. XVI, 228 seq. 7) Od. II, 261. 8) Il. I, 313 ad q. l. vid. Heyn. Cf. X, 572.

jus usum et vim quanti fecerint, ex unius Ulyssis verbis, κακῶν ἄκος illud nuncupantis, cuique patet [1]. Et vero ipse in domo a procorum caede lustranda sulphure usus est, eique ignem adjunxit, cujus singularem esse in expiationibus vim credebant et efficacitatem [2].

§. 3. Ne impuri ad Deos accederent, ut supra diximus, precibus vel sacrificiis eos adituri se lavare consueverant, praecipue vero eos lustrandos esse censebant, qui sanguine se polluissent. Hinc illud Hectoris: . . . .

. . . . οὐδέ πῃ ἐστὶ, κελαινεφέϊ Κρονίωνι
Αἵματι καὶ λύθρῳ πεπαλαγμένον εὐχετάασθαι [3].

Eadem ratione illi, qui procorum caedem ediderant, in Ulyssis domum non redeunt, nisi

. . . . ἀπονιψάμενοι χεῖράς τε πόδας τε. [4].

Quin etiam tota Ulyssis domus lustranda fuit [5]. Ex his aliisque locis patet non singulorum tantum hominum sed et domuum atque universi adeo populi lustrationem interdum factam esse [6]. Aliis etiam de causis lustrabantur hujus aevi homines. Cujusmodi illa fuit lustratio, quae Agamemnonis jussu sollenniter fiebat in Graecorum exercitu, quum Apollo ob laesum suum sacerdotem erat placandus:

Λαοὺς δ' Ἀτρείδης ἀπολυμαίνεσθαι ἄνωγεν·
Οἱ δ' ἀπελυμαίνοντο [7].

CA-

1) Od. XXII, 481. 2) Vid. Od. l. l. vs. 481, 493. 3) Il. VI, 267 seq. 4) Od. XXII, 478. 5) Od. l. l. vs. 481 seqq. Graecis lustrare est ἀπολυμαίνεσθαι, ἀποκαθαίρεσθαι, καθαίρειν. 6) Huc facit etiam mox citandus locus Il. I, 313. De mortuorum lustratione vid. infra c. 12. §. 2. 7) Il. l. l. Cf. vs. 449. et Pausanias Arcadic. L. VIII. c. 41. p. 683.

CAPUT SEXTUM.

DE PRECIBUS ET VOTIS.

§. 1. Ita rite lustrati et puri ad pietatis officia exsequenda se conferebant, quae cum sacrificiis Diis praestabant, tum precibus ac votis. Suae enim sibi imbecillitatis conscii, quae ipsi efficere non poterant omnia in Deorum potestate posita credebant. Hos igitur sibi propitios reddere e re sua ducebant, quod (humana omnia ad Deos transferentes) non precibus tantum effici existimabant, sed vel maxime muneribus oblatis votisque susceptis, quibus motos immortales facilius preces suas exauditturos sibi persuaserant. Vota illis facere negligenti [2] vana sunt et irrita quaecunque susceperit. Prosperum enim rei eventum, ut hac aetate hominum de Diis opinio ferebat, illi invidet numen, μέγηρε γάρ οἱ [3]. Sic dando ac petendo universa conficiebatur religio. De precibus primum agemus, ita jubente humanae necessitatis lege, cui omnes subjicit Homerus:

Πάντες δὲ θεῶν χατέουσ' ἄνθρωποι [4].

Ut autem varii sunt communis vitae usus, ita quoque variae fuerunt preces, variisque factae Diis, prout sua singulis officia esse credebantur. Trojani de civitate sua periclitantes Athenen ἐρυσίπτολιν invocant [5]; Proci Penelopes in sagittandi certamine Apollinem [6]; navigantes Poseidonem et Castorem [7]; alii alios, quos pecu-

1) Vid. e. g. Il. IX, 493 seqq. 2) Quem dicebant οὐκ ἀπειλεῖν ut Il. XXIII, 863. 3) Ut Il. L. l. vs. 865. cll. praec. vs. 4) Od. III, 48. 5) Il. VI, 305. 6) Od. XXI, 364. 7) Hymn. in Poseid. vs. 7. Cf. Hymn. in Διοσκόρους II. vs. 9.

culiari religione venerabantur, ut Athenen Ulysses [1]. Penelope omnibus Diis perfectas hecatombas vovet [2]. Omnes communiter et persaepe Zeum adorant, e cujus gemino dolio bona malaque omnia depromi censebant [3].

§. 2. In omni omnino alicujus momenti negotio suscipiendo, primum omnium Diis supplicabant, quorum ope destitutis nihil bene sibi cessurum statuebant. Id observavit Nestor cum ad Achillem legationem obiret [4]: Priamus ab eodem filii cadaver redemturus [5]: Ulysses denique et Telemachus, quum ille Trojanorum castra sibi exploranda sumeret [6], hic navibus Pylum adire constitueret [7]. Felicem exitum gratiarum actio subsequebatur, quae votis, sacrificiis et libationibus eucharisticis magis, quam ore prolato verborum honore constabat, ut exemplis in ipso Homero obviis intelligere licet [8]. Nec bona tantum sibi petunt a Deis, sed aliis etiam mala imprecantur, ut Graecis Chryses, Apollinem his precibus adortus:

Τίσειαν Δαναοὶ ἐμὰ δάκρυα σοῖσι βέλεσσιν [9].

§. 3. Quo Deos facilius exorarent, munera se daturos pollicebantur. Itaque Theano cum aliis matronis Trojanis Athenen precata peplum ei offert et salute parta duodecim boves immolandos vovet [10]. Eidem Deae Nestor pro incolumi ad Graecos reditu supplicatur, his verbis usus:

Ἀλ-

1) Il. X, 277. 2) Od. XVII, 59. 3) Vid. Il. XXIV, 527 seqq. ibiq. interpr. 4) Il. IX, 172. 5) Il. XXIV, 306 seqq. 6) Il. X, 277. 7) Od. II, 432. 8) Ore enim prolatae gratiarum actiones, ut notat Stöber ad h. l., sunt rariores apud Homerum, nisi tales esse credas Il. XIII, 631 seqq. Od. I, 61. Illius generis est, quod describitur Il. XI, 720 seqq. Cf. Eustath. ad Il. XXIV, 435 seqq. Deorum laudibus fere preces constabant ita ut hymni potius essent. Vid. Nitsch's Beschreibung etc. tom. I. p. 670 seq. 9) Il. I, 42. Cf. IX, 561 seqq. 10) Il. VI, 90 seq. Cf. vs. 305 seqq.

'Ἀλλὰ, Ἄνασσ', ἴληθι, δίδωθι δέ μοι κλέος ἐσθλὸν
Αὐτῷ, καὶ παίδεσσι, καὶ αἰδοίῃ παρακοίτι·
Σοὶ δ' αὖ ἐγὼ ῥέξω βοῦν ἦνιν, εὐρυμέτωπον κ. τ. λ. [1]

et bovem egregiam vovet Diomedes, ubi ex Trojanorum exploratione salvum ipsum Dea reduxisset [2]. Haec nimirum Latinis proprie Vota dicuntur, quae cum precibus ut plurimum conjuncta a Graecis una eademque εὐχῆς vel εὐχωλῆς voce significantur [3]. In quacunque fere re peragenda iis apud Homerum utuntur heroës, ut in sagittando [4], praesertim vero, quum in graviore aliquo discrimine versabantur, ut Nestor, et ceteri Achivi, quum ne a Trojanis vincerentur periculum erat [5]. Penelope ex Telemachi monitu omnibus Diis hecatombas vovet,

. . . αἴκε πόθι Ζεὺς ἄντιτα ἔργα τελέσσῃ [6].

§. 4. In hisce votis persolvendis summa utebantur religione, gravissime quippe Deos succensere rati, si promissis deëssent. Unde duriores casus protinus ad hanc culpam referebant. Achilles utique hinc derivat pestem ab Apolline Graecis immissam:

Εἴτ' ἄρ' ὅ γ' εὐχωλῆς ἐπιμέμφεται, εἴθ' ἑκατόμβης [7].

Aeneas etiam ne Trojanorum clades a numine quodam irato repetenda sit veretur:

Εἰ μή τις θεός ἐστι, κοτεσσάμενος Τρώεσσιν,
Ἱρῶν μηνίσας [8].

§. 5. Quin etiam sacrificia aut dona alias oblata Diis supplicantes commemorabant, quo magis ad preces exaudiendas eos quasi cogerent. Ita Chryses pro pietate Apollini saepius praestita suo quodam jure ut preces ratae sint postulat, ita Deum obtestatus [9]:

. . εἴ

1) Od. III, 382. 2) Il. X, 292 seq. 3) Il. I, 65. Cf. interppr. ad h. l. et Apoll. Lex. in v. 4) 'Εκηβόλῳ 'Απόλλωνι Il. XXIII, 871 seq. 5) Il. XV, 369 et 371 seqq. Cf. Il. VI, 273 seqq. 301 seqq. 6) Od. XVII, 60 seqq. 7) Il. I, 65. 8) Il. V, 177. 9) Il. I, 39 seqq. Cf. Il. VIII, 235.

. . εἴ ποτέ τοι χαρίεντ' ἐπὶ νηὸν ἔρεψα,
Ἢ εἰ δή ποτέ τοι κατὰ πίονα μηρί' ἔκηα
Ταύρων, ἠδ' αἰγῶν, τόδε μοι κρήηνον ἐέλδωρ.

Aliis autem bona deprecaturi, non sua praedicabant merita, sed illorum, ut Eumaeum in Ulyssis gratiam fecisse legimus [1]. Hinc etiam factum, ut ex opinione sua jure numen injustum et ingratum acriter inclamarent, si quando aut petita non obtinerent aut calamitate premerentur, quae pro oblatis beneficiis a Deo averti debuerat. Igitur injustitiae et animi ingrati Zeum incusat Agamemnon, quod cum Danais Hectori cedere cogeretur, quamvis omnibus in eum pietatis officiis semper esset defunctus [2].

§. 6. Quod ad supplicandi ritum attinet, oculos manusque ad Deos tollebant et coelum versus tendebant, quod ex infinitis apud Homerum locis apparet [3]. A quibus enim auxilium precibus petimus, ad eos manus tendere natura duce solemus. Itaque Deos, quos in sublimiore mundi parte sedem habere statuebant, ad eam potissimum partem extensis manibus adorabant [4]. Qui contra Deos marinos precibus adibant, versus mare manus tendebant, ut matrem precatur Achilles ὁρόων ἐπὶ οἴνοπα πόντον χεῖρας ὀρεγνύς [5]. Inferorum denique opem implorantes terram manibus pulsabant [6]. Precabantur autem vel stantes, praesertim ubi Deos οὐρανίους essent adoraturi [7], vel supplices humi sedebant pedum calcibus nixi [8], vel ad pedes ejus, cui supplicarent, sese prosternebant, altera manu ejus genua amplexi, altera mentum tenentes: quo modo Thetis Διὸς

. . λά-

1) Od. XVII, 239 seqq. ad h. l. 2) Il. VIII, 236. 3) E. g. Il. I, 450. III, 118. Od. II, 261. IV, 759. Inde precantes dicuntur χεῖρας ἀνασχεῖν Il. XXIV, 301, 306. et Il. XV, 371 addit Homerus εἰς οὐρανὸν ἀστερόεντα. 4) Il. III, 318. 5) Il. I, 350 seq. 6) Vid. Il. IX, 564 seq. ibiq. Heyn. et Köppen. 7) Passim in Il. et Odyss. 8) Ut Il. IX, 567 infernos Deos invocans.

. . . . λάβε γούνων
Σκαιῇ, δεξιτερῇ δ' ἄρ' ὑπ' ἀνθερεῶνος ἑλοῦσα [1].

§. 7. Loca, quibus orarent, varia erant: Ibi omnino preces fiebant, ubi eo temporis puncto vel aderat supplex, vel res ferebat. Quod ne ita dictum accipiatur velim, ut nunquam in templa solenniter adoraturi se contulerint. Immo vero adest ejusmodi supplicationis in Iliade exemplum, quo praeëuntem Theano comitatae Troades, peplo ad Deae genua deposito, Ipsam, ut afflictis Trojae rebus succurrat, precaturae, solenni pompa Athenes templum adeunt [2].

§. 8. Illae, quas diximus, matronae Trojanae, teste Homero, ὀλολυγῇ πᾶσαι Ἀθήνῃ χεῖρας ἀνέσχον [3]: qui ululatus, in precibus solennis fuit et a mulieribus, ut videtur, praesertim excitatus [4]. Ὀλολύζειν et ὀλολυγή, ut inquit Heynius, ab ejulatu translata ad supplicationes proprio aliquo usu, quandoquidem illae cum miseratione fortunae fiebant, vel per furorem in teletis [5].

CAPUT SEPTIMUM.

DE VICTIMIS.

§. 1. Precibus autem fundendis votisque cum suscipiendis tum persolvendis pietatis officia adimplevisse nondum sibi videbantur, immo vel maxime sacrificiis Deos et flectendos et placandos esse existimabant. Quae Graecos opinio induxerit, ut Diis sacrificia offerrent, quaerentibus occurrit numinum ad humanam

1) Il. I, 500 seq. 2) L. VI. vs. 301 seqq. 3) L. l. vs. cit. 4) Vid. Od. III, 450. et Od. IV, 767. ibiq. Nitzsch. 5) Var. Lectt. et Observ. ad Il. VI, 301 Cf. auct. ab eo cit. et Schol. ad Od. III, 450.

nam rationem ab ipsis informata natura. Auctor nobis ipse Homerus, qui,

. . . . στρεπτοὶ, inquit, δέ τε καὶ θεοὶ αὐτοὶ,
Τῶν περ καὶ μείζων ἀρετὴ, τιμή τε, βίη τε.
Καὶ μὲν τοὺς θυέεσσι καὶ εὐχωλῇς ἀγανῇσι,
Λοιβῇ τε, κνίσσῃ τε, παρατρωπῶσ' ἄνθρωποι
Λισσόμενοι, ὅτε κέν τις ὑπερβήῃ καὶ ἁμάρτῃ [1].

Quae quum mortalium menti infixa haereret persuasio, singulari in sacrificiis diligentia utebantur et religione, quo factum ut pluribus ea locis accurate et fuse Poëta exponeret. De quibus priusquam agamus:

§. 2. de Victimis erit videndum, quarum summus delectus haberi solebat. Generatim ut quam optimae notae essent curarunt nec ulla macula contaminatae, ἥτις ἀρίστη [2]. Juventus in iis maxime laudatur et pinguitudo [3]. Boves potissimum eliguntur jugum nondum passi, ἠκέστοι [4], et quinquennio haud majores [5], cujus quidem aetatis victimae prae ceteris Diis oblatae memorantur [6]. Verbo, quae numinibus sacrificent, animalia omnibus numeris absoluta sint necesse est, egregia, καλὰ, κεκριμένα, τέλεια, ut passim a Poëta dicuntur [7].

§. 3. Quatuor animalium genera in sacrificiis praecipue adhibita ab Homero commemorantur, bos, ovis, caper et sus, quibus in victu etiam communi utuntur heroës. Principem in his locum tenuerunt boves, quos maximo olim in pretio fuisse constat. Hinc in maximis et solennioribus fere sacrificiis mactantur, eorumque immolatione in primis gaudent immortales. Quae singula exemplis allatis hic illustrata confirmare, ne iisdem saepius e Poëta describendis fastidium lectoribus excitemus, de industria omittimus [8].

§. 4.

1) Il. IX, 493 sqq. 2) Od. XI, 30. 3) E. g. Il. X, 292. II, 403. Il. XI, 728 Od. XIV, 419 et passim. 4) Il. X, 292. VI, 308. 5) Vid. l. l. 6) Ut de bove Il. VII, 315 de sue Od. l. l. In convivio etiam adhibetur bos quinquennis Od. XIX, 420. 7) Vid. Il. I, 66. II, 306. XI, 726. Od. XIII, 182. 8) Cf. §. 4 seq. et c. VIII.

§. 4. Nec vero cuilibet Deo promiscue, at singulis gratissima, animalia sacrificabant. Ita Zeo mactari solitus bos quinquennis [1], agnus [2] et verres [3]. Helio verrem immolant Achivi [4], Trojani contra Menelai jussu Eidem et Geae, Γῇ,

. . . . . ἄρν', ἕτερον λευκὸν, ἑτέρην δὲ μέλαιναν [5].

Phoebo tauri, capri [6] et agni πρωτογόνοι oblati dicuntur [7]. Taurorum, quamvis cum Phoebo tum aliis Diis aliquando mactentur [8], praesertim Poseidoni facta immolatio, qualis in maris litore a Pyliis instituta dicitur;

. . . . τοὶ δ' ἐπὶ θινὶ θαλάσσης ἱερὰ ῥέζον
Ταύρους παμμέλανας· [9]

quo scilicet maris saevitiam undarumque impetum significarent. Eidem Deo vatis monitu Ulysses obtulit

Ἀρνειὸν, ταῦρόν τε, συῶν τ' ἐπιβήτορα κάπρον [10].

Quin etiam fluminibus Alpheo et Xantho tauris [11], Sperchio ovibus [12], illis a Pyliis, huic ab Achille sacrificia facta legimus. Athenae plerumque juvencam [13] mactant

. . . . ἦνιν, εὐρυμέτωπον
Ἀδμήτην, ἣν οὔπω ὑπὸ ζυγὸν ἤγαγεν ἀνήρ [14].

Tauris et agnis eandem Zei filiam placant κοῦροι Ἀθηναίων [15], bobus et ovibus Ulysses [16]. Hermae ac Nymphis agni sacrificati et hoedi [17]: Inferorum denique numinibus vacca sterilis, στεῖρα βοῦς [18]. Singulis ita Diis suae fuerunt victimae; pius tamen Eumaeus cunctis Diis suem sacrificat [19], quod alii quo-

1) Il. II, 402 seqq. 2) Il. III. 104. 3) Il. XIX, 197. 4) Vid. Il. l. l. 5) Il. III, 103 seq. 6) Vid. Il. I, 41. 7) Il. XXIII, 864. 8) Vid. Il. I, 315. II, 550 al. 9) Od. III, 5 seq. 178. Cf. XIII, 181. et Il. XI, 727. 10) Od. XI, 130. 11) Il. XI, 727. Cf. XX, 74. XXI, 131. 12) Il. XXIII, 147. Cui fluvio sacellum et aram fuisse ex eodem loco constat. 13) Vid. Il. XI, 728. Od. III, 437. 14) Od. III, 383 seq. Eadem occurrunt Il. X, 292 seq. de v. εὐρυμέτωπον vid. Nitzsch ad Od. l. l. 15) Il. II, 550. 16) Od. IV, 764. 17) Od. XVII, 242. XIX, 398. 18) Od. X, 522. Cf. XI, 30. 19) Od. XIV, 421 seqq. cl. vs. 435 seq.

quoque interdum fecisse ex praecedentibus intelligitur.

§. 5. Eodem, quo ipsi, pulchri amore et sensu Deos imbutos sibi fingentes, egregias non tantum sed ornatas iis victimas donabant. Boves enim auro obducere solebant. Ita ad Athenen Diomedes

Τήν τοι ἐγὼ ῥέξω, χρυσὸν κέρασι περιχεύας [1].

Qui inaurandi modus Odysseae Libr. III [2] describitur, ubi Laërceus χρυσοχόος a Nestore acceptum et instrumentis fabrilibus [3] elaboratum aurum bovis cornibus circumfundit:

. . . . ὁ δ' ἔπειτα βοὸς κέρασιν περίχευεν
Ἀσκήσας, ἵν' ἄγαλμα θεὰ κεχάροιτο ἰδοῦσα [4].

Sacris enim adfutura venerat Athene [5].

§. 6. Victimarum, quas Diis offerrent, numerus haud semper idem Homeri aetate fuit nec sibi constans. Modo enim una tantum hostia immolatur, modo plures, nec ex uno omnes, sed diverso nonnunquam animalium genere selectae [6]. In his celebriores fuerunt a Poëta saepius laudatae ἑκατόμβαι, quae ex vocis etymologia centum proprie bobus constabant, ut disertis verbis affirmat Eustathius, ἐξ ἑκατὸν δηλονότι κυρίων βοῶν [7]. Neque tamen boum unice sacrificium notat ἑκατόμβη. In Homero et victimarum genus variat et numerus. Achivi enim

Ἔρδον . . . Ἀπόλλωνι τεληέσσας ἑκατόμβας
Ταύρων ἠδ' αἰγῶν κ. τ. λ. [8].

Agnorum sacrificium hecatombes nomine insignivit Poëta his verbis, ἀρνῶν πρωτογόνων κλειτὴν ἑκατόμβην [9]. Sed nec de centenario numero liquet: immo vero pluri-

1) Il. X, 294. Cf. Od. III, 384. 2) Vs. 432 seqq. 3) Memorat Poëta ἄκμον, σφῦραν, εὐποίητον τε πυράγρην, οἷσίν τε χρυσὸν εἰργάζετο. Od. L. l. vs. 434 seq. ad q. l. vid. Nitzsch et auct. ab eo laud. 4) Od. L. l. vs. 438. 5) Vid. Eustath. et interpr. rec. ad Od. l. l. 6) Ut abunde patet ex locis suprà citatis. 7) Ad Il. I, 315 seq. Cf. vs. 65 alibi. Vid. ad h. l. interp. inpr. Heyn. Var. Lectt. et Observ. 8) Il. I, 315. 9) Il. XXIII, 864. Vid. etiam loci mox laudandi.

ribus locis vox ἑκατόμβη de indefinito victimarum numero usurpatur, qua solenne generatim sacrificium significetur, quod pluribus victimis paratur. Quinquaginta ovium ἑκατόμβην exempli gratia pro salvo filii reditu Spercheo voverat Peleus:

Πεντήκοντα δ' ἔνορχα παρ' αὐτόθι μῆλ' ἱερεύσειν [1].

Quin etiam duodecim boves Athenae sacrificandos Trojanis imperaturus Hector,

Εἴπω, inquit, βουλευτῇσι, καὶ ἡμετέρῃς ἀλόχοισι,
Δαίμοσιν ἀρήσασθαι, ὑποσχέσθαι δ' ἑκατόμβας [2].

§. 7. Editioribus fere locis victimae caesae sacrificabantur ad aras, ab Homero βωμοὺς nuncupatas, quae non in templis tantum exstructae erant, sed singulis, quibus Diis sacra facerent, locis erigi solebant. In maris certe litore sibi aram exstrui jubet Phoebus:

Καὶ βωμὸν ποίησατ' ἐπὶ ῥηγμῖνι θαλάσσης
Πῦρ ἐπικαίοντες, ἐπί τ' ἄλφιτα λευκὰ θύοντες [3].

Graecis κατὰ νῆας arae fuerunt:

. . . . . ἵνα σφ' ἀγορή τε θέμις τε
Ἦην, τῇ δὴ καί σφι θεῶν ἐτετεύχατο βωμοί [4].

Aphroditae aram vovet Anchises

. . . . ἐν σκοπιῇ, περιφαινομένῳ ἐνὶ χώρῳ [5].

In lucis praeterea et agris sacris, nec non ad fontes, frequentes arae adfuerunt, qualis Nympharum ad Sperchii scaturiginem [6] et ad fontem Ithacensium urbi vicinum,

. . . . . ὅθι πάντες ἐπιρέζεσκον ὁδῖται [7].

Apollini hecatomben immolarunt Ithacenses ἄλσος ὑπὸ σκιερὸν [8] et Achivi

. . . . περὶ κρήνην ἱεροὺς κατὰ βωμοὺς
Καλῇ ὑπὸ πλατανίστῳ, ὅθεν ῥέεν ἀγλαὸν ὕδωρ [9].

§. 8. In privatis denique aedibus altaria ponebantur,

1) Il. XXIII, 146, seq. 2) Il. VI, 11 seq. coll. vs. 93 seq. Cf. Od. III, 7, 59. 3) Hymn. in Apoll. vs. 490. 4) Il. XI, 806 seq. 5) Hymn. in Aphr. vs. 100. Cf. Od. XVII, 210. 6) Il. XXIII, 148. 7) Vid. Od. l. l. 8) Vid. Od. XX, 278. 9) Il. II, 305 seqq.

tur. Quo in genere potissimum celebratus Διὸς Ἑρκείου βωμὸς, qui, inquit Eustathius, ἔξω που περὶ τὴν αὐλὴν [1] αἴθριος εἶναι δοκεῖ [2], ita ut ante aedes sub dio sacrificia ipsi fierent. Eidem Deo domi suae αὐλῆς ἐν χόρτῳ sacra fecit Peleus [3]: Eumaeus vero πᾶσι θεοῖσιν ἐπ' ἐσχάρῃ [4], ad quam in Alcinoi regia supplex quoque consedit Ulysses [5]: quo fit, ut plurimi ibidem aram de more in foco adfuisse censeant. Ita passim victimas a privatis hominibus intra aedium parietes mactatas videmus.

CAPUT OCTAVUM.

DE SACRIFICANDI RITIBUS.

§. 1. Quae ad sacrificandi ritus pertinent hic illic in carminibus satis plene diligenterque descripsit Homerus; Iliados tamen libro primo et secundo atque Odysseae tertio et decimo quarto fusius etiam et diligentius quam in ceteris exposita dedit. Quibus divini utriusque carminis partibus ducibus usi singulos sacrificii ritus ordine tradamus.

§. 2. Victima ea, qua supra diximus, ratione electa atque ornata ad aram ducebatur [6], ut ei admota lustrali aquâ adspergeretur. Ita Nestor χέρνιβά — κατήρχετο [7]: quo facto sacrificaturi, aram et victimam cir-

1) De h. v. vid. infra L. III. c. XI. §. 4. 2) Vid. ad Od. XXII. 334 seq. 3) Il. XI, 773. ad q. l. vid. Heyn. Var. Lectt. et Observ. 4) Od. XIV, 420 seqq. 5) Od. VII, 153 ibiq. Eustath. coll. vs. 160. 6) Od. III, 439. 7) Od. III, 445. De voce χέρνιβα vid. Ern. ad h. l. Schol. ad Od. I, 136. Köppen. et Heyn. ad Il. XXIV, 304 ibiq. auctt. cit.

circumfusi [1], manus lavabant, χερνίψαντο [2]. In eum usum aquam habebant lebete paratam:

Χέρνιβα δὲ σφ' Ἄρητος ἐν ἀνθεμόεντι λέβητι
Ἤλυθεν ἐκ θαλάμοιο φέρων [3].

§. 3. Deinde molas salsas, οὐλοχύτας [4], granis tusis ac fractis sale mixto factas, in canistro, κανέῳ [5], allatas, manu supra victimae caput sublatas tollebant, ἀνέλοντο [6]. Tum preces fusae. Ita enim Homerus:

Χερνίψαντο δ' ἔπειτα, καὶ οὐλοχύτας ἀνέλοντο.
Τοῖσιν δὲ Χρύσης μεγάλ' εὔχετο κ. τ. λ. [7]

Quibus rite perfectis victimae capiti inspergitur mola, προβάλλεται [8], et pilos de victimae fronte evulsos in ignem conjiciunt, quod solemni verbo dicebant ἀπάρχεσθαι [9]: ut de Nestore Poëta:

. . . . πολλὰ δ' Ἀθήνῃ
Εὔχετ' ἀπαρχόμενος, κεφαλῆς τρίχας ἐν πυρὶ βάλλων [10].

Ex quo loco preces aliquando in ipsa immolatione a sacrificantibus factas fuisse patet. Nam certam ac praestitutam nec hic nec aliis in rebus normam secuti, quo temporis puncto in sacrificiis Deos precibus adorati sint accurate definiri nequit nec attinet. Eumaeus post victimam immolatam precatur [11]:

ἀπαρ-

1) Il. II, 410. Cf. Od. XII, 358. Ἄρχεσθαι autem et κατάρχεσθαι in sacris rebus verba solennia erant, quae communi ex verborum nexu petendae significationi conjunctam habent sacri initii atque dicandi notionem. Vid. Buttmanni Lexil. in v. tom. I. p. m. 101 seqq. Dicuntur itaque, ut Ernestii ad Od. III, 445 verbis utar, de omnibus, quae in sacrificiis fiunt, antequam victima caedatur. Cf. Interpp. ad Od. III et Il. I. vs. laud. and. 2) Il. I, 449. Cf. supra c. 5. 3) Od. III, 440 seq. 4) Vid. praeter interpp. ad Il. I, 449. Buttmann. Lexilogus in v. tom. I. p. m. 191 seqq. Heyn. Opusc. Acad. tom. I. p. 368 seqq. 5) Quo etiam cetera, quibus in sacrificiis opus esset, adferebantur. 6) Il. I, 449. II, 410. Heyn. Var. Lectt. et Obs. ad Il. I. vs. l. 7) Il. I, 449 seq. Cf. II, 410 seq. 8) Vid. l. l. et Od. III, 447. 9) Vid. Buttmann. Lexil. in v. tom. I. p. m. 102 seqq. Il. IX, 219 seqq. cibi comedendi pars in focum a Patroclo conjecta Diis ut primitiae crematur: ὁ δ' ἐν πυρὶ βάλλε θυηλάς. Cf. interpr. ad l. l. 10) Od. III, 445 seq. Cf. XIV, 422 seq. 11) Od. L. l. vs. 422 seq.

. . . ἀπαρχόμενος, κεφαλῆς τρίχας ἐν πυρὶ βάλλεν,
Ἀργιόδοντος ὑὸς, καὶ ἐπεύχετο πᾶσι θεοῖσι.

Precibus autem ea a Diis petere solebant, pro quibus sacrificium ipsis obtulerant, ut pestis liberationem Chryses [1], salvum Ulyssis reditum Eumaeus [2].

§. 4. Exin ad hostiae caedem pergebant. Ac primo quidem, superis certe Diis sacrificantes, victimae cervicem retro flectebant, αὐ ἔρυσαν [3]: tum securi percussam caedebant. Quae a Nestoris filio Thrasymede facta testatur Homerus:

Ἤλασεν ἄγχι στάς· πέλεκυς δ' ἀπέκοψε τένοντας
Αὐχενίους, λῦσεν δὲ βοὸς μένος [4].

Stipite querno in eam rem usus est inops Eumaeus:

Κόψε δ' ἀνασχόμενος σχίζῃ δρυὸς, ἣν λίπε κείων [5].

Caesa victima in Nestoris domo quae aderant feminae, hilares continuo magna voce Deos invocabant, ὀλόλυξαν

Θυγατέρες τε, νυοί τε, καὶ αἰδοίη παράκοιτις [6].

§. 5. Victimam securi percussam et humo sublatam jugulabant, ἔσφαξαν:

Οἱ μὲν ἔπειτ' ἀνελόντες ἀπὸ χθονὸς εὐρυοδείης,
Ἔσχον· ἀτὰρ σφάξεν [7] Πεισίστρατος, ὄρχαμος ἀνδρῶν [8].

Quod fiebat μαχαίρᾳ·

Δεξιτερῇ μάλ' ἕκαστος ἔχων ἐν χειρὶ μάχαιραν
Σφάζειν αἰεὶ μῆλα [9].

Ex vulneribus erumpentem sanguinem vase quodam excipiebant, quod ἀμνίον nuncupavit Homerus [10].

§. 6. Ita jugulatas hostias, pelle detracta, in partes dissecare, coxas [11] exemtas, quo copiosior Diis gratis-

1) Il. I, 456. 2) Od. XIV, 456 seq. 3) Ut Il. I, 459. Cf. Od. XIV, 459. Inferis caedendae victimae cervicem deprimebant. Schol. Min. ad Hom. l. l. Cf. Od. XI, 35. et X, 527 ibique Eustath. 4) Od. III, 449 seq. 5) Od. XIV, 425. 6) Od. III, 450. De v. ὀλολύζειν cf. supra c. 6. §. 8. 7) Nitzsch. ad Od. l. l. vertit, Schnitt weiter auf. 8) Od. III, 453 seqq. Cf. Il. I, 459. 9) Hymn. in Apoll. vs. 535 seq. 10) Od. III, 444. Vid. ibi Schol. Min. 11) Quas μηρούς dixit Il. I, 460 et μηρία Od. III, 406 ad q. l. vid. Nitzsch.

tissimus in coelum adscenderet nidor [1], omento cooperire [2] iisque crudas ex omnibus victimae membris decisas particulas imponere [3] consueverant. Haec ita Homerus:

. . . . ἔσφαξαν καὶ ἔδειραν
Μηρούς τ' ἐξέταμον, κατά τε κνίσσῃ ἐκάλυψαν,
Δίπτυχα ποιήσαντες, ἐπ' αὐτῶν δ' ὠμοτέθησαν [4].

Et Odyss. L. XIV [5].

Αἶψα δέ μιν διέχευαν· ὁ δ' ὠμοθετεῖτο συβώτης;
Πάντοθεν ἀρχόμενος μελέων, ἐς πίονα δημόν.

§. 6. Ita adipe et variis particulis primitiarum instar ex toto animali contextae coxae sale vel farina adspersa igni imponebantur adolendae.

Καὶ τὰ μὲν ἐν πυρὶ βάλλε, παλύνας ἀλφίτου ἀκτῇ [6].

Imponebantur autem lignis scissis atque aridis, ἐπὶ σχίζῃς [7], quibus, quo laetior flamma exsurgeret, quod fausti ominis habitum, vini libamenta infuderunt.

Καῖε δ' ἐπὶ σχίζῃς ὁ γέρων, ἐπὶ δ' αἴθοπα οἶνον
Λεῖβε [8].

De Peleo sacrificante Poëta:

. . . . . . ἔχε δὲ χρύσεον ἄλεισον,
Σπένδων αἴθοπα οἶνον ἐπ' αἰθομένοις ἱεροῖσι [9].

Vi-

1) Pinguiores ideo victimae partes in eam rem adhibebant. 2) *Καλύψας πίονι δημῷ* Od. XVII, 241. *Κνίσσῃ ἐκάλυψαν* Il. II, 423. 3) *Ὠμοθετεῖν.* 4) Il. I, 459 seqq. Cf. II, 422 seqq. et Schol. A. ad Il. II. vs. l. *Ἀμφιέπειν, ἀμφιπονεῖσθαι, περιέπειν* de opere in re sacra adhibendo inprimis dicuntur, ut l. l. abunde patet. 5) Vs. 417 seqq. Cl. III, 466 seqq. 6) Od. XIV, 429. Il. IX, 214. 7) Il. I, 463. Od. III, 459. 8) Il. I, 462. seq. Cf. Od. l. l. 9) Il. XI, 773. Libamenta autem, quod obiter moneamus, non in sacrificiis tantum sed tum ante celebranda et post celebrata convivia tum alia quacunque occasione data Diis facta fuerunt. De illis suo loco agemus: de his pauca sufficiant. Pisistrato et Telemacho ad Nestorem profecturis poculum tradit Menelaus, *ὄφρα λείψαντε κιοίτην* Od. XV, 149. Cf. XIII, 38 seq. Libationibus preces fere conjunctae erant, ut Od. l. l. Achilles ubi libasset pro fausto Patrocli et Myrmidonum abitu Zeum precatur Il. XVI, 225 seqq. Cf. vs. 241. Il. IX, 177. *κοῦροι* (non servi erant sed liberi, de quibus vid. Nitzsch. ad Od. III, 338 et IV, 641, 52) crateras ad oram et labia usque repletos singulis libaturis, a dex-

 tra

Vini vero inopia aqua cum sociis libat Eurylochus:

Οὐδ' εἶχον μέθυ λεῖψαι ἐπ' αἰθομένοις ἱεροῖσιν,
Ἀλλ' ὕδατι σπένδοντες ἐπώπτων ἔγκατα πάντα [1].

Ex omni autem victima coxae praecipue Diis offerebantur, ut pinguiores ejus partes, quae plurimam κνίσσην in coelum mittere solent, unde πίονα μηρία καίειν [2] idem saepissime Homero notet quod lauta Diis sacra parare. Quae coxae cum ignis vi colliquescerent, ebulliente adipe, adstabant pueri, νέοι [3], ministri, furcas, πεμπώβολα, manibus tenentes ad continendas in strue et in locum reponendas carnes inter cremandum motu ex igne facto dissilientes: fuisset enim infausti ominis, si carnes in humum provolutae essent [4].

. . . . νέοι δὲ παρ' αὐτὸν ἔχον πεμπώβολα χερσίν.

§. 7. Haec ita igni imposita, et libamento Diis sacrata dum cremabantur, de visceribus gustarunt, σπλάγχνα πάσαντο [5]. Crematis dein femoribus extisque degustatis, reliquae victimae partes in frusta concisae et verubus assatae convivis apponebantur. Testes sint Iliadis L. I. vs. 464 seqq. [6].

Αὐ-

tra ad laevam progressi, distribuunt. Cf. Il. L. l. vs. 183 et XXIV, 306 seqq. In hunc usum comparata erant pocula, quae apud beatiores aurea fuere. Vid. Il. XI, 773. Od. XV, 149. Libabant autem potissimum vino (raro aqua Od. XII, 362) unde passim λείβειν αἴθοπα οἶνον, eoque puro ac mero, unde appellatae σπονδαὶ ἄκρητοι Il. I, 341. Poculis igitur vino repletis leviter aliquid de summis labris in Deorum honorem effundebant, reliquum ipsi bibentes. Vid. e. g. Il. IX, 176 seq. Verebantur omnino cibum sibi sumere aut potum nisi prius eorum primitias Diis consecrassent. Hestiae in primis libare in epulis solebant. Cf. dicta L. III. c. 4, 5. Cubitum abituri Phaeacum primores Ἀργειφόντῃ libant Od. VII, 138. 1) Od. XII, 362 seq. 2) Ut Il. I, 40. 3) Il. I, 463. Od. III, 460. 4) Sunt verba Heynii ad Il. I, 460 seqq. 5) Vid. Il. l. l. 6) Cf. Il. II, 427 seqq. IX, 216 seqq. Od. III, 461 seqq. XIV, 75 seqq. et 464 seqq. Iidem fere ritus in Achillis tentorio observantur, nisi quod ibi, strue lignorum igne consumta, carbonibus reliquis sale adspersae carnes torreantur et transfixae verubus, quibus κρατευταί,

ful-

Αὐτὰρ, ἐπεὶ κατὰ μῆρ' ἐκάη καὶ σπλάγχνα πάσαντο,
Μίστυλλόν τ' ἄρα τἆλλα, καὶ ἀμφ' ὀβελοῖσιν ἔπειραν,
Ὤπτησάν τε περιφραδέως, ἐρύσαντό τε πάντα.
Αὐτὰρ ἐπεὶ παύσαντο πόνου, τετύκοντό τε δαῖτα,
Δαίνυντ', οὐδέ τι θυμὸς ἐδεύετο δαιτὸς ἐΐσης.

Iisdem ritibus factum Od. Libr. XIV [1], nisi quod ibi εἰν ἐλεοῖσιν, i. e., τραπέζαις μαγειρικαῖς [2], una ponantur partes assatae, quas singulari ritu in septem portiones disponit subulcus, quarum unam Nymphis offerat, Hermae alteram, reliquas singulis distribuat: Deos enim in sacrificiis suis conviviorum participes credebant. Quod multis locis testatum fecit Homerus, ut cum Zeus, ceteris Diis ipsum comitantibus, ad Aethiopum sacrificia convivatum abiisse dicitur [3]. Quin etiam numina, quae in sacris non cogitaverant, irasci sibi existimabant mortales, qui ob neglectam religionem a Deorum ira sibi timebant. Belli, ut hoc utar, inter Curetes et Aetolos exorti causa ab Artemidis ira repetitur, quae κακὸν ὦρσε

Χωσαμένη, ὅ οἱ οὔτι θαλύσια γουνῷ ἀλωῆς
Οἰνεὺς ῥέξε· ἄλλοι δὲ θεοὶ δαίνυνθ' ἑκατόμβας [4].

§. 8. Pietatis ita officio defuncti reliquam et maximam certe victimae partem rite praeparatam singulisque distributam δαίνυνθ' ἑζόμενοι [5]. In convivia igitur desinebant sacrificia:

. . . . ἐπεὶ παύσαντο πόνου τετύκοντό τε δαῖτα,
Δαίνυντο [6].

Ejusmodi convivium, quamvis in privatis etiam sacrificiis locum haberet [7], in solennibus tamen Deorum

fulcra, ut videtur, suberant, ut iis utrinque extremae veruum partes innitterentur. Vid. Il. IX, 212 seqq. Ita etiam Heyn. ad l. l. Cf. Schol. et cet. interpr. Eodem Il. loco sal θεῖον dicitur, utpote utilissimum et divino munere dignum. 1) Vs. 430 seqq. Cf. Il. IX, 215 seq. 2) Interpr. Athen. L. IV. c. 22. 3) Il. I. vs. 423 seqq. ibique Heyn. Var. Lectt. et Obs. Cf. Od. III, 438. 4) Il. IX, 529 seq. ad q. l. vid. Heyn. et Köppen. 5) Od. III, 471. 6) Il. I, 467 seq. Cf. Il. IX, 215 seqq. 7) Vid. Il. IX. vs. l.

rum festis fiebat praecipue, quibus ad hilaritatem compositi facilius se consociare liberiusque genio indulgere amant homines. Etenim

. . . . . οὐδέ τι θυμὸς ἐδεύετο δαιτὸς ἐΐσης [1].

Ceterum usque adeo sibi indulgebant ab omni labore cessantes, ut Antinous pronunciet [2]:

Νῦν μὲν — κατὰ δῆμον ἑορτὴ τοῖο θεοῖο
Ἁγνή· τίς δέ κε τόξα τιταίνοιτ'; ἀλλὰ ἕκηλοι
Κάτθετ'· ἀτὰρ πελέκεάς γε καὶ εἴκ' εἰῶμεν ἅπαντας
Ἑστάμεν·

scilicet festivum otium expetentes, ut ait Eustathius [3], ὡς τῆς ἑορτῆς ἀργίαν ἐθελούσης. De conviviis alio loco acturis haec nobis de sacrificandi ritibus dicta sufficiant. Quae enim ad singularia Deorum sacra pertinent infinita sunt, nec ab Homero, quo duce utimur, memorantur.

CAPUT NONUM.

DE DONARIIS.

§. 1. Observanda in Deorum cultu supersunt donaria [4], quae numinibus in templis suspendebantur. Ut enim humani generis reges summi salutabantur Dei, ita regiarum aedium numero habebantur templa, quae varia eaque pretiosissima supellectile exornari divinae dignitati consentaneum visum fuit Diisque gratissimum. Quo quidem officio exsequendo Diis vel

1) Il. I, 468. 2) Od. XXI, 258 seqq. 3) Ad Od. l. l. 4) Ἀγάλματα, ut Od. XII, 347. ad q. l. Eustath., λέγει, inquit, νῦν οὔπω τὰ ἀναθήματα, quae θεῖναι proprie dicebant. Cf. Idem ad Od. III, 274.

vel pietatem significarent, vel accepti beneficii gratias agerent vel eorum sibi favorem exposcerent et tutelam [1].

§. 2. Primo loco in donariis occurrunt coronae, quarum antiquitus nulla nisi Deo dabatur, ut refert Plinius [2]. His Apollinis templum a se ornatum gloriatur Chryses:

. . . . εἰ . . . ποτέ τοι χαρίεντ' ἐπὶ νηὸν ἔρεψα [3].

Dionyso ex hedera fiebant, cui inde κισσοκόμης cognomen fuit [4]. Aliis numinibus oblatas esse coronas, etiamsi suspicari liceat, non tradidit Homerus, quantum memini.

§. 3. Succedunt vestes, quas maxime pretiosas Diis ponebant, ut Aegisthus, qui immortalibus

Πολλὰ δ' ἀγάλματ' ἀνῆψεν, ὑφάσματά τε, χρυσόν τε [5].

Athenae peplum donarunt Troades:

Ὃς κάλλιστος ἔην ποικίλμασιν, ἠδὲ μέγιστος,
Ἀστὴρ δ' ὣς ἀπέλαμπεν [6].

§. 4. In donariis praeterea laudantur vasa aurea, aenea, argentea, ferrea et id genus alia, in quibus celebrantur tripodes et lebetes, Phoebo in primis positi, quales in Delphico hujus templo adfuisse traditum est:

Ἔνθεν ἅλις τρίποδας περικαλλέας ἠδὲ λέβητας
Πορθήσω, καὶ χρυσὸν, ἅλις τ' αἴθωνα σίδηρον,
Καὶ πολλὴν ἐσθῆτα [7].

§. 5. Denique hostibus detracta spolia Diis appendebant victores. Doloni ablata Athenae dicat Ulysses [8]. Hector quoque, ubi e certamine superior abi-

1) Sacerdotibus tradebantur donaria suspendenda, ut Il. VI, 293. Elogia iis inscribi solebant, ait Feith. ed. Stab. p. 86: de quo more nihil monuit Poëta. Quae donariis ponendis ansam praebuerint vid. e. g. Il. I, 39. VI, 294 seqq. VII, 82 seq. Od. III, 273 seqq. XVI, 185. al. 2) Hist. Nat. L. XVI. c. 4. Tom. II. p. 225. 3) Il. I, 39. Vid. Heyn. ad l. l. 4) Hymn. in Bacch. II. vs. 1. 5) Od. III, 274. 6) Il. VI, 294 seq. Cf. supra c. III. §. 4. 7) Hymn. in Herm. vs. 179 seqq. Cf. Od. XVI, 185. 8) Il. X, 460 seqq.

abierit, devicti arma Phoebo sacrificaturum voto se obstringit his verbis concepto:

Καὶ κρεμόω προτὶ νηὸν Ἀπόλλωνος ἑκάτοιο [1].

CAPUT DECIMUM.

DE DIVINATIONIBUS.

§. 1. Graecorum de Diis opinione eosque colendi ratione explicita, de divinatione dicenda quaedam supersunt, id est, de ratione, qua vel divino spiritu afflatos vel signis quibusdam admonitos divinam voluntatem ac mentem praesentire et praedicere posse credebant [2]. Deos enim singula humana curare et amicis suis cum vigilantibus tum dormientibus, quibus vellent signis, futura significare sibi persuaserant. Hinc tanta divinationum auctoritas, ut in gravioribus quibuscunque rebus divinae mentis interpretes consulantur, Deorum omina captentur et contra auguria vel prodigia quidquam audere nefas sit [3]. Neque tamen eorum apud omnes indubitata fuit auctoritas. Ex avibus v. c. divinationem non tantum non curant Hector et Eurymachus, sed vituperant etiam [4]. Tarde enim, quae credita laedunt, credimus, quo fit, ut et idem Priami filius et alii heroes, cum divinatio-

1) Il. VII, 83. 2) Frequens est divinationum mentio in Homeri carminibus, qui passim μάντεις, οἰωνοπόλους, ὀνειροπόλους, ἱερῆας et θυοσκόους celebret. 3) Huc referenda θεῶν ὀμφή, quae futura mortalibus praecipiens ab Homero vel ὀμφή dicitur Il XX, 29. Od. III, 215. vel φήμη Od. II, 35. XX, 100. vel κληηδών Od. XVIII, 117, de qua vid. Buttmann. Lexil. Part. I. p. m. 21 seqq. et Nitzsch. ad Od. l. l. 4) De Hectore vid. Il. XII, 237. de Eurymacho Od. II, 181. Cf. XIX, 560 seqq.

tionibus fidem negent, tum sibi ingrata vaticinantes contumeliis onerent et opprobriis.

§. 2. Omnium praestantissima divinatio fuit, quae arcano numinis instinctu fiebat, cum furore plerumque conjuncta, unde qui ita futura praedicunt μάντεις[1] dicuntur et habentur ἔνθεοι. Sacro illi et certo loco degebant, quo ut ὑποφῆται responsa a Deo sibi edita consulentibus enuntiarent. Ejusmodi oracula quamvis plura forte fuerint, Homero celebriora sunt duo. Alterum Zei Dodonaei, cujus cura Sellis[2] fuit, qui vitam austeram et a communi usu diversam agebant, ἀνιπτόποδες, χαμαιεῦναι[3], qua sanctitatis sibi speciem et famam contraherent. Per quercum ibi responsa edebantur, ut probant quae de Ulysse legimus:

Τὸν δ' ἐς Δωδώνην φάτο βήμεναι, ὄφρα Θεοῖο
Ἐκ δρυὸς ὑψικόμοιο Διὸς βουλὴν ἐπακούσῃ[4].

Procis Telemachi necem dissuadens Amphinomus,

. . . . πρῶτα, inquit, θεῶν εἰρώμεθα βουλάς·
Εἰ μέν, κ' αἰνήσωσι Διὸς μεγάλοιο θέμιστες,
Αὐτός τε κτενέω, τούς τ' ἄλλους πάντας ἀνώξω·
Εἰ δέ κ' ἀποτωρπῶσι θεοὶ, παύσασθαι ἄνωγα[5].

Alterum celeberrimum erat Apollinis Pythii oraculum, quod consulturus adiit Agamemnon:

Πυθοῖ ἐν ἠγαθέῃ, ὅθ' ὑπέρβη λάϊνον οὐδὸν
Χρησόμενος· τότε γάρ ῥα κυλίνδετο πήματος ἀρχὴ
Τρωσί τε καὶ Δαναοῖσι, Διὸς μεγάλου διὰ βουλάς[6].

§. 3.

1) De qua v. vid. Heyn. Var. Lectt. et Observ. ad Il. I, 62 seqq. 2) Vid. de Sellis Il. XVI, 234. adq. l. cf. interpr. 3) Il. XVI, 235. De Zei Dodonaei oraculo cf. Heyn. Excurs. II. ad Il. l. l. ibiq. auct. cit. et interpr. Inde Zeus dicitur πανομφαῖος, Il. VIII, 250. ad q. l. vid. Eustath. cf. Hymn. in Herm. vs. 459., cui ara exstructa et sacra ab Achivis oblata fuerunt. Vid. Il. l. l. 4) Od. XIV, 327 seqq. cl. XIX, 296 seqq. 5) Od. XVI, 402 seqq. 6) Od. VIII, 79 seqq. De templo Homeri jam aetate opulentia insigni et divitiis vid. Il. IX, 404 seqq.

§. 3. Frequentius vero ab Homero celebratur divinatio, quae arte constans e signis oblatis fiebat. In quo divinandi genere principem locum habuerunt auspicia atque auguria, quae capiebantur

Φωνῇ καὶ πτερύγεσσι τελήεντων οἰωνῶν [1].

Qui ita ex avium cantu et volatu auguratur Homero est οἰωνοπόλος [2] et οἰωνῶν σάφα εἰδὼς [3], quam scientiam non pauci tantum viri quasi sibi propriam callebant, at omnes generatim usu peritiores, quamvis fortasse Deorum ministri, ut θεόφιλοι, certiora ex iis conjicere existimarentur quam ceteri. Ex avibus autem vaticinantium ars in iis cernitur, quae dixit Poëta

Ὄρνιθας γνῶναι, καὶ ἐναίσιμα μυθήσασθαι [4].

In quem usum non omnes promiscue aves adhiberi solebant sed ἐναίσιμοι· οὐδὲ γὰρ πάντες ἐναίσιμοι [5]. Augurum erat, ut diximus, ὄρνιθας γνῶναι, in qua officii parte plura illis erant observanda [6]. In his quam coeli plagam volatu peterent aves diligentissime animadvertebant:

Εἴτ' ἐπὶ δέξι' ἴωσι πρός Ἠῶ τ' Ἠέλιόν τε
Εἴτ' ἐπ' ἀριστερὰ τοίγε ποτὶ ζόφον ἠερόεντα [7].

Stabant autem augures, omina captantes, facie versus septentrionem conversi, ita ut orientem a dextra, a laeva occidentem haberent. Quo fiebat, ut in dextram volantes aves auspicatae, in sinistram vero inauspicatae essent [8]; unde passim laudantur δεξιοὶ ὄρνιθες. Mala contra Hectori ominatur Polydamas, quod advenisset

Αἰετὸς ὑψιπέτης ἐπ' ἀριστερὰ λαὸν ἐέργων [9].

In

1) Hymn. in Herm. vs. 541. 2) Il. I, 69. vel θεοπρόπος οἰωνιστής Il. XIII, 70. 3) Od. I, 202. 4) Qua excelluit Mastorides. Vid. Od. II, 109. 5) Od. II, 182. ἐναίσιμοι sunt μαντικοί. Schol. vel ut Eustath. πεπρωμένον τι δηλοῦντες. 6) Vid. Il. XII, 200 seqq. Od. XV, 160 seqq. et XIX, 545 seqq. 7) Il. XII, 239 seq. 8) Idem in tonitru observatum legimus Il. II, 353. IX, 236. 9) Il. XII, 201.

In avibus auguralibus principes sunt aquila [1] et ardea. Ex hujus clangore felix sibi augurium capiunt Ulysses et Diomedes, qui quominus ipsum conspicerent noctis impediebantur tenebris:

. . . . τοὶ . . . οὐκ ἴδον ὀφθαλμοῖσι
Νύκτα δι' ὀρφναίην, ἀλλὰ κλάγξαντος ἄκουσαν [2].

Ex rapacibus generatim avibus potissimum omina capiebantur; partim, ut videtur, quod altiora volatu petentes facile observantur, partim quod plura simul et majora edere solent, quae augurio capiendo ansam praebeant [3].

§. 4. Augurio proxima est ex somniis divinatio, quae interpretari noverant ὀνειροπόλοι. Ut enim cetera ita somnia quoque a Diis adhiberi existimabantur, quibus amicis dormientibus futura praeciperent vel dubia explicarent:

. . . . . καὶ γάρ τ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν [4].

Ejusmodi divinationis exemplum nobis prodidit Homerus, ubi de anseribus domesticis, ab aquila discerptis, somnii expositionem sibi ab Ulysse petit Penelope: quod de futura procorum nece interpretatus est Laërtiades [5]. Achilles, ut Phoebeae irae causam ediscat,

. . . . . . μάντιν . . . . ἢ ἱερῆα
Ἢ καὶ ὀνειροπόλον

advocari jubet [6]. Eurydamantis, ὀνειροπόλοιο γέροντος, filii a Diomede occisi dicuntur, quod ipsis

. . . . οὐκ ἐρχομένοις ὁ γέρων ἐκρίνατ' ὀνείρους [7].

Quod si fecisset, filios ad bellum profecturos de fato admonere et, ne abirent, hortari potuisset: quibus neglectis

. . . . σφεας κρατερὸς Διομήδης ἐξενάριξε [8].

§. 5.

1) Vid. Il. VIII, 247. et ad h. l. Heyn. Cf. Il. XXIV, 314. et passim in Il. et Od. 2) Il. X, 275 seqq. 3) Observat Nitzsch. ad Od. II, 146 seqq. 4) Il. I, 63. 5) Od. XIX, 535 seqq. et 546 seqq. Cf. Nitzsch. ad Od. II, 146 seqq. 6) Il. I, 63 seqq. 7) Il. V, 150. 8) Il. l. l. vs. 151.

§. 5. Extispicii nullum, quantum memini, in Homeri carminibus exemplum invenitur. Neque tamen desunt, qui extispicio heroica aetate locum fuisse et ἱερῆος nomine extispicem a Poëta significari contendant. Quo referunt Il. Libr. I. vs. 62.

Ἀλλ' ἄγε δή τινα μάντιν ἐρείομεν ἢ ἱερῆα.

et Libr. XXIV. vs. 221.

. . . . οἳ μάντιές εἰσι, θυοσκόοι, ἢ ἱερῆες.

Ad quem versum Eustathius ex veterum sententia duo genera μάντεων constitui affirmat, θυοσκόους, τοὺς διὰ τῶν ἐπιθυμιωμένων μαντευομένους, id est, ἐμπυρομάντεις s. λιβανομάντεις: et ἱερῆας, τοὺς διὰ σπλάγχνων, qui ex visceribus et extis futura praevident, quos alio nomine ἱεροσκόπους vocari refert. De quibus tamen ita statuere malim, ut θυοσκόοι dicantur, qui ἐκ τῶν θυομένων, id est, ex omnibus, quae in sacrificiis observanda venerint, vaticinantur [1].

§. 6. Praeter haec solebant alia quoque superstitiose a Graecis observari. In his sternutatio, de qua ad Eumaeum Penelope,

Οὐχ ὁράας, inquit, ὅ μοι υἱὸς ἐπέπταρε πᾶσιν ἔπεσσιν [2].

Quo velut prosperiori omine suum de procorum caede votum confirmari existimat:

Τῷ κε καὶ οὐκ ἀτελὴς θάνατος μνηστῆρσι γένοιτο
Πᾶσι μάλ', οὐδέ κέ τις θάνατον καὶ κῆρας ἀλύξαι [3].

C A-

1) De θυοσκόῳ vid. Od. XXI, 145 seqq. de qua v. quaedam habet Nitzsch. ad Od. III, 439. Cf. ibi laud. auct. At Leiodes, procorum θυοσκόος, a Diis ne Ulysses rediret precibus flagitare solebat. Od. XXII, 322. Quod meae sententiae non repugnat. Quae enim prospera eventura providisset, a Diis precari, quae adversa animadvertisset, averruncari res ipsa ferebat. 2) Od. XVII, 545. 3) Od. I. l. vs. 546 seq.

CAPUT UNDECIMUM.

DE MAGICIS ARTIBUS.

§. 1. Divinationi cognata est magia, quae quidem maximam partem in rebus mirabilibus versatur. Inferorum huc pertinet evocatio, in qua totus occupatur Odysseae liber undecimus, quem inde Νεκύϊαν appellarunt veteres. In eo scilicet Ulysses ex Circes praecepto scrobem fodit, in quam primum mulso, dein vino, tum aqua, alba farina inspersa, in manium honorem libamina fundit, quibus in Ithacam reversum se bovem sterilem in aedibus sacrificaturum vovet et pyram ἐμπλησέμεν ἐσθλῶν. Tiresiae vero vati peculiariter egregiam ovem nigram pollicetur. Quibus votis susceptis nigras ad scrobem pecudes jugulat, ut ad sanguinem bibendum dein defunctorum animas invitet, quas priusquam admitteret, ex Tiresia, quae sibi facienda essent, sciscitari illi praeceperat Circe.

Ὅς κέν τοι εἴπῃσιν ὁδὸν καὶ μέτρα κελεύθου,
Νόστον θ', ὡς ἐπὶ πόντον ἐλεύσεαι ἰχθυόεντα [1].

Haec ad defuncti plerumque tumulum fiebant, ad quem animas corporum suorum desiderio libentius versari credebant: in inferis vero egit Ulysses

. . . . ἔνθα τε νεκροὶ
Ἀφραδέες ναίουσι, βροτῶν εἴδωλα καμόντων [2].

§. 2. Porro, inquit Feithius, varii quoque et admirandi exstant magiae effectus, non in homines solum ac bestias, sed et in ipsamet mundi elementa, quae

1) Od. X, 539 seq. cll. praec. vs. inde a vs. 503. et Od. XI, 23 seqq. 2) Od. XI. 474 seq. Cf. Od. X, 502 seqq.

quae carminibus magicis ope daemonum nefarii homines varie afficiunt. Ἐπῳδὴν Graeci dixerunt, Latini incantationem, quae ab Homero pellaci Sirenum cantu expressa est. Hac mentem hominum alienari ac veluti de sede sua dejici creditum est. Sed maxime admiranda potestas Magorum in transformationibus cum sui, tum aliorum, quam in Proteo et Circe exhibuit Homerus. Verum enim vero, pergit Idem, adversus noxiam hanc Magorum vim, ἀντίδοτα, remedia quoque nonnulla veteres habuerunt; qualis herba μῶλυ a Mercurio Ulyssi adversus Circes incantationes data [1]. Caeterum adhibitae quoque in salutem incantationes depellendis morbis; ut ab Autolyci filiis in Ulyssis vulnere factum refert Homerus:

Δῆσαν ἐπισταμένως· ἐπαοιδῇ δ' αἷμα κελαινὸν
Ἔσχετον [2].

§. 3. Quas superiore paragrapho a Viro Doct. memoratas dedimus incantationes et ab eo ita nuncupata ἀντίδοτα in Homero obvia quidem sunt: at ne falso ea interpretemur caveamus. Sirenum enim, ut hoc utar, fabula nec magiae in elementa effectus nobis significare voluit Poëta, nec cogitavit quidem. Fuit illa communis et constans suo tempore hominum de Sirenibus opinio, quam ut fidelis aevi sui descriptor nobis tradidit, aequalium suorum cultui et superstitioni consentaneam, cujus simplicitatem et vero delectationem ne philosophando nobis posterior auferat aetas. De quibus universe hoc teneamus: magiam non velut artem a Poëta esse descriptam, nec eum magos prae ceteris ejus artis peritos, nec remedia cogitasse ea praesertim mente excogitata, quibus magiae vim averterent. Quae olim facta tunc temporis ferebantur tradidit, nil praeterea cogitans.

1) Od. X, 305. 2) Od. XIX, 457 seq.

CAPUT DUODECIMUM.

DE FUNERANDI RELIGIONE.

De funerandi[1] ritibus, in quibus haud exiguam religionis partem a Graecis positam novimus, hic quaedam subjungere et res ipsa monet et ab hoc loco non alienum videtur, in quibus exponendis ejusdem antiqui vatis carmina sequamur.

§. 1. Moribundum itaque circumstantes adfines, propinqui et familiares quaecunque, minima etiam, quae daret, pietatis atque amoris signa cupidi et laeti exspectabant. Ita morientis manus premere adamarunt, extrema ejus mandata cupide excipientes, quae in mortui carissimi memoriam saepius in animum revocarent et observarent accuratissime. Quo dulci calamitatis solatio se privatam queritur Hectoris uxor amantissima:

. . . . ἐμοὶ . . . μάλιστα λελείψεται ἄλγεα λυγρά.
Οὐ γάρ μοι θνήσκων λεχέων ἐκ χεῖρας ὄρεξας·
Οὐδέ τί μοι εἶπες πυκινὸν ἔπος, οὗτέ κεν αἰεὶ
Μεμνήμην νύκτας τε καὶ ἤματα δακρυχέουσα [2].

§. 2. Simulatque anima efflata ψυχὴ corpore evaserat (abibat autem vel per ἕρκος ὀδόντων [3] vel κατ' οὐταμένην ὠτειλὴν [4]) oculi claudebantur [5] et cum os tum reliquae corporis partes decore componebantur. Quo pio officio vel parentes fungebantur, vel ali-

1) Quod dicitur κτέρεα κτερεΐζειν Od. II, 222. Vid. Patrocli manium quaerelam Il. XXIII, 69 seqq. Ut mortis acerbitatem quasi lenirent, dicebant mortuos καμνεῖν Il. III, 278. vel παθεῖν τι Od. IV, 820. Il. XXI, 274. 2) Il. XXIV, 742 seqq. 3) Ut Il. IX, 409. 4) Il. XIV, 518. 5) Quod est ὀφθαλμοὺς vel ὄσσε καθαιρεῖν ut Od. XXIV, 295. Il. XI, 453. alibi.

alii carissimi quique, praesertim conjux. Hoc sibi per summum scelus ab uxore denegatum queritur Agamemnon:

. . . . οὐδέ μοι ἔτλη, ἰόντι πέρ εἰς Ἀΐδαο,
Χερσὶ κατ' ὀφθαλμοὺς ἑλέειν, σύν τε στόμ' ἐρεῖσαι [1].

Quae Ulyssi, quem peregre obiisse putabat, a Penelope non praestita dolet Laërtes:

Οὐδ' ἄλοχος πολύδωρος ἐχέφρων Πηνελόπεια
Κώκυσ' ἐν λεχέεσσι φίλον πόσιν, ὡς ἐπέοικεν,
Ὀφθαλμοὺς καθελοῦσα· τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ θανόντων [2].

Eodem officio alias funguntur parentes, ut Ulyssis oratione notavit Homerus, qui Laërtiadem Soco gravissima mala minantem introducit, in quibus haud levissimum illud:

. . . . οὐ μὲν σοίγε πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ
Ὄσσε καθαιρήσουσι θανόντι περ, κ. τ. λ. [3].

§. 3. Dein, ne foeda cadaveri inhaererent neu putredine corpus consumeretur, lavari solebat et ungui. Mortui enim imaginem saltem et speciem, quam conspicerent, quoad fieri poterat diutissime, sibi servare studuerunt. Sola quippe superstitum memoria post fata etiam mortui vivere pergunt [4]. Ita Achillis jussu λοετροχόον τρίποδα admovent ἑταίροι, ut Patrocli corpus fervente aqua ablutum inungatur:

Καὶ τότε δὴ λοῦσάν τε, καὶ ἤλειψαν λιπ' ἐλαίῳ [5].

Eadem Hectori praestare jubentur ancillae:

Δμῳὰς δ' ἐκκαλέσας λοῦσαι κέλετ', ἀμφί τ' ἀλεῖψαι.
Νόσφιν ἀειράσας, ὡς μὴ Πρίαμος ἴδοι υἱόν [6].

Quod pietatis officium ipsi Pelidae post fata reddiderunt Achivi:

. . . . καθήραντες χρόα καλὸν
Ὕδατί τε λιαρῷ καὶ ἀλείφατι [7].

Im-

1) Od, XI, 424 seqq. 2) Od. XXIV, 294. 3) Il. XI, 452 seqq. 4) Eleganter pluribus haec explicuit Nitzsch. ad Od. III, 258 seqq. 5) Il. XVIII, 345 seqq. 6) Il. XXIV, 582. 7) Od. XXIV, 44 seq.

Immo vero ipsi etiam Dei (in quibus hominum ea aetate studia totamque adeo agendi vivendique rationem quasi expressa cernimus), ipsi, inquam, Dei illud agunt in primis, ut mortui cujusque sibi carissimi cadavera incorrupta serventur. Quo consilio ambrosia illi adhibuerunt, ut Phoebus, qui Sarpedonis occisi corpus χρῖσέν τ' ἀμβροσίῃ, περὶ δ' ἄμβροτα εἵματα ἕσσε [1], quae Patrocli [2] et Hectoris [3] cadaveribus simili ratione facta traduntur.

§. 4. Tum linteo tenui totum a capite ad pedes usque involutum arcteque constrictum corpus in lecto ferali deponebant, φάρεϊ eoque fere albo superne tectum.

Ἐν λεχέεσσι δὲ θέντες, ἑανῷ λιτὶ κάλυψαν
Ἐς πόδας ἐκ κεφαλῆς· καθύπερθε δὲ, φάρεϊ λευκῷ [4].

In hunc usum nominatim φᾶρος texebant cognatae, quale paravit Penelope, cum procos dolo demulcens conjugii spe inani lactaret, ita dictitans:

Μίμνετ' ἐπειγόμενοι τὸν ἐμὸν γάμον, εἰσόκε φᾶρος
Ἐκτελέσω . . . .
Λαέρτῃ ἥρωϊ ταφήϊον κ. τ. λ. [5].

Quod pium ipsis officium fuisse et mortui aestimationi debitum ex iis intelligitur, quae prioribus subjunxit Ulyssis conjux fidelissima:

Μή τίς μοι κατὰ δῆμον Ἀχαιϊάδων νεμεσήσῃ,
Αἴκεν ἄτερ σπείρου κεῖται, πολλὰ κτεατίσσας [6].

Hac ferali veste tectum et ornatum cadaver in atrio collocabant ita, ut in portam versi essent defuncti pedes, quippe jamjam efferendi. Sic in Achillis tentorio Patroclus:

Κεῖτο, ἀνὰ πρόθυρον τετραμμένος [7].

Quo vitae exitus significatur, ut ait Eustathius, διὰ ἔθους

1) Il. XVI, 680. De ambrosia egit Heyn. in Exc. IX. ad Il. I, 529. 2) Il. XIX, 38 seq. 3) Il. XXIII, 186 seq. Cf. XXIV, 19, 413—23. et XIX, 38. 4) Il. XVIII, 352 seq. 5) Od. II, 97 seqq. 6) Od. L. l. vs. 101 seq. 7) Il. XIX, 212.

ἔθους ὄντος οὕτω προτίθεσθαι τοὺς νεκροὺς, ὡς ἐπὶ ἐξόδῳ τοῦ βίου γεγονότας [1], vel ut aliorum verbis utar, διὰ τὸ ἐξερχομένους τοῦ ἀνθρωπίνου βίου μηκέτι ἀναστρέφειν εἰς τοὺς οἰκοὺς [2].

§. 5. Ita rite compositum cadaver circumfusi solennem luctum ordiebantur:

Τοῦτό νυν καὶ γέρας οἶον ὀϊζυροῖσι βροτοῖσι,
Κείρασθαί τε κόμην, βαλέειν τ' ἀπὸ δάκρυ παρειῶν [3].

Lacrimae autem, quo vehementiores erant Graecis affectus, eo largiores ipsis effluere solebant. Nec eas heroïbus, quos canebat, indignas censuit Homerus. Haud enim animo heroas sibi informaverat, quibus cor silice durius effecerat virtus: at naturae vestigia secutus, ut erant, Graecos nobis depinxit, fortissimos illos quidem nec pericula etiam gravissima detrectantes, sed amicitiae, pietatis, amoris sensu praeditos, quorum animum graviter percellit carissimorum capitum obitus, pie lacrimis mortuos prosequentium. Achillem, Agamemnonem citasse sufficiat, de utroque saepius Poëta: ἀδινοῦ ἐξῆρχε γόοιο. Unum Patroclum de Achivorum infortuniis lacrimabundum reprehendit Achilles, quod ita omnem sibi animum lacrimis diffluere sinat [4]. Sed illuc redeamus. Lamenta, quae ad mortui corpus facta diximus, per plures, per novem [5] adeo et septendecim [6] nonnunquam dies a cognatis et amicis plerumque excitabantur, rarius a viris ea mente conductis, quales in Hectoris funere fuerunt ἀοιδοὶ θρήνων ἔξαρχοι [7]. Quae Patroclum mortuum deflerent ab Achille eligebantur mulieres Trojanae adeoque captivae. Ἀμφί σε, amici corpus intelligens, inquit heros nobilissimus,

Ἀμ-

1) Ad Il. l. l. 2) Schol. B. D. ad Il. l. l. 3) Od. IV, 197 seq. et alibi. Ὀϊζυροὶ βροτοὶ dicuntur quatenus illis moriendi necessitas incumbit. Cf. Nitzsch. ad Od. l. l. 4) Il. XVI, 7 seqq. 5) Vid. Il. XXIV, 705 seqq. cll. vs. 781. 6) In Achillis v. c. funere, quem cum per septendecim dies ac noctes luxissent, decima octava die combusserunt. Vid. Od. XXIV, 63 seqq. et Il. XVIII, 340. 7) Vid. Eustath. ad Il. XXIV, 721. quo uno loco in funeribus ἀοιδοὶ memorantur.

Ἀμφί . . . σε Τρωαὶ καὶ Δαρδανίδες βαθύκολποι
Κλαύσονται, νύκτας τε καὶ ἤματα δακρυχέουσαι [1].

Nec tamen una omnes lamenta edebant. Ex certa norma ceteris unus praeibat, quem cessantem reliqui, chori instar, exciperent. Ita per intervalla et post ἐξάρχου lamenta a ceteris luctus excitabatur [2]. In Hectorei v. c. cadaveris luctu solenni ἀοιδῶν θρήνους Andromaches, tum Hecubae, Helenae denique lacrimae sequuntur, quae matronae singulae propria et solenni voce dicuntur ἄρχειν seu ἐξάρχειν γόοιο, quibusque omnis praesentium frequentia ἐπιστενάχονται [3].

§. 6. Ad fletum et lamentationem alia complura doloris signa accedebant. In quibus praecipuum, quod comam, in sui memoriam mortuorum corpori injiciendam, sibi demebant [4]. Terrestrium enim reminiscentia omnis fere constat defunctorum felicitas, qui ita secundam quasi vitam viverent [5]. Quem diximus ritum in Achillis προθέσει observarunt Achivi:

. . . . πολλὰ δέ σ' ἀμφὶς
Δάκρυα θερμὰ χέον Δαναοί, κείροντό τε χαίτας [6].

et in Patrocli funere Myrmidones, qui

Θριξὶ πάντα νέκυν καταείνυον, ἃς ἐπέβαλλον
Κειρόμενοι [7].

Ce-

1) Il. XVIII, 339 seq. 2) Cf. Heyn. et Köpp. ad Il. XXIV, 719 seqq. 3) Vid. Il. L. l. vs. 746, 760, 776. Cf. quae de Achillis et Achivorum luctu in Patrocli nece excitato leguntur Il. XVIII, 314 seq. et alibi. 4) Comam igitur, inquit Nitzsch. ad Od. IV, 195 seqq., non in omni omnino calamitate, at in mortuo tantum lugendo, sibi abradere solebant, quod ut probet citat Od. L. l. vs. 539 seq. Il. XXII, 33, 77. et XXIV, 640. Cf. inpr. Il. XXIII, 151. At radicitus tamen crines sibi evulsit Agamemnon cum Trojanos Achivorum castris imminentes videret et pericula suis inde oritura cogitaret Il. IX, 15 seqq. ὡς δυσανασχετῶν κατὰ Διός, inquit Schol. L. ad Il. l. l. Cf. Il. II, 112 seq. ibiq. interpr. Idem luctus signum ediderunt inferos adituri Ulyssis socii, quibus κατεκλάσθη φίλον ἦτορ·

Ἑζόμενοι . . . . καταῦθι γοόων, τίλλοντό τε χαίτας.

Od. X, 566 seq. 5) De hujus effati veritate ex sequentibus magis etiam constabit. Cf. Nitzsch. ad Od. III, 258 seqq. 6) Od. XXIV, 45 seq. Cf. Od. IV, 197. 7) Il. XXIII, 135 se

Ceteris remotis eadem fecit Achilles:

Στὰς ἀπάνευθε πυρῆς ξανθὴν ἀπεκείρατο χαίτην [1].

quam, inquit, olim pro fausto in patriam reditu Sperchio a patre devotam

Νῦν ἐπεὶ οὐ νέομαί γε φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν,
Πατρόκλῳ ἥρωϊ . . . . ὀπάσαιμι φέρεσθαι [2].

§. 7. Haud sibi in luctu temperantes quasi saeviunt herões et corpore in terram dejecto volutati corrasum pulverem capiti vultuique injiciunt. Patrocli morte cognita, Achillem

. . . . . ἄχεος νεφέλη ἐκάλυψε μέλαινα·
Ἀμφοτέρῃσι δὲ χερσὶν ἑλὼν κόνιν αἰθαλόεσσαν,
Χεύατο κὰκ κεφαλῆς, χαρίεν δ' ᾔσχυνε πρόσωπον·
Νεκταρέῳ δὲ χιτῶνι μέλαιν' ἀμφίζανε τέφρη.
Αὐτὸς δ' ἐν κονίῃσι μέγας μεγαλωστὶ τανυσθεὶς
Κεῖτο. κ. τ. λ. [3].

Unde est, quod Priamus Hectore caeso fatum suum coram Achille deplorans, ceteris haec addit:

. . . . αἰεὶ στενάχω καὶ κήδεα μυρία πέσσω,
Αὐλῆς ἐν χόρτοισι κυλινδόμενος κατὰ κόπρον [4].

Fratris morte ipsi nunciata, de se refert Menelaus:

Κλαῖον . . ἐν ψαμάθοισι καθήμενος [5].

§. 8. Amicorum morte graviter perculsi genas praeterea sibi discerpere, pectora tundere, aliisque modis in suum ipsi corpus saevire solent. Quae de vidua retulit Homerus:

Τοῦ δὲ γυναικὸς μέν τ' ἀμφίδρυφοί εἰσι παρειαί [6].

De Patrocli morte certiores factae Achillis famulae

. . . . χερσὶ . . πᾶσαι
Στήθεα πεπλήγοντο, λύθεν δ' ὑπὸ γυῖα ἑκάστης [7].

Ejusdem defuncti corpus amplexa Briseïs:

. . . . . . λίγα κώκυε, χερσὶ δ' ἄμυσσε

Στή-

1) Il. XXIII, 141. 2) Il. L. l. vs. 150 seq. 3) Il. XVIII, 22 seqq. Cf. de Laërte Od. XXIV, 315 seqq. 4) Il. XXIV, 639 seqq. 5) Od. IV, 539. 6) Il. XI, 393. Inde Protesilai occisi uxor dicitur ἀμφιδρυφὴς ἄλοχος Il. II, 700. 7) Il. XVIII, 30 seqq.

Στήθεά τ', ἠδ' ἁπαλὴν δειρὴν, ἰδὲ καλὰ πρόσωπα [1].

§. 9. Patrocli desiderio motus Achilles, priusquam amici mortem ultus esset, ab omni cibo et potu abstinuit [2]. Aliquando moesti in solitarium locum secedebant, aut domi desidebant luctui indulgentes [3]. Denique ita saepe prae moerore sui mentisque impotes erant, ut affectuum aestu agitati lucem perosi mortem exoptarent, quam in eo interdum fuerunt ut sibi consciscerent. Quo animo in fratris morte se fuisse narrat Menelaus:

. . . . οὐδέ νύ μοι κῆρ
Ἤθελ' ἔτι ζώειν, καὶ ὁρᾶν φάος ἠελίοιο [4].

et ne manus sibi inferat prae moerore insaniens Achilles timuit Antilochus:

Δείδιε . . . μὴ λαιμὸν ἀποτμήξειε σιδήρῳ [5].

CAPUT DECIMUM TERTIUM.

DE CADAVERUM COMBUSTIONE.

§. 1. Ut suo loco diximus, in eo praecipua quaedam hoc aevo cura fuit adhibita, ut carorum defunctorum corpora quam possent diutissime incorrupta sibi servarent, eorum imagine quasi praesentium delectati. Ubi vero tabes nec ipsi corpori, αὐτῷ [6], parceret, ig-

1) Il. XIX, 284 seqq. Quin etiam femora sibi caedebant, ut Asius Il. XII, 162. cll. sup. vs. et Ulysses, ubi in patriam redux omnia in pejus mutata animadverterat, Od. XIII, 198. cll. sup. vs. 2) Vid. Il. XIX, 209 seq. 3) Vid. e. g. Od. IV, 101 seqq. et 113 ibiq. Nitzsch. 4) Od. IV, 539 seq. 5) Il. XVIII, 34. Ingens facinus ausa Epicaste re ipsa mortem sibi conscivit Od. XI, 277 seq. 6) Ut minus exculti mortale corpus primariam hominis partem et ipsum adeo hominem, αὔτον, habuerunt. Ψυχὴ enim abstracta res

igni cadaver comburendum imponebant, ut ita vita defuncti suorumque amori erepti εἴδωλον saltem salvum in Ἀΐδου domum descenderet [1]. Defunctos enim post fata etiam permanere sibi persuaserant. At tantum apud eos valuit error, ut, corpora cremata cum scirent, tamen ea fieri apud inferos fingerent, quae sine corporibus nec fieri possunt nec intelligi [2]. Sed illuc revertamur. Ut enim, quae in cadaverum combustione observanda sunt, ordine exponamus, ab initio erit ordiendum.

§. 2. Luctui ubi satis indulserant, cadaver cum lecto suo in locum, quo comburendum erat, elatum in edita lignorum strue collocabant, quam πυρὴν vocat Homerus, de Coronidis funere ita canens:

Ποίησαν δὲ πυρὴν ἑκατόμπεδον ἔνθα καὶ ἔνθα·
Ἐν δὲ πυρῇ ὑπάτῃ νεκρὸν θέσαν, ἀχνύμενοι κῆρ [3].

et de Hectoris cadavere:

. . . . ἐξέφερον θρασὺν Ἕκτορα δακρυχέοντες,
Ἐν δὲ πυρῇ ὑπάτῃ νεκρὸν θέσαν [4].

Funus prosequebantur propinqui et amici. Patroclum mortuum Achillis jussu armati Myrmidones e tentorio in rogum extulerunt:

Ἂν δ' ἔβαν ἐν δίφροισι παραιβάται, ἡνίοχοί τε·
Πρόσθε μὲν ἱππῆες, μετὰ δὲ νέφος εἵπετο πεζῶν,
Μυρίοι· ἐν δὲ μέσσοισι φέρον Πάτροκλον ἑταῖροι [5].

§. 3. Ad pyram complures victimae mactari solebant, et comburi, ut Achille jubente a Myrmidonibus factum traditur:

Πολ-

res est, nec ut corpus in sensus cadit. Astracta autem ignorat incultior, nec cogitat aut aestimat. Vid. Il. I, 4. cll. XVIII, 26. 1) Cf. Nitzsch., qui ad Od. IV, 258 eleganter et vere hac de re disputavit. Ne quis cadavera comburi dubitet adeat Il. VII, 431 seqq. XXIII, 165 seqq. XXIV, 787. Od. XXIV, 6 et alias utriusque carminis partes. 2) Ita Cic. Tusc. I, 16. Cf. infra §. 4. 3) Il. XXIII, 164 seqq. cll. vs. 110 seqq. 4) Il. XXIV, 786 seq. 5) Il. XXIII, 132 seqq.

Πολλὰ δὲ ἴφια μῆλα, καὶ εἰλίποδας ἕλικας βοῦς
Πρόσθε πυρῆς ἔδερόν τε καὶ ἄμφεπον [1].

Quae in ipsius Laërtiadae exsequiis peregerunt Achivi:

. . . . πολλὰ δὲ σ' ἀμφὶς
Μῆλα κατεκτάνομεν μάλα πίονα καὶ ἕλικας βοῦς [2].

Singularis est in Patrocli funere ritus, quo Achilles adipe ex caesis animalibus desumto totum amici corpus obtexit, excoriata animalia circumquaque accumulavit, et mellis oleique amphoris quatuor cadaveri ita apposuit, ut ignis vi exundantes liquores in corpus cremandum dimanarent. Haec ita Homerus:

. . . . ἐκ δ' ἄρα πάντων [3]
Δημὸν ἑλὼν ἐκάλυψε νέκυν μεγάθυμος Ἀχιλλεὺς
Ἐς πόδας ἐκ κεφαλῆς, περὶ δὲ δρατὰ σώματα νήει·
Ἐν δὲ τίθει μέλιτος καὶ ἀλείφατος ἀμφιφορῆας,
Πρὸς λέχεα κλίνων [4].

Quae omnia cum mortui honorandi causa fiebant, tum ut laetius excresceret flamma, qua celerrime corpus combureretur [5]. Achillis cadaver crematum legitur

. . . . ἐν τ' ἐσθῆτι θεῶν καὶ ἀλείφατι πολλῷ
Καὶ μέλιτι γλυκερῷ [6].

§. 4. Post fata in Hades domo defunctorum manes alteram quasi vitam priori, quam in terris agebant, similem, ut ferebat opinio, vivebant, cujus quidem vitae voluptatem maximam ex prioris recordatione caperent. Quae causa fuit, quod, etsi corpore destitutos, iisdem tamen studiis, quae vivi adamassent, deditos fingerent [7]. Animos enim per se ipsos viventes non poterant mente complecti: formam

1) Il. XXIII, 166 seqq. 2) Od. XXIV, 65 seq. 3) Animalium scilicet ad pyram caesorum. 4) Il. XXIII, 167 seqq. 5) Cf. h. c. §. 1. Heyn. et cet. Interpr. ad Il. l. l. 6) Od. XXIV, 67 seq. 7) Vid. e. g. Od. X, 571 seqq. et 604 seqq. Cf. Nitzsch. ad Od. III, 258.

mam aliquiam figuramque quaerebant [1]. Omnia igitur vivo cara mortui pyrae cum corpore cremanda injiciebant. Eetionem, Thebarum regem, interfectum cum armis combussit Achilles [2]. Quod sibi beneficium ab Ulysse petit Elpenor:

'Αλλά με κακκῆαι σὺν τεύχεσιν, ἅσσα μοι ἐστὶν [3].

Eadem mente quatuor equi et duo canes τραπεζῆες in Patrocli rogum ab Achille immissi sunt.

. . . . πίσυρας δ' ἐριαύχενας ἵππους
Ἐσσυμένως ἐνέβαλλε πυρῇ, μεγάλα στεναχίζων.
Ἐννέα τῷ γε ἄνακτι τραπεζῆες κύνες ἦσαν,
Καὶ μὲν τῶν ἐνέβαλλε πυρῇ δύο δειροτομήσας [4].

§. 5. In principum praeterea virorum funere interdum homines jugulatos in pyram conjectos esse memoriae prodidit Homerus. Vindictae enim studio incitati sanctissimo officio fungi defunctique manibus grati quid peragere sibi videbantur, cum unius mortem plurium nece compensarent. Sic Achilles ex voto, post caesum Patroclum suscepto [5], amici manibus mactavit

Δώδεκα . . . Τρώων μεγαθύμων υἱέας ἐσθλοὺς
Χαλκῷ δηϊόων [6].

§. 6. Dum pyra ardebat cum libatione tum solenni suprema mortui compellatione fiebant inferiae, quas descriptas nobis dedit Poëta Iliad. Libr. XXIII, quo Achilles, rogo cum Patrocli cadavere igne consumto,

Χρυσέου ἐκ κρητῆρος, ἑλὼν δέπας ἀμφικύπελλον,
Οἶνον ἀφυσσόμενος χαμάδις χέε, δεῦε δὲ γαῖαν,
Ψυχὴν κικλήσκων Πατροκλῆος δειλοῖο [7].

In Achillis funere ardenti pyrae unguenta et mella dulcia infusa dicuntur:

. . .

1) Ita Cic. Tusc. I, 16. Cf. supra §. 1. 2) Vid. Il. VI, 418. 3) Od. XI, 74. 4) Il. XXIII, 171 seqq. 5) Vid. Il. XVIII, 336. 6) Il. XXIII, 175 seq., quos captivos electos in castra misit ποινὴν Πατρόκλοιο Μενοιτιάδαο θανόντος Il. XXI, 28 seq. 7) Il. L. l. vs. 218 seqq.

. . . . πολλοὶ δ' ἥρωες Ἀχαιοὶ
Τεύχεσιν ἐῤῥώσαντο πυρὴν πέρι καιομένοιο,
Πεζοί θ' ἱππῆές τε· πολὺς δ' ὀρυμαγδὸς ὀρώρει [1].

§. 7. Ubi flamma desaevierat, vino exstinguebatur rogus et ossa, quae supererant, legebantur. Ita Achilles,

Πρῶτον μὲν, inquit, κατὰ πυρκαϊὴν σβέσατ' αἴθοπι οἴνῳ
Πᾶσαν, ὁπόσσον ἐπέσχε πυρὸς μένος· αὐτὰρ ἔπειτα
Ὀστέα Πατρόκλοιο Μενοιτιάδαο λέγωμεν [2].

Quae in Hectoris funere a Trojanis facta iisdem fere verbis ab Homero celebrantur [3]. A reliquis autem pyrae aggestis ossa ac cineres distinguere haud ita fuit difficile, quandoquidem hoc situ cremabantur, ut a ceteris essent separata. Haec ex Achillis oratione discimus, qua ad Atriden aliosque Graecorum principes, Patrocli ossa et cineres legite, inquit,

Εὖ διαγιγνώσκοντες· ἀριφραδέα δὲ τέτυκται·
Ἐν μέσσῃ γὰρ ἔκειτο πυρῇ, τοὶ δ' ἄλλοι ἄνευθεν
Ἐσχατιῇ καίοντ' ἐπιμὶξ ἵπποι τε καὶ ἄνδρες [4].

Legebantur ossa a cognatis, sodalibus, aliisve mortui, dum in vivis esset, maxime necessariis, quibus ossilegium pium erat et triste in amicos officium [5]. Ut vero cum aëre putredinem ab ossibus ita lectis arcerent, οἴνῳ ἀκρήτῳ καὶ ἀλείφατι [6], vel, ut alibi legimus, δίπλακι δημῷ ea illinere seu inungere moris fuit [7].

§. 8. Ossa lecta et in urna posita, donec sepelirentur, in secreta aedium parte vestibus tecta servabantur [8]. Ita Hectoris ossa Trojani

. . . . . . χρυσείην ἐς λάρνακα θῆκαν ἑλόντες,
Πορφυρέοις πέπλοισι καλύψαντες μαλακοῖσιν [9].

At Patrocli ossa in auream φιάλην recondidit Achilles, ea-

1) Od. XXIV, 67 seqq. 2) Il. XXIII, 237 seqq. cll. vs. 250 seqq. 3) Il. XXIV, 791 seqq. 4) Il. XXIII, 240 seqq. 5) Vid. Il. L. l. vs. 239. cll. vs. 252. et XXIV, 793 seq. 6) Od. XXIV, 73. 7) Il. XXIII, 243 ad q. l. vid. Eustath. et Schol. A. B. 8) Ἑανῷ λιτὶ Il. XXIII, 254. πορφυρέοις πέπλοισι μαλακοῖσιν Il. XXIV, 796. 9) Il. XXIV, 795 seq.

eaque in tentorio reponi jussit, ut mox cum suis mortui ossibus conjuncta eidem tumulo inferrentur, itaque mortuos etiam amicitia jungeret [1]. Quae Achillis mandata perfecta traduntur. Ejus enim ossa legentibus Achivis χρύσεον ἀμφιφορῆα dedit mater,

Ἐν τῷ τοι κεῖται λεύκ' ὀστέα, φαίδιμ' Ἀχιλλεῦ,
Μίγδα δὲ Πατρόκλοιο Μενοιτιάδαο θανόντος [2].

CAPUT DECIMUM QUARTUM.

DE SEPULTURA.

§. 1. Omnes omnino funerandi ritus religiose antiquitus observatos vidimus, at praecipua tamen religione in mortuis sepeliundis versabantur. Quae quidem sepulturae cura superstitibus incumbebat, cui si defuissent, gravissima eos manebat Deorum ira, quemadmodum et aliunde et ex Elpenoï ad Ulyssem verbis liquet dicentis,

Μή μ' ἄκλαυστον, ἄθαπτον, ἰὼν ὄπιθεν καταλείπειν,
Νοσφισθείς, μή τοι τι θεῶν μήνιμα γένωμαι [3].

Hinc heroës horrenda interdum subibat cogitatio, post fata se avibus canibusque ludibria futuros [4], quam contumeliosam mortem hostibus [5] imprecari solent et ignavis [6]. Eadem de causa aquâ mergi funestissimum habetur [7], nec rara occurrunt de amici cadavere ad sepulturam recipiendo cum hostibus certa-

1) Vid. Il. XXIII, 244 seqq. 2) His Atrídae anima Peliden in inferis allocuta legitur Od. XXIV, 76 seqq. 3) Od. XI, 72. Cf. Patrocleae umbrae querela Il. XXIII, 69 seqq. 4) Ut Il. XIII, 233. al. l. 5) Vid. Il. VIII, 379. 6) Vid. Il. II, 391 seqq. XV, 348 seqq. 7) Quod sibi deprecatur Achilles Il. XXI, 279 seqq.

tamina gravissima [1]. His accedebat istorum jam heröum animis insita opinio, qua defunctorum animas, nisi corpus sepultum esset, Ἀΐδου domo prohiberi incertisque sedibus divagari sibi persuaserant [2], quae mala ne sibi obvenirent summo, quo possent, opere cavebant. De quibus, age, videamus.

§. 2. Ossa lecta ac deposita, ut diximus, in fossam efferebantur, κάπετον ab Homero vocatam [3]. De Hectore enim Ille:

Αἶψα δ' ἄρ' ἐς κοίλην κάπετον θέσαν [4].

Tum complures lapides ex more supersternebantur:

. . . . ὕπερθε
Πυκνοῖσιν λάεσσι κατεστόρεσαν μεγάλοισι [5].

Quibus terra congesta et superinfusa tumulum, τύμβον [6], educerent, quod Homero est χυτὴν ἐπὶ γαῖαν χεῦσαι [7] vel τυμβοχοεῖν [8]. Maximi illud fecerunt, qui, nisi terra injecta, sepulturam rite peractam negarent. Hinc Nestor sepulturae expertem notans,

. . . . οὐδὲ θανόντι, inquit, χυτὴν ἐπὶ γαῖαν ἔχευαν [9].

De Tydeo tumuli honore, ut par erat, ornato legimus:

. . . . ὃν Θήβῃσι χυτὴ κατὰ γαῖα κάλυψε [10].

Eodem fere loco, quem rogus occupaverat, ἀμφὶ πυρήν [11], exstruebatur τύμβος, ut in his:

Τορ-

1) Ut Il. XVII, 156 seqq. pluribusque locis, quos cit. vid. infra L. IV. c. 15. §. 3. 2) Vid. Il. XXIII, 69 seqq. Od. XI, 72. 3) Quam vocem Schol. exponunt τάφρον, ὄρυγμα. 4) Il. XXIV, 797. 5) Il. L. l. vs. 798 seq. Neque tamen omnibus sepulcris lapides adhibiti fuerunt: terra injecta plura constant, unde Homero χέειν σῆμα ut Il. XXIV, 801. 6) Quales iisdem regionibus etiamnunc obvii sunt. Vid. Lechevalier, Beschreibung der Ebene von Troja, aus dem Englischen übersetst und mit vorrede etc. des Herrn Hoffrath Heyne begleitet. Leipzig. 1792. De vocibus τύμβος, χυτὴ γαῖα et σῆμα cf. Cl. Dalzel. adn. ad Opus l. p. m. 133 seqq. 7) Il. XXIII, 256. 8) Il. XXI, 324. al. 9) Od. III, 258. 10) Il. XIV, 114. 11) Ut legimus Il. VII, 337 ad q. l. vid. Heyn. et auct. ab eo cit. Cf. Il. XXIV, 794 seqq.

Τορνώσαντο δὲ σῆμα [1], θειμείλιά τε προβάλοντο [2]
Ἀμφὶ πυρήν· εἶθαρ δὲ χυτὴν ἐπὶ γαῖαν ἔχευαν [3].

A rogi igitur magnitudine pendebat tumuli circuitus, qui Patroclo mortuo quaternis lateribus ἑκατόμπεδος fuit [4]. Educti nonnunquam erant in altitudinem satis magnam, ut ex iis in loca vicina prospectus pateret. Quod de Aesyetae τύμβῳ affirmat Poëta, qui, Polites, inquit, Priami filius,

. . . . Τρώων σκοπὸς ἷζε, ποδωκείῃσι πεποιθὼς,
Τύμβῳ ἐπ' ἀκροτάτῳ Αἰσυήταο γέροντος,
Δέγμενος ὁππότε ναῦφιν ἀφορμηθεῖεν Ἀχαιοὶ [5].

§. 3. Τύμβῳ ex more imposita fuit στήλη, quae conjuncta σῆμα constituunt, quo demum parato mortuis justa reddita dici possunt: τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ θανόντων [6]. Quem tamen morem haud semper observarunt. Nulla quippe στήλης mentione facta principum virorum τύμβον hîc illic laudavit Homerus, nisi Poëtam tacite eam cogitasse statuamus, et σῆμα generatim interpretemur τὸ ἐσήμηνε τὸν τόπον τῆς ταφῆς. Proprie et praecipue ita dictum σῆμα fuit, de quo, comparatione equorum absque domino in castra redire nolentium instituta, haec habet Homerus:

. . . . ὥστε στήλη μένει ἔμπεδον, ἥτ' ἐπὶ τύμβῳ
Ἀνέρος ἑστήκει τεθνειότος, ἠὲ γυναικὸς,
Ὣς μένον ἀσφαλέως κ. τ. λ. [7].

Diomedem sagitta petit Alexander

Στήλῃ κεκλιμένος, ἀνδροκμήτῳ ἐπὶ τύμβῳ,
Ἴλου Δαρδανίδαο, παλαιοῦ δημογέροντος [8].

Ejusmodi σῆμα sibi erigi adamabant morientes, quo ad posteros ipsorum memoria transiret. Nam sui obli-

1) De qua voce vid. h. c. §. 2. 2) De v. τορνώσαντο et προβάλοντο vid. Schol. ad Il. XXIII, 255. 3) Il. l. l. 4) Vid. Il. L. l. vs. 164. cll. 255. 5) Il. II, 791. De quo tumulo vid. Lechevalier Op. l. c. XII. 6) Inde conjuncta leguntur Il. XVI, 457. Aliquid iis inscribere moris non fuisse videtur. 7) Il. XVII, 434 seq. 8) Il. XI, 371. De Ili tumulo vid. Lechevalier Op. l. c. XVI. et de Ajacis c. XIV.

livionem una cum corporis dissolutione adfuturam, tristissimum malum habuerunt. Hinc Agamemnoni τύμβος eductus dicitur ἵν' ἄσβεστον κλέος εἴη [1], omnibusque ea mors miseranda, quam a sociis, qui justa ipsis persolverent, fato iniquo relicti subire cogerentur [2]. His monumentis mortui, dum in vivis esset, insignia infigebantur, quod de Elpenore, Ulyssis socio, traditur, cujus optimi gubernatoris acerbam mortem luget Ulysses, ejusque a se habita funerandi cura exposita,

Τύμβον, inquit, χεύαντες, καὶ ἐπὶ στήλην ἐρύσαντες
Πήξαμεν ἀκροτάτῳ τύμβῳ εὐῆρες ἐρετμόν [3].

§. 4. Extra urbes eodem loco, quo cadavera combusta erant, sepulchra exstructa fuisse ex Iliadis libro septimo efficere licet, quo in pugna caesis promiscue justa a Trojanis persoluta dicuntur, quod vix aut ne vix quidem a se invicem dignosci poterant corpora; διαγνῶναι γὰρ χαλεπῶς ἦν ἄνδρα ἕκαστον [4]. In maris etiam litore sepulchra fiebant, in quo scilicet sepulturam nacti sunt Patroclus [5], Achilles [6] et Elpenor, quem, inquit Ulysses,

Φιτροὺς . . . αἶψα ταμόντες, ὅθ' ἀκροτάτη πρόεχ' ἀκτὴ
Θάπτομεν ἀχνύμενοι, θαλερὸν κατὰ δάκρυ χέοντες [7].

§. 5. Quamvis a cognatis et familiaribus solenni et justo modo, quem diximus, post fata sepeliri heroïbus Homericis in votis esset, alia tamen praeterea ratione defunctorum manibus placidam quietem et facilem εἰς Ἀΐδου descensum parari posse existimabant. Fiebat enim aliquando, ut in longinqua terra mortui aut in mare praecipitati aut quovis alio casu afflicti legitimo et justo sepulchro non potirentur. Cui fortunae ut succurrerent defunctorum cognati atque amici, inanes et cadaveribus vacuos tumulos iis educebant, quos κε-

1) Od. IV, 584. ad q. l. cf. Nitzsch, et Od. XI, 75 seqq. 2) Vid. Od. V, 305 seqq. 3) Od. XII, 14 seq. 4) Il. VII, 424 seqq. 5) Vid. Il. XXIII, 125. 6) Vid. Od. XXIV. 82. 7) Od. XII, 11 seq.

κενοτάφια dixerunt. Qualis Patroclo fuit, cujus ossa, cum Achillis post fata cineribus uno sepulchro condenda, in hujus tentorio reposita fuerunt [1]. Telemacho, ubi patris mortem cognoverit, eadem facienda praecepit Athene:

Σῆμά τέ οἱ χεῦσαι, καὶ ἐπὶ κτέρεα κτερεΐξαι [2].

Quae Agamemnonis, in Aegypto mortui, manibus praestitit Menelaus:

Χεῦ' Ἀγαμέμνονι τύμβον, ἵν' ἄσβεστον κλέος εἴη [3].

Cum vero post pugnam haud raro fieret, ut caesorum cadavera rite nec distingui possent nec dignosci, et tamen sepulturae honore eos destitui vererentur, communem omnibus τύμβον eruebant ἄκριτον ἐκ πεδίου [4]. Ceterum in peregrina regione mortuorum manes alta voce ter solenniter invocare religionis fuit, quod in caesorum sociorum honorem a Ciconum terra cum reliquis salvis solvens egit Ulysses, quo defunctos itineris quasi socios sibi adjungeret et secundis per mare ventis frueretur et undis [5].

§. 6. Cadavere sepulto non illis tantum, qui sepulturae adfuerant, sed omnibus omnino defuncti civibus solenne convivium paratum videtur. Ejusmodi epulum funebre domi suae Trojanis instruxit Priamus, qui

Εὖ συναγειρόμενοι δαίνυντ' ἐρικυδέα δαῖτα [6].

Ast Patrocli corpore terrae nondum mandato Myrmidonibus epulas parat Achilles, quas, τάφον ab Homero dictas 7, vetus Scholiastes interpretatur: τὸ περίδειπνον τὸ ἐπὶ τοῖς τετελευτηκόσιν παρασκευαζόμενον [8]. Eustathius contra, τάφος, inquit, οὐ κατά τινας ὁ μετὰ τὰ

τα-

1) Vid. Il. XXIII, 254. 2) Od. I, 291. 3) Od. IV, 584. 4) Quod de Achivis memoriae proditum Il. VII, 435 seq. 5) Vid. Od. IX, 64. ad q. l. cf. Eustath. 6) Il. XXIV, 802. 7) Ut Il. XXIII, 29. Eas epulas τάφου loco paratas fuisse notat Heyn., quibus Myrmidonum vires recrearet Achilles. Cf. Idem Var. Lectt. et Observ. ad Il. l. l. 8) Ad Il. l. l.

ταφῆναί τινα περίδειπνος, ἀλλ' ἁπλῶς ὁ ἐπὶ νεκρῷ [1]. Et vero rectius quidem hic. Sub funus enim generatim celebrabantur convivia sepulcralia. Quod cum ex Myrmidonum exemplo intelligere licet, tum exinde, quod post Aegisthi et Clytaemnestrae necem τάφος ab Oreste celebratus dicatur:

Ἦτοι ὁ τὸν κτείνας δαίνυ τάφον Ἀργείοισιν
Μητρός τε στυγερῆς καὶ ἀνάλκιδος Αἰγίσθοιο [2].

Igitur non modo post sed et ante humationem epulae parabantur, quamquam illud frequentius locum habuerit.

§. 7. His ludi tandem solennes atque omnis generis certamina in insigniorum virorum funere accedebant. Amplissimos ludos funebres in Patrocli sibi erepti honorem edidit Achilles, qui Iliadis Libr. XXIII. [3] fuse a Poëta describuntur, in quibus nullo non certaminum genere praemiis positis inter se contenderunt Achivi. Similes ludos in Oedipi, Thebarum regis, honorem celebratos fuisse eodem libro monemur, quorum quidem fama olim admodum inclaruit [4]. Celeberrimi vero laudantur qui Achillis manibus exhibiti sunt, quos omnium, quotquot viderit, pulcherrimos et splendidissimos fuisse affirmat Atrides, qui, plurimis, inquit, ludis funebribus interfui,

Ἀλλά κε κεῖνα μάλιστα ἰδὼν ἐτεθήπεα θυμῷ,
Οἷ' ἐπὶ σοὶ [5] κατέθηκε θεὰ περικαλλέ' ἄεθλα,
Ἀργυρόπεζα Θέτις· μάλα γὰρ φίλος ἦσθα θεοῖσιν [6].

1) Ad cit. Il. l. 2) Od. III, 309 seqq. adq. l. cf. Nitzsch. 3) Inde a vs. 272 ad libri finem. 4) Vid. Il. L. l. vs. 679 seqq. 5) Achillis umbram alloquitur. 6) Od. XXIV, 90 seqq.

ANTIQUITATIS HOMERICAE

LIBER SECUNDUS.

CAPUT PRIMUM.

DE STATU IMPERII.

Post sacra exponenda nobis veniunt profana, in quibus quae publici juris sunt et ad communem hominum civitatem pertinent ordinem ducant.

§. 1. Primis utique seculis sparsim habitabant singuli, qui errabundam vitam agentes omnisque agriculturae expertes certas sedes oderant et legibus atque omni omnino civitatis forma erant destituti. Suis imperabant natu majores, iidem in bello duces ac pacis tempore judices. Verbo, eam fere vivendi rationem sequebantur, quae Homero teste olim Cyclopibus fuit, de quibus Ille Ulyssem ita narrantem fecit:

Κυκλώπων δ' ἐς γαῖαν ὑπερφιάλων, ἀθεμίστων,
Ἱκόμεθ', οἵ ῥα θεοῖσι πεποιθότες ἀθανάτοισιν,
Οὔτε φυτεύουσιν χερσὶν φυτὸν, οὔτ' ἀρόωσιν.
Ἀλλὰ τάγ' ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα πάντα φύονται,
Πυροὶ, καὶ κριθαὶ, ἠδ' ἄμπελοι, αἵτε φέρουσιν
Οἶνον ἐριστάφυλον, καί σφιν Διὸς ὄμβρος ἀέξει.
Τοῖσιν δ' οὔτ' ἀγοραὶ βουληφόροι, οὔτε θέμιστες·
Ἀλλ' οἵγ' ὑψηλῶν ὀρέων ναίουσι κάρηνα,

Ἐν σπέσσι γλαφυροῖσι· θεμιστεύει δὲ ἕκαστος
Παίδων ἠδ' ἀλόχων· οὐδ' ἀλλήλων ἀλέγουσι [1].

§. 2. Ubi vero agriculturae studium invaluerat, certis sedibus consederunt et mercatura, seu potius rerum, quibus indigebant, permutatione cognita, cum alia, ut solet, bona omnia, tum etiam civitates, qualescunque tandem, exstiterunt [2]. Ad hunc fere cultus gradum heroïca aetate escenderant, quo quidem tempore cum mercatura effloruit agricultura, in cujus usum artes nonnullae cultae sunt et civitatis forma quaedam constitui coepit. Quam civitatum formam in sequentibus descripturi Homerum presse sequemur.

§. 3. Civitates e familiis numero auctis ortae, postquam adoleverant, originis etiam naturam retulerunt. Ut princeps in illis cum belli tum pacis tempore fuerat paterfamilias, ita in his quoque summa penes natu majores potestas erat, qui βασιλεῖς dicti civitati suae belli duces essent et judices. Quot civitates, tot reges fuerunt, qui eodem omnes in sua quisque civitate jure gaudentes et potestate nemini nisi legibus parebant, nec nisi ad communem, si res et voluntas ita ferebant, expeditionem ita se alterius potestati submittebant, ut, bello finito, suum, quod majori et potentiori ad tempus ultro cesserant, jus atque arbitrium maneret integrum [3]. Nec igitur illimitata regibus potestas, nec monarchica regiminis forma civitatibus fuit. Mixta erat, monarchia constans, aristocratia et democratia [4], quarum omnium et bona habuit et mala. Suis limitibus circumscripti fuerunt βασιλεὺς, ἄνακτες et δῆμος, ita ut cuique quasi ordini sua in civitate jura essent et officia. Ex illis

1) Od. IX, 106 seqq. 2) Cf. Cl. G. Heusdii Diatribe in civitates antiquas. 3) Cf. Wachsmuth. Op. l. vol. I. p. 95 seqq. 4) Cf. Goguet. Op. l. tom. II. art. 7. du gouvernement. Aristocraticam fuisse statuit Muller. Op. l. vol. III. p. 9. Cf. Nitzsch. ad Od. III, 14 seqq.

lis ejusdem proprie ordinis sunt βασιλεὺς et ἄνακτες [1], quamvis his eatenus superior esset rex, quatenus major ei auctoritas imperiique summa tradita sit et commissa [2]. Regi cujusque gentis principes iidemque seniores, ἄνακτες s. γέροντες, adjungebantur, quibuscum de summis rebus consilia iniret [3], deinceps δήμῳ communicanda [4], ita tamen, ut in iis vel jubendis vel antiquandis nulla populo potestas esset [5], quamvis ab assensu haud abstinerent [6]. Ab orientalium enim regnorum forma despotica toto quasi coelo Graecarum distabat civitatium constitutio, quoque deinceps inclaruerunt libertatis amore sincerrimo, eodem hoc etiam tempore imbuti erant Graecorum animi. Publicarum universe rerum particeps erat δῆμος [7], at sententiam non rogabatur. Quod si factum fuisset, in omnium malorum gravissimum, πολυκοιρανίην dico, incidissent, quam pessimam habuisse ex Ulyssis illa omnium sermonibus celebrata sententia intelligitur:

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· εἷς κοίρανος ἔστω,
Εἷς βασιλεὺς, ᾧ δῶκε Κρόνου παῖς ἀγκυλομήτεω
Σκῆπτρόν τ' ἠδὲ θέμιστας, ἵνα σφίσιν ἐμβασιλεύῃ [8].

§. 4. Sua sponte regiam potestatem in eos deferebat populus, qui virtute, forma, aliisque cum animi tum corporis potissimum dotibus essent insignes. Populi igitur favorem sibi conciliare regnum affectantis

1) Hinc γέροντες, ἄνακτες, et principes universe viri dicuntur βασιλῆες. Il. XII, 319. et σκηπτοῦχοι βασιλῆες Od. VIII, 41. Il. II, 86. cll. X, 195. 2) Vid. de Agamem. Il. IX, 96 seqq. et inpr. vs. 162. Cf. Muller. Op. l. vol. III. p. 97. 3) Vid. Il. III, 146. Od. VIII, 98. Cf. Wachsmuth. Op. l. vol. I. p. 90. Muller. vol. III. p. 92. et Schol. A. ad Il. II, 21. 4) Fusius de his egit Wachsmuth. Op. l. vol. I. p. 89. Vid. Il. II, 53. Od. III, 127. al. 5) Vid. Il. II, 202. XII, 213. 6) Vid. Il. I, 21. XII, 310. XVIII, 497 seqq. et Cl. P. v. L. Brouwer, Remarques sur les opinions de B. Constant etc. p. 150. 7) De quo vid. h. c. §. 4. 8) Il. II, 204 seqq.

tis plurimum interearat [1]. Nec tamen repugnabo, si quis numina signo quodam futurum regem aliquando populo creandum designasse contendat, argumento ex iis petito, quae Ulyssi accidisse traduntur [2]. Quidquid sit, plurimum in regno deferendo valebat populus; ut testatur etiam Aristoteles, qui regna heroicis temporibus constituta ita describit: τέταρτον δ' εἶδος μοναρχίας βασιλικῆς, αἱ κατὰ τοὺς ἡρωϊκοὺς χρόνους ἑκούσιαί τε καὶ πάτριαι γενόμεναι κατὰ νόμον· διὰ γὰρ τὸ τοὺς πρώτους γενέσθαι τοῦ πλήθους εὐεργέτας κατὰ τέχνας ἢ πόλεμον, ἢ διὰ τὸ συναγαγεῖν, ἢ πορίσαι χώραν, ἐγίγνοντο βασιλεῖς ἑκόντων; quibus recte addit Idem, καὶ τοῖς παραλαμβάνουσι πάτριοι [3]. Exempla enim et testimonia passim in Homeri carminibus obvia sunt. Antilochus v. c. Ithacensium regnum Telemacho hereditarium affirmat:

. . . . ὅ τοι, inquit, γενεῇ πατρώϊόν ἐστιν [4].

Hinc Achilles Aeneam in regnum Trojanum succedendi spe adductum pugnam secum iniisse suspicatus, etiamsi me interfeceris, inquit, non tamen tibi imperium tradet Priamus, εἰσὶν γάρ οἱ παῖδες [5]. Regii generis magnam omnes rationem habebant, quod ex Amphinomi verbis liquet dicentis:

. . . . . , . . δεινὸν . . γένος βασιλήϊόν ἐστι
Κτείνειν [6].

Quam regum aestimationem, τιμήν, eorum hominum augebat religio, qua singulari eos Zei favore et tutela ornatos credebant:

Σκη-

1) Vid. Od. III, 214 seqq. XV, 519 seqq. 530 seqq. et XVI, 375. In alias partes abit Muller. Op. I. vol. I. p. 186 seqq. 2) Od. XV, 522, 534. Cf. III, 215. 3) Polit. L. III. c. 14. Cf. Thuc. L. I. init. 4) Od. I, 387. Cf. XXIV, 33. Generis nobilitas in posteros transibat, unde patronymicorum in utroque Homeri poemate usus frequentior, et quae ab heroibus toties repetita occurrunt ταύτης γενεῆς εὔχομαι εἶναι, ἐκ τοῦ φημὶ γενέσθαι aliaque ejusmodi. Vid. Il. VI, 206, 211. Od. XXI, 335. etc. 5) Il. XX, 183. 6) Od. XVI, 401 seqq. et 418. Regibus habitae reverentiae testimonia in Iliade plura et majora quam in Odyssea exstare censet Wachsmuth. Op. l. vol. I. p. 92. quod in dubium vocari possit.

Σκηπτοῦχος βασιλεὺς, ᾧτε Ζεὺς κῦδος ἔδωκεν [1].

Hinc fit, ut passim reges dicantur Διῒ φίλοι, Διοτρεφεῖς, Διογενεῖς [2], quae epitheta cum imperii auctorem respiciunt tum regiae potestatis nobilitatem designant. Rex enim θεὸς ὣς τίεται δήμῳ [3], et Zei amore ac benivolentia fruitur Agamemnon,

Οὕνεκα πολλοῖσίν τε καὶ ἰφθίμοισιν ἀνάσσει [4].

§. 5. Accidit autem aliquando, ut filii ad paterni regni successionem non admitterentur [5]. Qua de causa reges aetate provectiores filiis regnum confirmare studebant et cavere ne invaderent alii. Quod ne filio contingeret veritus Ulysses ad matris in inferis umbram

Εἰπὲ δέ μοι, inquit, καὶ υἱέος ὃν κατέλειπον,
Ἦ ἔτι πὰρ κείνοισιν ἐμὸν γέρας [6], ἦέ τις ἤδη
Ἀνδρῶν ἄλλος ἔχει [7].

Haec tamen raro nec, nisi oraculo monente, facta videntur, ut Nestoris nos monet oratio, qui Telemachum a procis regno exclusum miratus,

Εἰπέ μοι, ἠὲ ἑκὼν ὑποδάμνασαι, ἦ σέ γε λαοὶ
Ἐχθαίρουσ' ἀνὰ δῆμον, ἐπισπόμενοι θεοῦ ὀμφῇ; [8].

Absque dubio magna in his oraculorum vis fuit et auctoritas, qua factum, ut prius quam Telemacho, regis filio atque heredi, necem inferrent, Διὸς voluntatem procis explorandam esse censeret Amphinomus [9]. Zeus enim suis regnum impertitur.

CA-

1) Il. I, 279. Cf. IX, 97 seqq. 2) Vid. Il. II, 197, 205. IX, 98. al. 3) Il. V, 78. Cf. IX, 302, 599. XII, 312 seqq. Schol. A. D. B. ad Il. IX, vs. I. Creuzer. Symbolik etc. tom. III. p. 13 seqq. G. W. Nitzsch. ad Od. III, 25. et P. A. Nitsch. Op. I. tom. II. p. 53 seq. ibiq. cit. auct. 4) Od. XXIV, 24 seqq. 5) Cf. Eustath. ad Od. III, 25. 6) Γέρας, quamvis praecipue de regum dominio dicatur (vid. infra c. 3.), interdum idem valet quod τιμή adeoque regiam potestatem notat et auctoritatem. Vid. Od. XI, 175. Il. XX, 182. Contra Il. VI, 193. Promiscue itaque illis vocibus usus videtur Poëta. Cf. Heyn. ad Il. VI. vs. I. 7) Od. XI, 173 seqq. Cf. vs. 183 seqq. Od. XI, 495 seqq. et IV, 209 seqq. 8) Od. III, 215 seq. Eadem leguntur Od. XVI, 96 seqq. 9) Od. XVI, 402 seqq.

CAPUT SECUNDUM.

DE REGUM POTESTATE ATQUE OFFICIO.

§. 1. Quamvis dignitate in populo suo eminerent reges, arctissimo tamen vinculo eidem erant conjuncti, potestatem suam ita fere excercentes in cunctos, ut in suos solet paterfamilias vel stirpis auctor [1]. Nec tamen libera erat aut absoluta eorum potentia, sed certis legum, non literis quidem consignatarum [2] at cuique populo innatarum, terminis circumscripta. Quamvis rudiores, quid justum, quid injustum esset, probe tenebant. Natura jubente, ut semper, ita nunc libertatis amore, servitutis odio ferebantur, ejusdemque naturae monitis obsecuti, quid boni regis esset, quid mali discernere optime noverant. Quo minus autem regum imperium ac potestas legibus confirmatum erat et circumscripta, eo latior ipsorum cum laudibus tum reprehensionibus campus patebat. Quam reges reprehendendi occasionem qui captaret, odio habebatur ab omnibus [3], ut Thersitis exemplo discimus.

§. 2. Regum quae fuerint officia quaerentibus hic illic in Homero quaedam obvia sunt, ex quibus eorum rationem efficere licet quidem, attamen non nisi caute. Videndum enim, ne argumenti suavitate capti in Graecos nostra transferamus, neve omnibus ea adjudicemus, quae aut principibus tantum viris, aut, quod alii suspicantur, Homero unice tribuenda sunt [4]. Quibus observatis, haec de regum of-

1) Cf. Wachsmuth. Op. l. tom. I. p. 89, 92. 2) Cf. Schol. B. L. ad Il. IX, 99. 3) Cf. supra C. 1. §. 3. in fine. 4) Ut Nitzsch. ad Od. II, 44 seqq. Duplicem quoque in Homeri carminibus de Diis do-

officiis teneamus. Optimus habebatur rex justissimus, a majorum institutis nusquam discedens, et paterno in suos animo praeditus. In regum itaque laudibus maxima fuit, quod πατὴρ ὡς ἤπιος ἦεν [1], civium commoda tueretur ab iisque mala, mortem etiam, ubi posset, arceret [2]. Sua igitur populi commodis postponit; his invigilet necesse est nec decet

. . . . . παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα
Ὧι λαοί τ' ἐπιτετράφαται, καὶ τόσσα μέμηλε [3].

Ad Agamemnonem Nestor, sceptrum, inquit, Zeus tibi dedit,

. . . . ἵνα σφίσι βουλεύησθα·
Τῷ σε χρὴ πέρι μὲν φάσθαι ἔπος, ἠδ' ἐπακοῦσαι,
Κρηῆναι δὲ καὶ ἄλλῳ, ὅταν τινὰ θυμὸς ἀνώγῃ
Εἰπεῖν εἰς ἀγαθόν· σέο δ' ἕξεται, ὅ ττι κεν ἄρχῃ [4].

Cernitur autem paternus in suos regis animus cum in aliis tum in his, ut αἴσιμα εἰδὼς multam praedae partem suis dividat [5], suorum benefacta honore ornet et muneribus [6], ubique vim arceat, in judiciis praesertim ab ea caveat [7], in omni re justitiae auctor ac protector [8]. Hinc honoris titulo reges dicuntur ποιμένες λαῶν· δεῖ γάρ, inquit Scholiastes, τὸν ἄρχοντα τοσοῦτον εἶναι τῶν ἀρχομένων προνούστερον, ὅσον ποιμένα προβάτων. Boni quippe regis est curare, ut

Ἐξ εὐηγεσίης ἀρετῶσι . . . λαοὶ ὑπ' αὐτοῦ [9].

§. 3. In bello primaria et maxima regum potestas

doctrinam, Poëtae alteram, alteram popularibus propriam, observasse sibi visi sunt Viri Doct., in quibus Cl. E. A. Borger. in prael., de Homerica theologia, belgice conscripta et inserta operi, cui a Musarum matre nomen est, vol. II. pag. 60 seqq. inpr. pag. 68. et Cl. P. v. L. Brouwer op. cit. p. m. 17, 23. 1) Od. II, 234. 2) Ita Ulyss. vitam servatam debuit Epitheus Od. XVI, 426 seqq. Cf. Od. XIV, 62. 138 seqq. 3) Il. II, 24 seq. 4) Il. IX, 98 seqq. cll. vs. 74. 5) Vid. Od. IX, 42. Il. XI, 704. Qui contra agit δημοβόρος meritò dicitur Il. I, 231. Cf. Nitzsch. ad Od. II, 44 seq. 6) Ut Alcinous Od. VIII, 38 seqq. 59 seqq. 7) Vid. Od. XIX, 110 seqq. Il. XVI 387 seqq. 8) Vid. Od. XIX, 109. al. 9) Od. l. l. vs. 114.

tas fuit, quod vocis βασιλεὺς etymon suadet [1], et cum rei natura, tum istarum civitatum indoles probare videntur. Qua pacis tempore gaudebat, auctoritas in justitia administranda potissimum versabatur [2], quae quidem potestas regibus ultro quasi cessit, et meritorum in bello suis praestitorum, ut ita dicam, effectus fuit et sequela. Quemadmodum de Sarpedone cecinit Homerus:

Ὃς Λυκίην εἴρυτο δίκῃσί τε καὶ σθένεϊ ᾧ [3].

Sacris praeterea rebus praeerant, in quibus tamen regum potestas neque admodum ampla fuit, neque ad sacra omnia pertinuit. Quae sacerdotum, quae regum in iis partes fuerint, certo definiri nequit. Plurimis sacris, praesertim ubi templa aderant, sacerdotes, ut videtur, praefuerunt: in suis ipsi aedibus ea administrarunt heroës [4]: at publica sacra omnia curabant reges [5], ut testatur quoque Aristoteles, qui, reges, inquit, κύριοι θυσιῶν, ὅσαι μὴ ἱερατικαί [6].

CAPUT TERTIUM.

DE DOMINIO REGIO.

§. 1. Regiae dignitatis velut auctoramenta quaedam fuerunt honoris ergo principi a populo destinata et donata, quae γέρατα passim a Poëta dicuntur. In his fuit τέμενος [7], agri a ceteris separata pars ampla,

1) A βάω s. βάσις et ἴλη. 2) Unde θεμιστοπόλοι dicuntur et δικασπόλοι, ut Il. I, 238. al. 3) Il. XVI, 542. Cf. l. supra l. 4) Vid. dicta L. 1. c. 4. §. 1 seq. 5) Cf. Muller. Op. l. vol. I. p. 186. vol. III, p. 99. et Nitzsch. ad Od. III, 439. 6) Polit. L. III. c. 14. 7) Alcinoi τέμενος procul erat ab urbe situm, ut patet ex Od. VII, 112 seqq., quem l. in primis consulas. Cf. Wachsmuth. Op. l. vol. I. p. 85.

pla, vel prata continens et arva pinguia, vel arboribus colendis accommodata, e qua regi reditus essent majores. Quo quidem virtutis atque honoris praemio non reges unice, sed etiam γέροντες aliique aut stirpe illustres aut facinoribus nobiles viri ornabantur [1]. Bellerophonti enim, quem post multa insigniter gesta divino sanguine prognatum cognoverat Proetus,

Δῶκε . . . . . . τιμῆς βασιληΐδος ἥμισυ πάσης [2].

eidemque Lycii

. . . . . . τέμενος τάμον, ἔξοχον ἄλλων [3].

Glaucum ad pugnam incitaturus Sarpedon inter cetera, quibus principes apud Lycios viri, βασιλῆες [4], insigniebantur,

Καὶ τέμενος, inquit, νεμόμεσθα μέγα Ξάνθοιο παρ' ὄχθας,
Καλὸν, φυταλιῆς καὶ ἀρούρης πυροφόροιο [5].

Iisdem pene verbis Aeneam, quem Trojani regni consequendi spe ductum in pugnam secum processisse suspicabatur, interrogat Achilles:

Ἦ νύ τί τοι Τρῶες τέμενος τάμον, ἔξοχον ἄλλων
Καλὸν, φυταλιῆς καὶ ἀρούρης, ὄφρα νέμηαι,
Αἴ κεν ἐμὲ κτείνῃς; [6].

Hujus agri culturae ipsi principes studiose erant intenti, ut simplici eorum vivendi rationi convenit. Sic verbi gratia τέμενος βαθυλήϊον metentibus famulis rex ipse intererat et

Σκῆπτρον ἔχων ἑστήκει ἐπ' ὄγμου γηθόσυνος κῆρ [7].

Eodem modo accipienda sunt, quae de Laërte et Telemacho traduntur. Patrem enim invenit Ulysses,

. . . . ἐϋκτιμένῃ ἐν ἀλωῇ
Λιστρεύοντα φυτόν· [8].

De

1) Vid. Il. IX, 534. XX, 184. Cf. Nitzsch. ad Od. I, 117. 2) Il. VI, 193. 3) Il. L. l. vs. 194. ad q. vid. Heyn. Var. Lectt. et Observ. Cf. Il. XII, 319—21. Od. VI, 293. XVII, 299. al. 4) Vid. h. Libr. c. 1. §. 3. 5) Il. XII, 313 seq. 6) Il. XX, 184 seqq. 7) Il. XVIII, 557. cf. vs. 550. 8) Od. XXIV, 226 seq.

De filio percontanti Ulyssi respondet in inferis Anticlea:

Σὸν . . . οὔπω τις ἔχει καλὸν γέρας· ἀλλὰ ἕκηλος
Τηλέμαχος τεμένη νέμεται [1].

§. 2. Huc pertinent etiam θέμιστες, quas Achilli earum urbium incolas daturos affirmat Agamemnon, quas ipsi, ubi irae temperasset, se cessurum pollicetur. Tibi, inquit, ἄνδρες πολύῤῥηνες, πολυβοῦται
. . . . ὑπὸ σκήπτρῳ λιπαρὰς τελέουσι θέμιστας [2].
Quae θέμιστες quales fuerint nec satis liquet nec inter omnes convenit [3]. Mihi quidem sunt omnia, quae regibus τελεῖν θέμις ἐστὶ, jure praestanda, τὰ δίκαια, sive rege jubente soluta, sive ubi res ita postularent concessa. Tributa enim, qualia dein dicta sunt, accurate descripta cogitare et hujus aevi conditio vetat et simplex illarum civitatum constitutio. Ὅσα, inquit Scholiastes, δεῖ βασιλέα λαμβάνειν παρὰ τῶν ὑπηκόων, εὐκόλως δώσουσι· τοῦτ' ἔστι καὶ ὑποταγέντες αὐτῷ κατὰ τὸ δίκαιον, λαμπροὺς τελέσουσι φόρους [4].

§. 3. Praeter θέμιστας regibus δῶρα item dabantur sive δωτῖναι, quae etsi fortasse maximam τῶν θεμίστων partem effecerint, eo tamen nomine ab iis diversa fuisse suspicamur, quod voluntaria potius essent quam imperata [5]. Reges enim suas ipsi copias non alebant, nisi muneribus, quae dixi, a populo collatis, quibus urgentis belli tempore auctis vel etiam a rege forte petitis socii evocarentur. Commentum certe praebet populus, exempli gratia Trojanus, quem, ad socios inquit Hector, vestrorum causa δώροισι κατατρύχω καὶ ἐδωδῇ [6]. Quibus belli necessitatibus Trojanas res attri-

1) Od. XI, 183 seq. Cf. Il. XX, 185. 2) Il. IX, 156. cll. praec. vs. De v. λιπαρὰς cf. Nitzsch. ad Od. IV, 209 seq. ibiq. cit. auct. 3) In diversas partes abierunt interpretes. Vid. Scholiastae, Heyn. et Köppen. ad Il. l. l. G. W. Nitzsch. ad Od. I, 113—117. P. F. A. Nitzsch. Op. l. tom. IV. p. m. 15. Muller. Op. l. vol. III. p. 105 seqq. 4) Schol. A. D. ad Il. IX, 156. 5) Cf. auctores mox citati. 6) Il. XVII, 225. cll. vs. 220 seqq.

tritas queritur Idem:

Πρὶν μὲν γὰρ Πριάμοιο πόλιν μέροπες ἄνθρωποι
Πάντες μυθέσκοντο πολύχρυσον, πολύχαλκον·
Νῦν δὲ δὴ ἐξαπόλωλε δόμων κειμήλια καλά [1].

§. 4. Alia denique virtutis praemia honorisque insignia laudantur, quibus principes ornarentur. In his major et egregia praedae pars [2], προεδρία s. ἕδρη in concionibus et epulis publicis [3], frequens ad coenam invocatio [4], largior cibi praecipue vini copia [5] et cetera, quae honorifica habuit aetas heroica

Ἠμὲν ἐνὶ πτολέμῳ, ἠδ' ἀλλοίῳ ἐπὶ ἔργῳ,
Ἠδ' ἐν δαιθ', ὅτε πέρ τε γερούσιον αἴθοπα οἶνον
. . . . . . οἱ ἄριστοι ἐνὶ κρητῆρι κέρωνται [6].

CAPUT QUARTUM.

DE REGUM INSIGNIBUS.

§. 1. In regiis insignibus, quae simplicia fuerunt, primarium est et perpetuum σκῆπτρον, quod βασιλικὴν ῥάβδον interpretatur Etymologus ἀπὸ τοῦ σκήπτεσθαι καὶ ἐπερείδεσθαι αὐτῷ [7]. Inde reges dicebantur σκηπτοῦχοι, quibus

Σκήπτρῳ δῶκε (Κρόνου παῖς) τετιμῆσθαι περὶ πάντων [8].

Nec tamen semper et ubique, sed in civilibus potissimum ac solennibus, vel publicis et bellicis rebus occupati, manibus sceptrum tenebant [1]. Quod cum

1) Il. XVIII, 288 seqq. 2) Vid. Il. I, 118, 135, 138. Cf. X, 356 seqq. al. 3) Vid. nos L. III. c. 5. §. 2. 4) Vid. infra L. III. c. 4. §. 4. 5) Erat illud οἶνον γερούσιον Il. IV, 259. XII, 311. VIII, 162. Od. XI, 186. Cf. dicta L. III. c. 5. §. 5, 6. 6) Il. IV, 257 seqq. 7) Vid. Etym. M. in v. et Il. II, 100. 8) Il. IX, 38. al.

tum generatim imperii et dignitatis insigne haberetur, non regibus tantum proprium fuit, sed ceteris etiam potentibus et claris in civitate viris, *γέρουσι*, sacerdotibus, aliis: de quibus suo loco erit agendum. Nunc de sceptro regiae auctoritatis insigni videamus.

§. 2. In sceptro Agamemnonio praecipue celebrando multus est Homerus, quod miro artificio ab Hephaesto fabrefactum Zeo tradente a majoribus per successionem ad Atriden pervenisse narrant [2]. Fiebant autem sceptra ramo ex arbore reciso, cujus folia et corticem ferrum abraserat. Quod de sceptro suo tradentem audiamus Peliden, qui juratus

> Ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον, inquit, τὸ μὲν οὔποτε φύλλα καὶ ὄζους
> Φύσει, ἐπειδὴ πρῶτα τομὴν ἐν ὄρεσσι λέλοιπεν,
> Οὐδ' ἀναθηλήσει· περὶ γάρ ῥά ἑ χαλκὸς ἔλεψε
> Φύλλα τε καὶ φλοιόν [3].

§. 3. Aureis clavis hic illic infixis splendebat sceptrum, unde *χρυσείοις ἥλοισι πεπαρμένον* dicitur [4]. De eodem ornamenti genere cogitandum est, cum aureo sceptro insignitum Minoëm legimus [5], quale in inferis habuit vates Tiresias:

> Ἦλθε δ' ἐπὶ ψυχὴ Θηβαίου Τειρεσίαο
> Χρύσεον σκῆπτρον ἔχων [6].

Cujus quidem sceptri ornandi moris plura testimonia adferre in promtu esset, nisi modus videretur adhibendus.

§. 4. Antiquissimis temporibus regum sceptra hastas fuisse memoriae prodidit Justinus [7]. Per ea, inquit, adhuc tempora reges hastas pro diademate habebant, quas Graeci *σκῆπτρα* dixere [8]. Hoc utique no-

1) Vid. Il. XVIII, 557. Od. III, 412. al. Cf. h. c. §. 5, 6. et Il. II, 186 seq. 2) Vid. Il. II, 102 seqq. et Heyn. Exc. I. ad L. l. 3) Il. Γ, 234 seqq. 4) Il. L. l. vs. 246. quod ornamenti genus heroïbus frequens est, ut hic illic Lectoribus patebit. 5) Od. XI, 568. 6) Od. L. l. vs. 91 seq. 7) Hist. L. XLIII. c. 3. 8) Eadem sententia est Böttiger. Vasengem. 2. S. 129, cit. a Nitzsch. ad Od. III, 104—112. qui ea forma in vasis sceptra adesse affirmat.

nomine Agamemnonis sceptrum memorabile est, quod hereditarium Pelopiae gentis cimelium erat [1], a Chaeronensibus cultum, ut est apud Pausaniam: τοῦτο τὰ σκῆπτρον σέβουσι δόρυ ὀνομάζοντες [2]. Ad hastae igitur formam forte accessit sceptrum. Quod quo minus universe ita constituatur, manifesta facit ab Homero in utroque passim notata distinctio, in primis Odyss. Libr. II. initio, ubi hasta sumta in concionem abit Telemachus:

Βῆ ῥ' ἴμεν εἰς ἀγορὴν, παλάμῃ δ' ἔχε χάλκεον ἔγχος [3].

cuique verba facturo

. . . . σκῆπτρον . . . ἔμβαλε χειρὶ
Κήρυξ Πεισήνωρ [4].

§. 5. Publico quoties munere aliquo functuri erant reges, sceptro muniti et ornati procedebant. Quemadmodum Nestor mane domo egressus prae foribus consedit ἐπὶ ξεστοῖσι λίθοισι [5]

Σκῆπτρον ἔχων· περὶ δ' υἷες ἀολλέες ἠγερέθοντο [6].

quibus undequaque ipsi adstantibus sacrificium Athenae faciendum edixit:

Καρπαλίμως μοι, τέκνα φίλα, κρηήνατ' ἐέλδωρ,
Ὄφρ' ἤτοι πρώτιστα θεῶν ἱλάσσομ' Ἀθήνην,
Ἥ μοι ἐναργὴς ἦλθε θεοῦ ἐς δαῖτα θάλειαν [7].

In concionem populum vocaturus Agamemnon

Εἵλετο . . σκῆπτρον πατρώϊον ἄφθιτον αἰεί [8].

quod ab eodem sumtum Graecis discedentibus ostendit Ulysses, quo verbis fidem faceret, cum regis nomine Achivos ut in castris permanerent et in concionem convenirent hortaretur. Ita regia dignitate ornatus

. . . . κοιρανέων δίεπε στρατόν· οἱ δ' ἀγορήνδε
Αὖτις ἐπεσσεύοντο νεῶν ἄπο καὶ κλισιάων [9].

§. 6.

1) Ut ait Heyn. Exc. I. ad Il. II, 101—9. 2) Boeot. L. IX, c. 40. 3) Od. L. l. vs. 10. 4) Od. L. l. vs. 37 seq. 5) De his vid. L. III. c. 11. §. 3. 6) Od. III, 412. 7) Od. L. l. vs. 418 seqq. 8) Il. II, 46. 9) Il. L. l. vs. 207 seq. cll. vs. 186 seqq.

§. 6. Ubi jus dicerent, eodem auctoritatis publicae indicio insignes fuerunt reges et γέροντες, de quibus jus exercentibus ita Homerus:

. . . . οἱ δὲ γέροντες
Εἵατ' ἐπὶ ξεστοῖσι λίθοις, ἱερῷ ἐνὶ κύκλῳ·
Σκῆπτρα δὲ κηρύκων ἐν χέρσ' ἔχον ἠεροφώνων [1].

Aristoteles, καὶ πρὸς τούτοις, inquit, τὰς δίκας ἔκρινον· τοῦτο δ' ἐποίουν, οἱ μὲν οὐκ ὀμνύοντες, οἱ δ' ὀμνύοντες· ὁ δ' ὅρκος ἦν τοῦ σκήπτρου ἐπανάτασις [2]. Ex quo ritu Minoëm, inferorum judicem, finxerunt

Χρύσεον σκῆπτρον ἔχοντα, θεμιστεύοντα νεκύεσσιν [3].

§. 7. Regis ceterorumque vestitus idem fere fuit [4]. Φᾶρος, quod induit Agamemnon [5], principibus propriam vestem fuisse, sunt qui statuant: nec repugno. Heres monitu, ut flammas navibus ab Hectore injectas fugientes Achivos sisteret, excitatus Atrides, castra ilico petit, et prae festinatione arreptum

Πορφύρεον μέγα φᾶρος ἔχων ἐν χειρὶ παχείῃ

suis ostendit, quo regem dignoscant et pristinae virtutis memores ducis revocantis et hortantis cum signa tum voces secuti ad officium redeant [6].

CAPUT QUINTUM.

DE MINISTRIS REGIIS.

§. 1. Ut prisci illi reges omni in re simplicitatem sequebantur, ita nec magnifico stipati erant satel-

1) Il. XVIII, 503 seqq. Cf. I, 237 seqq. 2) Polit. L. III. c. 14. 3) Od. XI, 568. Cf. infra c. 5. 4) Vid. e. g. quae Il. II, 42 seqq. de Agamemnonis vestitu exstant. 5) Il. L. l. vs. 43. Vid. ibi interpr. 6) Vid. Il. VIII, 221. q. l. adeas Heyn. et Köppen. Cf. Goguet. Op. cit. tom. II. chap. II. art. 1. p. m. 90 ibiq. cit. Plinii l.

tellitio ac comitatu. Telemachus certe, ad quem Ithacae regnum pertinebat, duobus tantum canibus dominum sequentibus in concionem egreditur:

Οὐκ οἶος· ἅμα τῷγε δύω κύνες ἀργοὶ ἕποντο [1].

In bello cum regibus tum principi cuique viro adsunt θεράποντες, qui opem suis in pugna ferant et cetera, quibus opus fuerit, officia praestent. Heroïbus fere amicitia et familiaritate juncti sunt [2], una cum iis educati, ut cum Achille Patroclus, inque iisdem aliquando aedibus secum vivunt, ut cum Ajace Lycophron [3]. Generatim igitur θεράποντες sunt πάντες οἱ θεραπευτικῶς ἔχοντες [4], iique non liberae tantum conditionis [5] sed regia saepius stirpe oriundi [6]. Ad currus inprimis instruendos, jungendos, regendos amicis adsunt, itaque ἡνιόχων s. ὑφηνιόχων officiis functi in eodem cum ipsis curru adstant, vel ὀπάονες amicorum arma portant, ut Idomenei Meriones [7]. Plures nonnunquam θεράποντες in una domo inveniuntur, qui familiaribus, quantum possunt, operam praestent, in domesticis etiam rebus, ut in coena aliisque [8]: quae omnia ex simplici heroum vitae ratione repetenda sunt et aestimanda.

§. 2. Θεράποντες quamvis iidem saepe sint qui Κήρυκες [9], nominatim tamen singulis erant heroibus addicti nec inviti; hi vero in publicum praecipue ministerium adhibiti, et, ubi in re privata singulis obsequuntur, conductitii sunt, ἐκ δήμου oriundi [10]. In pu-

1) Od. II, 11. 2) Vid. Il. XVI, 240 seqq. XXIII, 111, 113, 124, 528 etc. 3) Vid. Il. XV, 430 seq. 4) Ita Apoll. Lex. et Etymol. M. 5) Vid. Iidem l. l. Cf. Schol. B. et ceteri ad Il. XIX, 143. 6) Ut ex laudatis laudandisque locis patet. 7) Il. VIII, 263. Apud Cretenses θεράπων est armiger. Vid. Muller. Op. l. vol. III. p. 38. 8) Ut Od. IV, 23 seqq. cl. vs. 38. ad q. vid. Nitzsch., cui plurima debemus. Cf. Heyn. Var. Lectt. et Observ. ad Il. VI, 18. 9) Vid. Il. I, 321. Od. I, 106 seqq. XVIII, 291 seqq. 10) Ita Nitzsch. ad Od. I, 109. Posterius illud probatur Od. XIX, 135. Cf. Hesych. in v. κήρυκες.

publico ministerio, ut dixi, in primis memorantur κήρυκες, muneris dignitate et auctoritate insignes [1]; qui in omni officiorum parte regibus et principibus aderant. Regis nomine in concionem populum illi convocabant, quod dicitur κηρύσσειν εἰς ἀγορήν. Ita Agamemnon

. . . . . . κηρύκεσσι λιγυφθόγγοισι κέλευε
Κηρύσσειν ἀγορήνδε καρηκομόωντας Ἀχαιούς [2].

Dicturis ut audientiam facerent (saepius enim tumultuabatur concio) silentium congregatis indicebant:

Τετρήχει δ' ἀγορή, ὑπὸ δὲ στεναχίζετο γαῖα,
Λαῶν ἱζόντων, ὅμαδος δ' ἦν· ἐννέα δέ σφεας
Κήρυκες βοόωντες ἐρήτυον, εἴποτ' ἀϋτῆς
Σχοίατ', ἀκούσειαν δὲ Διοτρεφέων βασιλήων [3].

Verba in concione facturo sceptrum tradebat κήρυξ.

Χερσὶ σκῆπτρον ἔθηκε, σιωπῆσαί τ' ἐκέλευσεν [4].

§. 3. Nuntii quoque mittebantur κήρυκες, aliosque arcessitum abibant. Ita Talthybium cum Eurybate dimisit Agamemnon, qui Achilli ereptam Briseïden ad se ducerent [5]. Alcinoi jussu Demodocum advocaturus κήρυξ,

. . . . μετῴχετο θεῖον ἀοιδόν [6].

Telemachi in Ithacam reversi itineris socii

. . . . . κήρυκα πρόεσαν δόμον εἰς Ὀδυσῆος
Ἀγγελίην ἐρέοντα περίφρονι Πηνελοπείῃ
Οὕνεκα Τηλέμαχος μὲν ἐπ' ἀγροῦ, νῆα δ' ἀνώγει
Ἄστυδ' ἀποπλείειν [7].

§. 4. Comitabantur praeterea viros principes, eorumque legatos. Ulyssem

. . . . . κήρυξ ὀλίγον προγενέστερος αὐτοῦ
Εἵπετο [8].

Ad

1) Hinc, ut regis ipsi, dicuntur et habentur Διὶ φίλοι Il. VIII, 517. Διὸς ἄγγελοι Il. I, 334. al. 2) Il. II, 50. Cf. Od. II, 6 etc. 3) Il. II, 95 seqq. Quo officio ut rite fungerentur arguta illis voce erat opus, unde ἠερόφωνοι dicuntur Il. XVIII, 505. καλήτορες Il. XXIV, 577. λιγυφθόγγοι Il. II, 442. al. 4) Il. XXIII, 566 seqq. 5) Vid. Il. I, 320 seqq. 6) Od. VIII, 43. cl. vs. 47. 7) Od. XVI, 328 seqq. 8) Od. XIX, 244 seq.

Ad Achillem profecturus Priamus viae comitem [illegible] κήρυκα eumque γεραίτερον divino jussu assumit,

. . . . ὅς κ' ἰθύνοι
Ἡμιόνους καὶ ἄμαξαν εὔτροχον, ἠδὲ καὶ αὖτις
Νεκρὸν ἄγοι προτὶ ἄστυ [1].

Nestoris hortatu legatis, qui ad Achillem placandum mittebantur, praecones duos addit Agamemnon. Sic enim ille:

Κηρύκων δ' Ὀδίος τε καὶ Εὐρυβάτης ἅμ' ἑπέσθων [2].

Ad Laestrigonas denique socios praemisit Ulysses

. . . . πεύθεσθαι ἰόντας
Οἵτινες ἀνέρες εἶεν ἐπὶ χθονὶ σῖτον ἔδοντες·
Ἄνδρε δύω κρίνας, τρίτατον κήρυχ' ἅμ' ὀπάσσας [3].

§. 5. Ceterum in sacris quoque et solennibus rebus suae praeconibus partes fuerunt. Ita victimas solenniter sacrificandas per urbem circumducebant:

Κήρυκες δ' ἀνὰ ἄστυ θεῶν ἱερὴν ἑκατόμβην
Ἦγον [4].

Eadem in foedere sanciendo a praeconibus facta traduntur [5]. In libationibus et epulis suam iidem operam heroibus praestabant. Ad Alcinoum v. c. Echeneus:

. . . . σὺ δὲ κηρύκεσσι κέλευσον
Οἶνον ἐπικρῆσαι, ἵνα καὶ Διῒ τερπικεραύνῳ
Σπείσομεν [6].

Telemacho epulaturo κῆρυξ

Μοῖραν ἑλὼν ἐτίθει, κανέου τ' ἐκ σῖτον ἀείρας [7].

Itaque domestica et publica officia obibant. Haud tamen semper nec ubique principibus illi viris administrarunt, quippe qui saepenumero fuerunt αὐτοδιάκονοι [8]. Testis sit Homerus, qui de Agamemnone ut plura ejusmodi ita et haec:

. . .

1) Il. XXIV, 149 seqq. 2) Il. IX, 170 seqq. 3) Od. X, 102. 4) Od. XX, 276 seq. 5) Il. III, 245. De qua praeconum officii parte plura vid. L. IV. c. 27. 6) Od. VII, 163 seqq. Cf. h. L. c. 8. §. 6. not. 9. 7) Od. XVII, 2. Cf. Il. XVIII, 558 seq. et infra L. III. c. 4, 5. 8) Cf. dicta L. I. c. 4. §. 1. et h. L. c. 3. §. 1. in fine.

. . . . ἀπὸ στόμαχους ἀρνῶν τάμε νηλεϊ χαλκῷ [1].
Securi sublata bovem caedit Nestoris filius [2]. In publicis supplicationibus ut rite omnia peragantur procurat cum Achille Patroclus [3], et nuptias in Menelai domo celebrantibus convivis a poculis est sponsus Megapenthes [4]. Plura adferre inviti quidem, sed brevitatis studio omittimus.

CAPUT SEXTUM.

DE CONCIONIBUS.

§. 1. Regi, ut verbo supra indicavimus, adjuncti fuerunt viri aetate, prudentia et consilio praestantes, quorum ope domi militiaeque rempublicam administraret: quod ex Homero docet quoque Dionysius Halic. Τοῖς γοῦν βασιλεῦσιν, inquit, ὅσοι τε πατρίους ἀρχὰς παραλάβοιεν, καὶ ὅσους ἡ πληθὺς αὐτὴ καταστήσαιτο ἡγεμόνας, βουλευτήριον ἦν ἐκ τῶν κρατίστων, ὡς Ὅμηρός τε καὶ οἱ παλαιότατοι τῶν ποιητῶν μαρτυροῦσι· καὶ οὐχ᾽, ὥσπερ ἐν τοῖς καθ᾽ ἡμᾶς χρόνοις, αὐθάδεις καὶ μονογνώμονες ἦσαν αἱ τῶν ἀρχαίων βασιλέων δυναστεῖαι [5]. Qui ita regi in publicis rebus omnibus adfuerunt, γέροντες dicebantur, pluribus dotibus insignes viri, seniores, familiarum fere principes et auctores [6]. Publice illi legatos mittunt [7] vel ipsi legationes obeunt [8]: post belli, vindictae causa suscepti, finem χρεῖος iis dividunt, quibus res abdu-

1) Vid. Il. III, 292. 2) Vid. Od. III, 443 seq. 3) Vid. Il. IX, 199 seqq. 4) Vid. Od. XV, 103 seq. 5) L. II. p. 86. 6) Plura de his vid. apud Nitzsch. ad Od. II, 14 seqq. In sua singuli civitate ἀρχοὶ dicebantur, μέδοντες, et ἡγήτορες. Vid. Il. II, 79, 618. IX, 17 etc. Diomedes etsi junior honoris tamen titulo γέρων laudatur Il. IX, 57. 7) Vid. Il. IX, 422. Od. XXI, 21. 8) Ut Il. IX. 168 seqq.

ductae erant ab hostibus [1]: foederibus fidem faciunt [2]: judicia exercent [3] et, quod vel maximum est, a rege in consilia adhibentur, quocum conjuncti βουλὴν constituunt, quam alio nomine βουλὴν γερόντων [4] et θῶκον [5] nuncupavit Homerus. Quo quidem concilio ea cum rege deliberabant γέροντες, quae dein convocato populo ἐν ἀγορᾷ [6] communicarent; nec tamen ut suam quisque de re proposita sententiam diceret, quod principum virorum fuit, sed ut omnes simul, quid sentirent, aut signis aut sono significarent [7]. Agamemnon, ut hoc utar, γέροντας convocat, quibus somnium a Zeo sibi missum communicet et quae ipsi facienda videantur exponat, ut, sua illis consilia adprobantibus, in populum deinceps evulgentur. Haec ita Homerus:

Βουλὴ . . . πρῶτον μεγαθύμων ἷζε γερόντων,
Τοὺς ὅγε συγκαλέσας, πυκινὴν ἠρτύνετο βουλήν·

quo principum consilio ubi quae volebat exposuerat

. . . . βουλῆς ἐξ ἦρχε νέεσθαι·
Οἱ δ' ἐπανέστησαν, πείθοντό τε ποιμένι λαῶν
Σκηπτοῦχοι βασιλῆες· ἐπεσσεύοντο δὲ λαοί [8].

Idem observavit quoque Aristoteles: δῆλον δὲ τοῦτο καὶ ἐκ τῶν ἀρχαίων πολιτειῶν, ἃς Ὅμηρος ἐμιμεῖτο· οἱ γὰρ βασιλεῖς ἃ προέλοιντο ἀνήγγελλον τῷ δήμῳ [9].

§. 2. In concionem autem populum cogebant plerumque praecones [10], non regis [11] tantum sed et cujusque principis viri jussu, ut Achillis [12], Telemachi

1) Vid. Il. XI, 687 seqq. 2) Vid. Il. XXII, 119. 3) Vid. Il. XVIII, 203. 4) Ut Il, II, 53. Cf. Muller. Op. l. vol. III. p. 91 seq. Od. III, 128. 5) Vid. Od. XV, 467. θόωκος Od. II, 26. 6) Ut Il. II, 87 seqq. Aliquando τῷ ἀγορὰ Homerus βουλὴν significavit ut Il. IX, 11 seqq. De ἀγορᾷ cf. Muller Op. l, vol. III. p. 9. in nota ibiq. auct. cit. cll. p. 86. 7) Cf. h. L. c. 1. §. 3 seq. 8) Il. II, 53 seqq. 84 seqq. cll. vs. 95 seqq. 9) Ethic. III. c. 5. 10) Il. II, 51. al. Ubi res ita ferebat, ipsi quoque principes populum convocabant, ut Thetide monente Achilles Il. XIX, 40. seqq. 11) Vid. Il. II, 50 seqq. Od. II, 26. etc. 12) Vid. Il. I, 54.

chi [1], aliorum. Immo vero, ubi imminentis periculi causa conciones essent habendae, qui primus illud cognoverat populum ἀγορήνδε vel εἰς βουλήν principes convocabat [2]. Heros enim Aegyptius quum Ithacenses, quibus antea, dum abesset Ulysses, neque ἀγορὴ fuerat nec θόωκος, congregatos miraretur,

Νῦν δὲ, inquit, τίς ὧδ' ἤγειρε; τίνα χρειὼ τόσον ἵκει,
Ἠὲ νέων ἀνδρῶν, ἢ οἳ προγενέστεροί εἰσιν;
Ἠὲ . . . . ὅτε πρότερός γε πύθοιτο [3].

§. 3. Disposita erant in concionibus sedilia, ἕδραι, quibus consideret non populus tantum [4], sed congregati universe omnes, etiam principes [5], qui tamen apud Phaeaces ξεστοῖσι λίθοισι insident [6], quae sedes in Achillis clypeo ἱερῷ ἐνὶ κύκλῳ effictae et dispositae memorantur [7]. Qui coram concione dicturus erat, sceptro a praecone accepto [8], surgens in media praesentium corona adstabat.

Σπουδῇ δ' ἕζετο λαὸς, ἐρήθυτεν δὲ καθ' ἕδρας
Παυσάμενοι κλαγγῆς· ἀνὰ δὲ κρείων Ἀγαμέμνων
Ἔστη, σκῆπτρον ἔχων [9].

Iliadis vero libro decimo nono sedens concionatus est Agamemnon

Αὐτόθεν ἐξ ἕδρης, οὐδ' ἐν μέσσοισιν ἀναστάς [10].

Concionem ingressi Ithacenses admirabantur, quod Telemachus

Ἕζετο ἐν πατρὸς θώκῳ, εἶξαν δὲ γέροντες [11].

coacta vero concione

Οὐδ'

1) Vid. Od. II, 7. 2) Vid. Od. L. l. vs. 28 seqq. 3) Od. L. l. vs. 28 seqq. 4) Cf. infra §. 4. Tumultuosae haud raro fuerunt populi conciones, ita ut vix ad sedes capiendas cogi posset. Vid. e. g. Il. II, 95 seqq. XIX, 78 seqq. 5) Qui primis, ut videtur, sedibus insidebant, ἐν πρώτῃ ἀγορῇ ut Il. XIX, 50. 6) Vid. Od. VIII, 6. 7) Vid. Il. XVIII, 504 ibiq. Heyn. Var. Lectt. et Observ. 8) Vid. h. L. c. 4. §. 6 in fine. 9) Il. II, 99 seqq. 10) Vs. 77. ad q. vid. Schol. et Interpr., quibus non convenit de causis, quibus factum sit, ut a concionantium more recederet Agamemnon. De his silet Homerus, quem sequimur. 11) Od. II, 14.

Οὐδ' ἄρ' ἔτι δὴν ἧστο, μενοίνησεν δ' ἀγορεύειν·
Στῆ δὲ μέσῃ ἀγορῇ· σκῆπτρον δέ οἱ ἔμβαλε χειρὶ
Κήρυξ Πεισήνωρ, πεπνυμένα μήδεα εἰδώς [1].

Singuli, cum dicendi finem fecerant, in suam sedem discedebant, ut alteri, si quis esset, concionandi locum darent, quemadmodum in Trojanorum concione Antenor:

. . . . ὅγ' ὡς εἰπὼν κατ' ἄρ' ἕζετο· τοῖσι δ' ἀνέστη
Δῖος Ἀλέξανδρος, Ἑλένης πόσις ἠϋκόμοιο [2].

§. 4. Nec tamen, quae diximus, semper et ubique observata sunt. In repentinis enim rebus, ubi mature facto opus erat, omnia saepe alia fiebant. A Trojanis exempli gratia, qui novis ab Achille editis facinoribus primum consternati e proelio se receperant, concio habita traditur, ad quam haud vocati accedebant, ast undique temere confluebant, rerum suarum trepidi:

Ὀρθῶν δ' ἑσταότων ἀγορὴ γένετ', οὐδέ τις ἔτλη
Ἕζεσθαι· πάντας γὰρ ἔχε τρόμος, οὕνεκ' Ἀχιλλεὺς
Ἐξεφάνη, δηρὸν δὲ μάχης ἐπέπαυτ' ἀλεγεινῆς [3].

Nec absimili ratione iidem post pugnam diremtam concionem inierunt, qua ensem, sceptri loco, manibus tenebat ad cives dicturus Hector:

. . . . ἐν δ' ἄρα χειρὶ
Ἔγχος ἔχ' ἑνδεκάπηχυ· . . . .
Τῷ ὅγ' ἐρεισάμενος, ἔπεα Τρώεσσι μετηύδα [4].

§. 5. Locus, quo conciones haberentur, definitus et certus non fuit. Pro variis locorum et temporum opportunitatibus, pro diversa rerum natura et conditione, huc illuc conveniebant consulturi. Ad navem enim Nestoream habetur βουλὴ γερόντων [5]: in mediis castris ad Agamemnoniam ἀγορήνδε conveniunt Graeci [6]: Ἰλίου ἐν πόλει ἄκρῃ παρὰ Πριάμοιο θύρῃσι [7] et pu-

1) Od. II, 36 seqq. Cf. Il. XXIII, 566 seqq. 2) Il. VII, 354 seqq. 3) Il. XVIII, 246 seqq. 4) Il. VIII, 493 seqq. 5) Vid. Il. II, 54. 6) Vid. Il. VII, 583. 7) Vid. Il. VII, 345 seq.

pugna finita in castris εἰς ἀγορὴν coacti sunt Trojani [1]: immo vero ἐν καθαρῷ, media inter caesorum cadavera, νόσφι νεῶν ἀγαγὼν in concionem suos Hector convocavit [2]. Phaeacibus ἀγορὴ παρὰ νηυσὶ τέτυκτο [3]. Extra vallum deliberaturi consederunt

'Αργείων βασιλῆες ὅσοι κεκλήατο βουλήν [4].

§. 6. De publicis non tantum, sed de privatis etiam rebus in concione agebatur. Ita nempe de procorum violentia atque injuriis in concione queritur Telemachus [5], ad quam ne de caede sibi intentata referat, illi metuunt [6]. Quae concionis habendae causam praebebant, significantur Odysseae libro secundo [7], ubi Aegyptius ab Ithacensibus, quare in concionem vocati sint, sciscitatur ita:

. . . . τίνα χρειὼ τόσον ἵκει;
Ἠέ τιν' ἀγγελίην στρατοῦ ἔκλυεν ἐρχομένοιο
Ἥν χ' ἡμῖν σάφα εἴποι, ὅτε πρότερός γε πύθοιτο;
Ἠέ τι δήμιον ἄλλο πιφαύσκεται, ἠδ' ἀγορεύει;
Ἐσθλός μοι δοκεῖ εἶναι, ὀνήμενος· κ. τ. λ.

CAPUT SEPTIMUM.

DE JUDICIIS.

§. 1. Quaevis controversiae in foro solenni ritu a judicibus disceptabantur, qui non ex jure scripto, quod ignorabat aetas heroïca, sed ex aequitate et majorum more eas dirimerent et sua cuique jura redderent. Hinc Poëta:

1) Vid. Il. XVIII, 245 seqq. 2) Vid. Il. VIII, 489 seqq. 3) Od. VIII, 5. 4) Il. X, 195. 5) Vid. Od. II, 50. 6) Vid. Od. XVI, 376 seqq. 7) Vs. 28 seqq.

. . . . ἐπὶ δόρπον ἀνὴρ ἀγορῆθεν ἀνέστη,
Κρίνων νείκεα πολλὰ δικαζομένων αἰζηῶν [1].

Iniquos judices notans Idem

Οἵ, inquit, βίῃ εἰν ἀγορῇ σκολιὰς κρίνωσι θέμιστας [2].

Qua de causa eodem apud naves loco dicuntur Achivis fuisse ἀγορή τε θέμις τε [3]. In medio foro a ceteris sejuncti sedebant judices in circulo, ἐνὶ κύκλῳ, quem ἱερὸν dixit Homerus [4], augustum et venerabilem γερόντων consessum, qui ipsi ἱεροὶ, eximii, venerabiles ut erant, ita habebantur [5]. Lapideis insidebant sedilibus, ἐπὶ ξεστοῖσι λίθοις, a praecone traditum sceptrum, publicae auctoritatis insigne, manibus tenentes [6]. De quo sceptri usu Pelides:

. . . . νῦν αὖτέ μιν υἷες Ἀχαιῶν
Ἐν παλάμῃς φορέουσι δικασπόλοι [7].

et de judicibus in Achillis clypeo effictis Poëta:

Σκῆπτρα δὲ κηρύκων ἐν χέρσ' ἔχον ἠεροφώνων [8].

§. 2. In medio consessu aderant litigantes, quos circumfusa cingebat populi corona, acclamando cum favoris tum invidiae documenta edentis, ita ut haud raro sua praecones auctoritate intercederent quo tumultuantium convicia reprimerent. Exemplo sint, quae de litigantibus, in Achillis clypeo mira arte ab Hephaesto elaboratis, cecinit Homerus:

Ἄμφω δ' ἱέσθην ἐπὶ ἴστορι πεῖραρ ἑλέσθαι.
Λαοὶ δ' ἀμφοτέροισιν ἐπήπυον, ἀμφὶς ἀρωγοί·
Κήρυκες δ' ἄρα λαὸν ἐρήτυον [9]·

Causam dicturus et actor et reus alter post alterum surgebat:

Τοῖσιν ἔπειτ' ἤϊσσον, ἀμοιβηδὶς δὲ δίκαζον [10].

Uter-

1) Od. XII, 439 seq. 2) Il. XVI, 387. 3) Vid. Il. XI, 806. 4) Vid. Il. XVIII, 504. 5) Non audiendus Eustath. ad Il. L. l. ad quem vid. Heyn. et Köpp. 6) Cf. h. L. c. 4. §. 1 seq. 7) Il. L. t. 237 seqq. 8) Il. XVIII, 505. ad q. l. cf. Heyn. 9) Il. L. l. vs. 501 seqq. 10) Il. L. l. vs. 506.

Uterque in rem suam testes adhibebat, quorum testimonio lis dirimi et a judicibus sententia ferri solebat [1].

§. 3. Judicia exercebant γέροντες, qui, ut regi pro senatu erant, ita juris etiam dicundi potestate gaudebant. Praeerat illis, ut semper, βασιλεὺς, cui cum principibus in justitia tuenda pacis tempore praecipuam muneris partem versari supra ostendimus.

. . . . δικασπόλοι, οἵτε θέμιστας
Πρὸς Διὸς εἰρύαται [2].

A qua summi numinis tutela cum justitiae sanctitas tum judicibus auctoritas derivata confirmabatur. Et vero eo valuit illa religio, ut sua justitiae ejusque vindicibus constaret dignitas, quae aliunde vix aut ne vix quidem tunc temporis repeti nedum confirmari potuisset. Ex rationis enim aequitate, majorum institutis et testium indiciis controversiae dirimebantur: leges rarae erant aut nullae, unde est, quod ab Homero θέμιστας non νόμους celebrari observarunt critici [3].

CAPUT OCTAVUM.

DE JUREJURANDO.

§. 1. Cum nullum esset ea, quam dicimus, aetate jus scriptum, sed ex majorum more testibus adhibitis controversiae disceptarentur, jurisjurandi usum ab Homero saepius commemorari, nullus est qui mi-

1) Cf. h. c. §. 3. et c. IX. §. 3. Il. L. l. vs. 501 et Goguet Op. l. tom. II. p. m. 61. 2) Il. I, 238 seq. passim. 3) Cf. P. F. A. Nitsch's Bescreibung etc. tom. IV. p. m. 21 seqq. et nos. infra c. 8. §. 1.

miretur. Fide enim agebantur omnia, de qua ut constaret, testes invocabant Deos, qui, ut dicti factive fidem facerent, ipsi etiam jurare consueverant. In omni autem re graviore, in judiciis in primis, pactionibus et foederibus jurejurando utebantur. De quo generatim pauca hic loci monenda videntur [1].

§. 2. Ex immortalibus jurabant praecipue per Zeum [2], Geam, Uranum [3]: omnium vero saepissime per Stygem ἀάτον, quam perjurio violare nullus ausit [4]. Styx enim μέγιστος

> Ὅρκος, δεινότατός τε πέλει μακάρεσσι θεοῖσι [5].

Mendici personam mentitus Ulysses de Laërtiadae reditu haud falsa se redditurum per Zeum, mensam hospitalem et Ulyssis aedes solenniter testatur ita:

> Ἴστω νῦν [6] Ζεὺς πρῶτα θεῶν, ξενίη τε τράπεζα,
> Ἱστίη τ' Ὀδυσῆος ἀμύμονος, ἣν ἀφικάνω,
> Ἦ μέν τοι τάδε πάντα τελείεται, ὡς ἀγορεύω [7].

Per Geam, Uranum et Stygem jurata Here, ut jurisjurandi fidem faciat, res carissimas, mariti caput et torum conjugalem obtestatur. Ἴστω, ad Zeum inquit,

> Σή θ' ἱερὴ κεφαλὴ, καὶ νωΐτερον λέχος αὐτῶν
> Κουρίδιον [8], τὸ μὲν οὐκ ἂν ἐγώ ποτε μὰψ ὀμόσαιμι [9].

Ita ad terram et mare Heren manus extendere jubet Ὕπνος

> . . . . ἵνα νῶϊν ἅπαντες
> Μάρτυροι ὦσ' οἳ ἔνερθε θεοὶ Κρόνον ἀμφὶς ἐόντες [10].

quae

1) De jurisjurandi usu in rebus singulis vid. h. L. c. 4. §. 6., L. IV. c. 17. alibi. 2) Vid. Il. VII, 412. X, 321. Hymn. in Aphr. vs. 27 et l. m. cit. 3) Vid. Od. V, 184 seqq. Hymn. in Apoll. vs. 85 seqq. 4) Vid. Il. XIV, 271. al. ibiq. Heyn. 5) Il. XV, 38. Vid. Buttmann. Lexil. tom. II. in v. ὅρκος, qui, ὅρκος, inquit, non jurandi actum s. jusjurandum ipsum notat, sed rem, per quam juramus s. rem juratam. Cf. quae plura habet p. m. 57. 6) Solemnis jurandi formula. 7) Od. XIV, 158 seqq. et XX, 230 seqq. 8) De h. v. vid. Buttmann. Lexil. tom. I. p. m. 32 seqq. 9) Il. XV, 39 seq. 10) Il. XIV, 273 seqq. Cf. III, 277 seqq.

quae Inferorum numina, ut ait Heynius, videntur pro testibus adhibita propter reverentiam antiquioribus Diis habitam [1]. Vetustissima saltem numina obtestatus est quoque Achilles, ut Briseidem intactam se demisisse omni, qua possit, religione affirmet.

Ἴστω νῦν Ζεὺς πρῶτα θεῶν ὕπατος καὶ ἄριστος,
Γῆ τε, καὶ Ἠέλιος, καὶ Ἐρινύες . . . .
Μὴ μὲν ἐγὼ κούρῃ Βρισηΐδι χεῖρ᾽ ἐπενεῖκαι,
Οὔτ᾽ εὐνῆς πρόφασιν κεχρημένος, οὔτε τευ ἄλλου [2].

§. 3. Sacrum aliquid vel Diis consecratum tenent jurantes, ad eave manus extendunt, quae ipsis testium loco sint. Hestia, ut exemplis dicta illustremus, Zei caput manu tangens, per totam vitam se virginem mansuram jurasse dicitur:

Ἁψαμένη κεφαλῆς πατρὸς Διὸς αἰγιόχοιο [3].

Here a Somno, ut supra vidimus, per Stygem jurare jussa

Χειρὶ δὲ τῇ ἑτέρῃ μὲν ἕλε χθόνα πουλυβότειραν,
Τῇ δ᾽ ἑτέρῃ ἅλα μαρμαρέην [4].

Deos si quis testes adhiberet, ut natura duce fieri solet, manus ad eos porrigebat. Hector Dolonis jussu per Zeum juraturus coelum versus sceptrum tollit. Sic enim Dolon:

Ἀλλ᾽ ἄγε, μοὶ τὸ σκῆπτρον ἀνάσχεο, καὶ μοὶ ὄμοσσον [5].

§. 4. Sacrificiis in jurejurando quoque locus fuit, ut ita major etiam, si fieri posset, ei fides esset et religio. Ea mente jugulatam victimam in mare projicere moris fuit [6]. Illud sacrificium apri ab Achille institutum traditur, qui, ubi jurasset,

. . . . ἀπὸ στόμαχον κάπρου τάμε νηλέϊ χαλκῷ.
Τὸν μὲν Ταλθύβιος πολιῆς ἁλὸς ἐς μέγα λαῖτμα
Ῥίψ᾽ ἐπιδινήσας, βόσιν ἰχθύσιν [7].

§. 5.

1) Vid. ad Il. l. l. 2) Il. XIX, 261 seqq. 3) Hymn. in Aphrod. vs. 27. 4) Il. XIV, 271 seqq. 5) Il. X, 321. Cf. VII, 412. 6) Quia cum diris conjuncta est, ut ait Heyn. ad Il. XIX, 266 seqq. 7) Il. l. l. vs. 266 seqq.

§. 5. Perjurium in atrocioribus flagitiis habebatur, quo fiebat, ut jurantes sibi, si pejeravissent, mala omnia imprecarentur. Unde Achilles:

Εἰ δέ τι τῶνδ' ἐπίορκον, ἐμοὶ θεοὶ ἄλγεα δοῖεν
Πολλὰ μάλ', ὅσσα διδοῦσιν, ὅ τις σφ' ἀλίτηται ὀμόσσας [1].

Post fata in primis punitur, qui jusjurandum violaverit. Ab eo Erinnyes poenas exigunt,

. . . . αἵ θ' ὑπὸ γαῖαν
Ἀνθρώπους τίνυνται, ὅτις κ' ἐπίορκον ὀμόσσῃ [2]

vel Hades et Persephone, quod haud absque veri specie ex Iliad. Libr. III. suspiceris, quo memorantur

. . . . οἳ ὑπένερθε καμόντας
Ἀνθρώπους τίνυσθον, ὅτις κ' ἐπίορκον ὀμόσσῃ [3].

Attamen ministrae forte habendae sunt Erinnyes, quae Hades et Persephones jussa exsequantur et statutas a sceleratis poenas sumant, ita ut locis laudatis de iisdem proprie numinibus, perjurium punientibus, sit cogitandum [4].

CAPUT NONUM.

DE HOMICIDIIS.

§. 1. Homicidii cum imprudentia tum consulto facti frequentissimam in Homeri carminibus mentionem factam legimus. Plurima enim quae, in Iliade praesertim, edita celebrantur proelia, quorum tumultu et concursu inscius et nolens saepe quis amicum vel civem occidebat, affectus etiam in Graecis mi-

1) Il. XIX, 264 seqq. 2) Il. L. l. vs. 259 seq. 3) Vs. 278 seq. ad q. l. vid. Heyn. Var. Lectt. et Observ. 4) Cf. quae leguntur Il. IX, 565 seqq.

minus excultis vehementiores, rebus vel minimis excitati, virium denique et virtutis conscientia omnem injuriam perosa, in causis saepius fuerunt, quibus animi impotes homicidio manus polluerent, quo accedebat, quod in civitatibus vivebant et minus ordinatis et parum constitutis. Hujus igitur criminis rei ut cognatorum vel propinquorum vindictam fugiant, in exsilium abeunt voluntarii [1], ut Theoclimenus, qui ob tribulis caedem ab occisi consanguineis mortem sibi timens Telemachum, ut in fidem se recipiat, obsecratur.

. . . . πολλοὶ δὲ, inquit, κασίγνητοί τε, ἔται τε [2],
Ἄργος ἀν' ἱππόβοτον, μέγα δὲ κρατέουσιν Ἀχαιοί·
Τῶν ὑπαλευάμενος θάνατον καὶ κῆρα μέλαιναν,
Φεύγω· ἐπεί νυ μοι αἶσα κατ' ἀνθρώπους ἀλάλησθαι [3].

In Pelei fidem Patroclum τυτθὸν ἐόντα tradiderat Menoetius

. . . . ἀνδροκτασίης ὑπὸ λυγρῆς,
Ἤματι τῷ, ὅτε παῖδα κατέκτανεν Ἀμφιδάμαντος
Νήπιος, οὐκ ἐθέλων, ἀμφ' ἀστραγάλοισι χολωθείς [4].

Medon, Ajacis frater, Phylace degebat

. . . . γαίης ἄπο πατρίδος, ἄνδρα κατακτὰς
Γνωτὸν μητρυιῆς Ἐριώπιδος, ἣν ἔχ' Ὀϊλεύς [5].

Apud Ajacem θεράποντος munere fungebatur Lycophron, qui, Cytheris oriundus, παρ' αὐτῷ

Ναῖ', ἐπεὶ ἄνδρα κατέκτα Κυθήροισι ζαθέοισι [6].

Caede perpetrata quum fuga vindicantium manus elusissent rei, quo majore se religione tuerentur exsules, praepotentis in ea regione vel urbe, quo aufugerant, viri domum supplices petebant, a quo reciperentur. Comparatione instituta haec ita Homerus:

Ὡς δ' ὅταν ἄνδρ' ἄτη πυκινὴ λάβῃ, ὅστ' ἐνὶ πάτρῃ

Φῶ-

1) Vid. Muller. Op. I. vol. II. p. m. 335. 2) Ejus scilicet, quem occiderat Theoclimenus. 3) Od. XV, 273. cll. vs. 256 seqq. et Od. XXIV, 432 seqq. 4) Il. XXIII, 86 seqq. 5) Il. XV, 335 seqq. Cf. XIII, 695 seqq. 6) Il. XV, 432. Cf. Od. XXIII, 128 seqq.

Φῶτα κατακτείνας, ἄλλων ἐξίκετο δῆμον,
Ἀνδρὸς ἐς ἀφνειοῦ [1].

Benigne autem et amice fere excipiebantur: ἱκεται enim sub Deorum tutela erant, quos itaque negligere verebantur. Ita consobrino occiso Epigeus

Ἐς Πηλῆ' ἱκέτευσε καὶ ἐς Θέτιν ἀργυρόπεζαν [2].

et Theoclimenus, de quo commemoravi supra, ad Telemachum

Ἀλλά με νηὸς, inquit, ἔφεσσαι, ἐπεί σε φυγὼν ἱκέτευσα
Μή με κατακτείνωσι· διωκέμεναι γὰρ ὀΐω [3].

De procorum, ab Ulysse edita, caede concionem a cognatis habitam fuisse eosque armis Laërtiaden insequendi non tantum consilium cepisse sed et re ipsa in eum arma sumsisse tradunt. Iratos tamen cohibuit et a crudelibus ausis deterruit Athene, ita ut, armis positis, Ulyssis imperio pacati deinceps sese submiserint Ithacenses [4].

§. 2. Nec tamen semper in exsilium proficisci necesse fuit, si scilicet caedis auctori fautores essent et propugnatores, qui vel opibus suis vel auctoritate ab omni periculo et vindicta tutum eum praestare possent. Testimonio sint Ulyssis ad Telemachum verba:

Καὶ γάρ τίς θ' ἕνα φῶτα κατακτείνας ἐνὶ δήμῳ,
Ὧι μη πολλοὶ ἔωσι ἀοσσητῆρες ὀπίσσω,
Φεύγει [5].

§. 3. Caedis factae poena pretio quoque satis amplo, quod ποινὴν dicebant, ab occisi cognatis poterat redimi, quo soluto laesi vindictam remittebant, ut reus vel domi manere vel ab exilio impune rediret [6]. Hinc

1) Il. XXIV, 480 seqq. ibiq. Schol. et Heyn. Var. Lectt. et Observ., qui » videri potest, inquit, satis esse, si quem cogitemus ἱκετεύοντα ἐλθεῖν, verum in heroica vita hoc solenne erat, ut expiationem ab aliquo peterent.” Verum sit per me licet: sed de expiatione ista nullibi a Poëta mentionem fieri memini. 2) Il. XVI, 573. 3) Od. XV, 277 seq. 4) Vid. Od. XXIV, 420 seqq. 495 seqq. et 515 seqq. 5) Od. XXIII, 118 seqq. 6) Cf. Eustath. ad Il. XVIII, 498.

Hinc fit, ut obstinatum Achillem propterea arguat Ajax, quod vel fratris aut filii interfectorem, ubi ποινὴν ipsi solvisset, alius secure domi remanere sinat:

. . . . καὶ μέν τίς τε κασιγνήτοιο φονῆος
Ποινὴν, ἢ οὗ παιδὸς ἐδέξατο τεθνειῶτος·
Καί ῥ᾽ ὁ μὲν ἐν δήμῳ μένει αὐτοῦ, πόλλ᾽ ἀποτίσας.
Τοῦ δέ τ᾽ ἐρητύεται κραδίη καὶ θυμὸς ἀγήνωρ
Ποινὴν δεξαμένου [1]·

De simili οἰκείως caedis pretio solvendo interpretanda sunt, quae de judicio εἵνεκα ποινῆς in Achillis clypeo expressa celebrantur.

. . . . . . δύο . . ἄνδρες ἐνείκεον εἵνεκα ποινῆς
Ἀνδρὸς ἀποφθιμένου.

quam alter solutam affirmabat, alter negabat. Judicibus igitur constitutis uterque causam perorat:

Κεῖτο δ᾽ ἄρ᾽ ἐν μέσσοισι δύο χρυσοῖο τάλαντα

ab utroque, ut videtur, et reo et actore collata, quae qui causa vicerit, sententia dicta, auferat:

Τῷ δόμεν, ὃς μετὰ τοῖσι δίκην ἰθύντατα εἴπῃ [2].

CAPUT DECIMUM.

DE RAPINIS.

§. 1. Quae possidebant ab aliorum injuriis tuta praestare iisque secure frui nec singuli noverant aetate heroica; nec civitates universae. Cujus rei veritatem creberrimae testantur rapinae, quae ab heroibus Homericis terra marique factae traduntur. In pecb-

1) Il. IX, 628 seqq. 2) Il. XVIII, 508. cll. vs. sup. ad q. l. cf. Schol. et Interpr. Nitsch's Beschreibung etc. tom. IV. p. 25 seqq. De v. τάλαντα vid. nos infra c. XI. §. 3. ibiq. laud. auct.

coribus autem et agris cum maximae et unicae fere tum temporis ut civitatum ita privatorum opes fuerint; iis potissimum abigendis et diripiendis sibi invicem nocuerunt. Nec ignobiles sunt, a quibus illa factitantur. Omnibus nobilissimis etiam heroibus commune fuit praedandi studium, οὐκ ἔχοντός πω αἰσχύνην τούτου τοῦ ἔργου, φέροντος δέ τι καὶ δόξης μᾶλλον, ut recte observavit Thucydides [1], cujus quidem verba plurimis ex Odyssea et Iliade petendis testimoniis confirmantur. Sisypho enim in laudem cessit, quod

. . . . κέρδιστος γένετ' ἀνδρῶν [2].

His scilicet temporibus, quod rite tenendum, solertia et prudentia a vafritie et calliditate nondum erant sejunctae, quae ad belli insidiarumque maxime laudem spectarunt, quam unice petebant [3]. Hinc ab Homero laudatur Autolycus,

. . . . ὃς ἀνθρώπους ἐκέκαστο
Κλεπτοσύνῃ θ', ὅρκῳ τε· θεὸς δέ οἱ αὐτὸς ἔδωκεν
Ἑρμείας [4].

Suas igitur laudes praedicant, qui secunda fortuna usi barbara praeda onusti domum redierunt [5], nec hospites, si qui in peregrina litora appulerint, interrogare pudet, utrum latrocinii studio ducti mari se commiserint, ὡς, inquit Thucydides, οὔτε ὧν πυνθάνονται ἀπαξιούντων τὸ ἔργον, οἷς τ' ἐπιμελὲς εἴη εἰδέναι, οὐκ ὀνειδιζόντων [6]. Nestor, ut hoc utar, Telemachum comitesque socios exceptos interrogat:

Ὦ ξεῖνοι, τίνες ἐστέ; πόθεν πλεῖθ' ὑγρὰ κέλευθα;
Ἤ τι κατὰ πρῆξιν, ἢ μαψιδίως ἀλάλησθε,
Οἷά τε ληϊστῆρες ὑπεὶρ ἅλα; τοί γ' ἀλόωνται
Ψυχὰς παρθέμενοι, κακὸν ἀλλοδαποῖσι φέροντες [7]·

§. 2.

1) L. 1. c. 5. 2) Il. VI, 153. 3) Cf. Heyn. Var. Lectt. et Observ. ad Il. L. l. et nos infra L. IV. c. 14. §. 9. 4) Od. XIX, 395 seqq. 5) Ut Ulysses Od. XIV, 231 seqq. 6) L. I. c. 5. 7) Od. III, 71 seqq. Eadem Ulyssem et socios interrogat Polyphemus Od. IX, 252 seqq. et Cretas Apollo Hymn. in Apoll. vs. 452 seqq. De Epeorum Pyliorumque ληϊλασίῃ fuse cecinit Homerus Il. XI, 671 seqq.

§. 2. Quae cum ita sint, aliter fieri non potuit, quin continuis fere et gravioribus bellis causa et origo exsisterent subitae illae et temere repetitae praedationes. Audiamus Achillis, iniquum et ingratum Agamemnoni animum exprobrantis, orationem, qua nulla nisi hujus injuriae causa ductum se in Trojanos arma suscepisse ostendit:

. . . . ἐπεὶ οὔτι μοι αἴτιοί εἰσιν [1].
Οὐ γάρ πώποτ' ἐμὰς βοῦς ἤλασαν, οὐδὲ μὲν ἵππους,
Οὐδέ ποτ' ἐν Φθίῃ ἐριβώλακι βωτιανείρῃ
Καρπὸν ἐδηλήσαντο [2].

Cretensem se fingens et Eumaei hospitio acceptus de rebus gestis praedicat Ulysses.

Πρὶν μὲν . . . Τροίης ἐπιβήμεναι υἷας Ἀχαιῶν,
Εἰνάκις ἀνδράσιν ἦρξα, καὶ ὠκυπόροισι νέεσσιν,
Ἄνδρας ἐς ἀλλοδαπούς· καί μοι μάλα τύγχανε πάντα·
Τῶν ἐξαιρεύμην μενοεικέα, πολλὰ δ' ὀπίσσω
Λάγχανον· αἶψα δὲ οἶκος ὀφέλλετο, καί ῥα ἔπειτα
Δεινός τ' αἰδοῖός τε μετὰ Κρήτεσσι τετύγμην [3].

§. 3. Qui ita pecorum aliorumve bonorum jacturam fecerant, injuriam sibi illatam ulcisci et ablata ab hostibus repetere ardebant [4]. Hinc nova et atrocia bella oriebantur. Trecentas cum pastoribus oves Ithacensibus abstulerant Messenii: ablata igitur repetitum abiit Ulysses, παιδνὸς ἐών,

Ἦλθε μετὰ χρεῖος, τό ῥα οἱ πᾶς δῆμος ὄφελλε [5].

ad quae peragenda communi patris senumque consilio et auctoritate erat delegatus:

Τῶν ἕνεκ' ἐξεσίην πολλὴν ὁδὸν ἦλθεν Ὀδυσσεὺς
Παιδνὸς ἐών· πρὸ γὰρ ἧκε πατὴρ, ἄλλοι τε γέροντες [6].

Quod si frustra res suas repetissent, par pari referebant. Ita Nestor

. . .

seqq. Cf. Nitzsch. ad Od. I, 180 seqq. et ad III, 71—74 quo l. plura testimonia adl. videas. 1) Trojanos dicit. 2) Il. I, 153 seqq. Cf. XI, 670 seqq. al. 3) Od. XIV, 229 seqq. 4) Quod est ἐλθεῖν μετὰ χρεῖος. 5) Od. XXI, 17. cll. vs. 21. 6) Od. l. l. vs. 21 seq.

. . . . Ἠλείοισι, inquit, καὶ ἡμῖν νεῖκος ἐτύχθη
Ἀμφὶ βοηλασίῃ [1].

Pylii scilicet, ab Eleis injuria lacessiti, rebus frustra repetitis, vicissim ex illorum agris praedam egerunt, quae quanta fuerit ipsius Nestoris oratione referre operae pretium est:

Ληΐδα δ' ἐκ πεδίου συνελάσσαμεν ἤλιθα πολλὴν,
Πεντήκοντα βοῶν ἀγέλας, τόσα πώεα οἰῶν,
Τόσσα συῶν συβόσια, τόσ' αἰπόλια πλατέ' αἰγῶν,
Ἵππους δὲ ξανθὰς ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα
Πάσας θηλείας, πολλῇσι δὲ πῶλοι ὑπῆσαν [2].

§. 4. Omnem eam praedam singulis, quorum res abductae fuerant, a praecone convocatis dividebant expeditionis principes, ut ejusdem Nestoris verba testantur.

Κήρυκες δὲ λίγαινον ἅμ' Ἠοῖ φαινομένηφι
Τοὺς ἴμεν, οἷσι χρεῖος ὀφείλετ' ἐν Ἤλιδι δίῃ·
Οἱ δὲ συναγρόμενοι Πυλίων ἡγήτορες ἄνδρες
Δαίτρευον·

Quod ea lege fiebat, ut quibus plura ab hostibus essent ablata, majorem ξυνηΐων partem auferrent, quo cavebant

. . . . μή τις . . ἀτεμβόμενος κίοι ἴσης [3].

Honoris tamen causa, ut videtur, ex omni praeda praecipuum aliquid duci donabant ceteri expeditionis socii, ut Ulyssi, qui,

. . . . ἐξαιρεύμην, inquit, μενοεικέα, πολλὰ δ' ὀπίσσω
Λάγχανον [4].

Gratissima certe ex praeda, priusquam divideretur, sibi eligere omnium consensu duci licebat. Neleus enim

. . . . . ἀγέλην τε βοῶν καὶ πῶϋ μέγ' οἰῶν
Εἵλετο, κρινάμενός (γε) τριηκόσι', ἠδὲ νομῆας.

Καὶ

1) Il. XI. vs. 670 seq. 2) Il. L. l. vs. 676 seqq. 3) Od. X, 42. et Il. XI, 704. 4) Od. XIV, 232 seq. Itaque sorte, ut videtur, fiebat praedae distributio, attamen aequa pro rerum cuique ceptarum pretio.

Καὶ γὰρ τῷ χρεῖος μέγ' ὀφείλετ' ἐν Ἤλιδι δίῃ [1].
Ἐξέλετ' ἄσπετα πολλὰ, τὰ δ' ἄλλ' ἐς δῆμον ἔδωκε
Δαιτρεύειν [2].

§. 5. Non bona tantum sibi invicem eripiebant praedae studio incitati, sed parentes, uxores, liberos etiam vi abductos secum ducebant, qui servorum munere apud ipsos fungerentur [3]. Quemadmodum Ulysses, qui a Troja solvens in Ciconum, ait, terram appuli,

. . . . ἔνθα δ' ἐγὼ πόλιν ἔπραθον, ὤλεσα δ' αὐτούς [4],
Ἐκ πόλιος δ' ἀλόχους καὶ κτήματα πολλὰ λαβόντες
Δασσάμεθα [5].

Ad Antinoum in Aegyptum cum praedonibus se abiisse idem refert, quo cum appulissent, socii, invito Ulysse,

. . . . ὕβρει εἴξαντες, ἐπισπόμενοι μένεϊ σφῷ,
Αἶψα μαλ' Αἰγυπτίων ἀνδρῶν περικαλλέας ἀγροὺς
Πόρθεον, ἐκ δὲ γυναῖκας ἄγον, καὶ νήπια τέκνα,
Αὐτούς τ' ἔκτεινον [6].

CAPUT UNDECIMUM.

DE EMPTIONIBUS ET VENDITIONIBUS.

§. 1. Antiquissimis temporibus Graecos nullam inter se mercaturam exercuisse, singulis ex agro, quae ad quotidianum victum requirebant, in diem si-

1) Il. XI, 695 seqq. Nestori enim ablati erant τέσσαρες ἀθλοφόροι ἵπποι αὐτοῖσιν ὄχεσφιν ἐλθόντες μετ' ἄεθλα, vs. 698 seq. 2) Il. l. l. vs. 703 seqq. Cf. dicta L. IV. c. 16. 3) Vid. h. Libr. c. 19. et L. IV. c. 16. 4) Viros scilicet, quos morte multabant. Cf. Od. XVII, 433 seq. 5) Od. IX, 40 seqq. 6) Od. XVII, 431. cll. vs. 424 seqq.

sibi parantibus, auctor nobis est Thucydides [1]. Postquam autem Cecrops, Cadmus, Danaus, alii in Graeciam colonos deduxerunt, agriculturae studio imbutos Graecos majorem sensim commercio operam dedisse constat inter omnes. Homeri aevo satis frequens ejus usus fuit, nec in Graecia tamen [2], sed vel maxime in barbaris, quas fastidiose illi dicebant, regionibus. Etsi enim Achivi e Thracia quotidie vinum navibus in castra advexisse dicantur [3] (quod haud scio an unum sit in Homeri carminibus de Achivorum navigatione et mercatura testimonium), barbari fere sunt, qui mercaturae laude et usu insignes celebrantur [4]. Hujus amore captos nec commoda latuerunt exinde petenda, quae cognita ita adamarunt ut a Poëta πρηκτῆρες [5] dicerentur,

Οἱ μὲν ἐπὶ πρῆξιν καὶ χρήματα νηΐ μελαίνῃ
Ἔπλεον [6].

Ceteris excelluerunt Phoenices

. . . . ναυσίκλυτοι . . . . ἄνδρες
Τρῶκται, μυρί' ἄγοντες ἀθύρματα νηΐ μελαίνῃ [7].

Vestes textorias aliaque plurima luxus instrumenta in exteras regiones exportanda suppeditabant Sidonii, ut sunt

. . . . πέπλοι παμποίκιλοι, ἔργα γυναικῶν
Σιδονίων, τὰς αὐτὸς Ἀλέξανδρος θεοειδὴς
Ἤγαγε Σιδονίηθεν, ἐπιπλὼς εὐρέα πόντον [8].

et crater argenteus, qui

. . . :

1) Cf. omnino Goguet. Op. l. vol. I. Lib. I. art. 5. et vol. II. Libr. I. c. 4. all. L. II. sect. 2. c. 1. 2) Quantum quidem ex Homeri carminibus liquet: quod rite tenendum, ne quis mercaturae peritiam nos Graecis universe detrahere merito reprehendat. 3) Il. IX, 71 seq. 4) Cf. Muller. Op. c. vol. I. p. m. 305 seqq. 5) Od. VIII, 162. ad q. l. vid. Ern. 6) Hymn. in Apoll. vs. 297 seq. 7) Od. XV, 414 seq. Cf. Od. XIV, 288 seqq. Fallaciae arguebantur Phoenices, quod, quo essent navigaturi, ceteros diligenter celabant, ut ait Goguet. Op. l. vol. II. L. IV. c. 2. p. m. 277. quod caput cum seq. de Phoenicum aliorumque mercatura adeas. 8) Il. VI, 289 seqq.

. . . . . . κάλλει ἐνίκα πᾶσαν ἐπ' αἶαν
Πολλόν, ἐπεὶ Σιδόνες πολυδαίδαλοι εὖ ἤσκησαν,
Φοίνικες δ' ἄγον ἄνδρες ἐπ' ἠεροειδέα πόντον [1].

Nec Phoenicibus navigandi et mercaturae studio atque peritia cedebant Taphii φιλήρετμοι [2] et Phaeaces.

Οὐ γὰρ Φαιήκεσσι μέλει βιὸς, οὐδὲ φαρέτρη,
Ἀλλ' ἱστοὶ καὶ ἐρετμὰ νεῶν, καὶ νῆες ἐῖσαι,
Ἧισιν ἀγαλλόμενοι πολιὴν περόωσι θάλασσαν [3].

Trojanos quoque mercaturae operam navasse, cum ex Priami regis haud facile aliunde nisi mercatura quaesitarum divitiarum copia majore, tum e Trojanae regionis situ mercatorum navigationi in primis opportuno, veri est simillimum. De his ita ad Priamum Achilles:

Καί σε, γέρον, τὸ πρὶν μὲν ἀκούομεν ὄλβιον εἶναι.
Ὅσσον Λέσβος ἄνω Μάκαρος ἕδος ἐντὸς ἐέργει,
Καὶ Φρυγίη καθύπερθε, καὶ Ἑλλήσποντος ἀπείρων [4].

Nec qui naves construere noverant Trojanis defuerunt. Ea enim arte nobilis fuit Phereclus,

. . . . . . ὃς χερσὶν ἐπίστατο δαίδαλα πάντα
Τεύχειν· ἔξοχα γάρ μιν ἐφίλατο Παλλὰς Ἀθήνη·
Ὃς καὶ Ἀλεξάνδρῳ τεκτήνατο νῆας ἐΐσας
Ἀρχεκάκους [5].

§. 2. Permutandis autem mercibus mercatura constabat, ut testatur Homerus, qui, cum e Lemno in Graecorum castra navem vino, aere, ferro, pellibus, bobus et servis onustam appulisse memorasset, haec addidit:

Ἔνθεν ἄρ' οἰνίζοντο καρηκομόωντες Ἀχαιοὶ,
Ἄλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δ' αἴθωνι σιδήρῳ,
Ἄλλοι δὲ ῥινοῖς, ἄλλοι δ' αὐτῇσι βόεσσιν,
Ἄλλοι δ' ἀνδραπόδεσσι [6].

In

1) Il. XXIII, 742 seqq. Cf. Od. XV, 114. aliique loci plurimi.
2) Vid. Od. I, 181. ad q. l. cf. Nitzsch. de Taphiis, qui plures ex Homero locos affert.
3) Od. VI, 270 seqq. Cf. VII, 34 seqq. et 108 seq.
4) Il. XXIV, 544 seqq.
5) Il. V, 59 seqq.
6) Il. VII, 472 seqq.

In insulam Syriam navibus abiisse dicuntur Phoenices πολυπαίπαλοι

. . . . μυρί' ἄγοντες ἀθύρματα νηῒ μελαίνῃ [1].

quibus permutandis sibi victum quaererent et alia, quibus abundabat insula

Εὔβοτος, εὔμηλος, οἰνοπληθὴς, πολύπυρος [2].

Nec dissimili consilio Temesen se navigare fingit Athene, quae Mentis, Anchiali filii, personam induta, de se ipsa narrat:

Νῦν δ' ὧδε ξὺν νηῒ κατήλυθον ἠδ' ἑτάροισι,
Πλέων ἐπὶ οἴνοπα πόντον ἐπ' ἀλλοθρόους ἀνθρώπους,
Ἐς Τεμέσην μετὰ χαλκόν· ἄγω δ' αἴθωνα σίδηρον [3].

§. 3. Et nummorum, inquit Feithius [4], in commerciis usum fuisse, ex ipsomet Homero videtur colligi, cum meminit ἑκατομβοίων, centum boves valentium: uti in permutatione armorum Glauci ac Diomedis [5]. A tanto viro dissentire mihi liceat. Signatos quippe nummos et bove quidem, ut nonnulli volunt, notatos in commercio heroica aetate non adhibitos esse contendo. Rerum enim mutatione, quod supra probatum dedimus, omnis fere tunc temporis mercatura constabat, ex pondere aestimabantur omnia, nec signatis nummis indigebant [6]. Cum autem sibi, quo reliquorum pretium constituerent, quaerebant, pecudes ex iisque boves in primis elegerunt, quibus omnes fere illorum divitiae censebantur. Complura ejus rei in Homero exempla exstant, quae collaudans Pausanias, ἐσπουδάκεσαν δὲ, inquit, ἄρα οἱ τότε πλοῦτόν τινα συλλέγεσθαι τοιοῦτον, ἵππων καὶ βοῶν ἀγέλας [7].

Quae

1) Od. XV, 414. Cf. vs. seqq. usque ad vs. 480. Pausan. Laconic. L. III, c. 12. Livius Hist. L. XXIX. c. 31. et Justin. L. III. c. 2.
2) Od. L. l. vs. 405. De insula Syria plura leg. vs. 402 — 414.
3) Od. I, 182 seqq.
4) Edit. Stöb. pag. 200, qua Schol. ad Il. VI, 256. et Poll. L. IX, c. 6. §. 60. p. 1029. allos laudat auctor.
5) Vid. Il. VI, 236.
6) Mecum facere video Doct. G. G. S. Köpke, über das Kriegswesen der Griechen im Heroischen Zeitalter etc. Berlin, 1807. p. m. 54 seq.
7) Messen. L. IV. c. 36.

Quae quidem in causa fuisse videntur, quod boves generali nonnunquam nomine ab Homero χρήματα dicerentur [1]. Boum igitur numero majus vel minus rei pretium definiebant, ita ut eam novem, quinquaginta, vel centum bobus constare dicerent [2]. Eadem ratione metalla aestimata sunt. Athenes enim aegida et centum, quibus fulgebat, fimbrias aureas commemorans, singularum pretium ita constituit Poëta:

. . . . ἑκατόμβοιος δὲ ἕκαστος [3].

Eodem referenda sunt quae de Glauco leguntur, qui stulte sua cum Diomede arma mutaverat

Χρύσεα χαλκείων, ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων [4].

Hinc fortasse factum, ut numismatibus deinceps inventis et in mercaturae usum adhibitis, antiquum rei aestimandae morem servarint, quatenus bovis figuram illis imprimi curarent [5]. Auri quoque talenta saepius collaudat Homerus, de quibus in diversa abierunt Viri Docti [6]. Singulorum sententiam hîc inserere longum foret, et ab instituto nostro alienum. Signata illa apud Graecos fuisse, extra omne dubium ponit Feithius, quanquam, inquit, pondere potius quam figura, apud Homerum videntur censa, eoque non ita magno [7]. Quae quidem talenta nec signata, nec proprie ita dictam monetam fuisse mea fert sententia [8]. In auro, argento, aliisve metallis ponderandis [9] proprius fuit talenti usus, qua voce ge-

1) Vid. Hymn. in Herm. vs. 400. 2) Vid. Il. XXIII, 703, 705. Od. I, 431. etc. 3) Il. II, 449. ad q. l. vid. Interpr. Cf. Nitzsch. ad Od. I, 431. 4) Il. VI, 236. 5) Ut ajunt Schol. B. D. ad Il. XXI, 79. Qui plura hac de re fuse disputata velit adeat Schol. et Interpr. ad Il. VI, 236. XXI, 79. Od. I, 431. et Goguet. Op. l. vol. II. Livr. IV. c. 4, quibus non eadem omnibus sententia est. 6) Vid. praeter locos et auct. modo laud. Il. IX, 122, 264. XVIII, 507 etc. 7) Edit. Stöb. p. 201. laudat Il. XXIII, 269. 8) Eadem mecum sentire video Köpk. Op. l. §. 7. p. 71 seqq. 9) Cujus rei non certa quidem in Homero indicia exstant, sed conjectura illud assecuti

generatim pretium sive pondus, quibuscunque tandem rebus, bobus potissimum aliave pecude solvendum seu adpendendum significarent [1]. In eo igitur cum Feithio nobis convenit, ut ei assentiamur dicenti, talenta pondere potius, quam forma apud Homerum censa fuisse, cujus quidem ponderis gravitas quanta fuerit, Poëtae testimoniis destitutos nos latet [2]. Ut ut est, aut nullus aut rarior fuit his temporibus nummorum usus, quum rebus commutandis constaret mercatura, et in pecore atque agris collocatae essent cum Trojanorum tum Graecorum divitiae.

CAPUT DUODECIMUM.

DE HEREDITATIBUS ET DONATIONIBUS.

§. 1. Naturae jus postulat, ut liberi bona a parentibus relicta consequantur. Quae liberorum successio heroïcis item temporibus locum habuit, et ut his, ita parentibus fuit exoptata. Natorum idcirco orbitas in malis, in bonis habita est prolis generositas. Hinc Phoenix, ut paternae in se irae acerbitatem significet,

Πολλὰ, inquit, κατηρᾶτο, στυγερὰς δ' ἐπεκέκλετ' Ἐρινῦς,
Μή ποτε γούνασιν οἷσιν ἐφέσσεσθαι φίλον υἱὸν

Ἐξ

sumus ex iis, quae de mensuris quibusdam Il. VII, 471 seq. et de lancibus Il. VIII, 69 seqq. dicta inveniuntur. 1) Secuti sumus sententiam Goguet. Op. l. vol. II. Liv. IV. c. 4. Cf. Idem p. m. 287, qua aliorum interpretum sententias recenset. Auri elaborandi artem calluisse constat. Vid. e. g. Od. VIII, 91 seqq. Il. XVIII, 416 seqq. etc. 2) Nec pretio ita magno, ut liquet ex ludis habitis in funere Patrocli, ubi ultimi praemii oco ponuntur δύο χρυσοῖο τάλαντα. Il. XXIII, 269. Feith. p. m. 201.

Ἐξ ἐμέθεν γεγαῶτα. θεοὶ δ' ἐτέλεον ἐπαράς [1].
Ulysses et alia Phaeacum proceribus bona omnia apprecatur, et haec:

. . . . παισὶν ἐπιτρέψειεν ἕκαστος
Κτήματ' ἐνὶ μεγάροισι [2].

§. 2. Bonorum autem a majoribus relictorum distributio ex sortis arbitrio fiebat inter liberos legitimos, ita ut ex eorum numero in partes aequales dividerentur quae a parentibus essent relicta, quorum suam cuique partem sortes in galea seu urna positae et concussae objiciebant. Ita de Castoris Hylacidae filiis Homerus:

. . . . τοὶ δὲ ζωὴν ἐδάσαντο
Παῖδες ὑπέρθυμοι, καὶ ἐπὶ κλήρους ἐβάλοντο [3].

Sed Ulysses, ejusdem Castoris se filium fingens, pauca tantum ex paternis bonis sibi a fratribus donata narrat, quod nothus esset, quem ὠνητὴ τέκε μήτηρ παλλακίς [4]. Nullo igitur jure in parentum possessionem gaudebant nothi, qui minimis etiam rebus contenti esse debebant, quas fratres legitimo conjugio a patre suscepti pro lubitu iis concessissent [5]. Sortes, quas diximus, ligneas fuisse, sunt qui contendant [6]. Sit ita per me licet: quid nostra referat non video; in tantis praesertim tenebris, quibus minora illa abscondita latent. Nota quaedam, σῆμα [7], qua suam quisque dignosceret, singulis sortibus incidi vel inscribi solebat, quantum quidem ex eo conjectura capere liceat, quod, quamvis in re dissimili, idem fecerint Graecorum optimates, qui, quis cum Hectore pugnam iniret, sortituri, κλῆρον ἐσημήναντο ἕκαστος [8]. Quo facto, cum sortes in galeam una

1) Il. IX, 454 seqq. 2) Od. VII, 149. seq. 3) Od. XIV, 208 seq. 4) Vid. Od. L. l. vs. 202 seqq. cll. vs. 210. 5) De nothis plura vide h. L. c. 15. §. ultima. 6) Vid. Eustath. ad Il. III, 316 seqq. qui Homeri locus de sortiendi modo utique est inspiciendus. 7) Il. VII, 189. σῆμα κλήρου. 8) Il. L. l. vs. 175.

una omnes conjectas concussissent, exsiliit una, quam ceteri, a praecone singulis oblatam,

. . . . . . οὐ γινώσκοντες, ἀπηνήναντο ἕκαστος [1].

suam vero agnovit Ajax:

'Αλλ' ὅτε δὴ τὸν ἵκανε [2], φέρων ἀν' ὅμιλον ἁπάντη,
Ὅς μιν ἐπιγράψας κυνέῃ βάλε, φαίδιμος Αἴας,
Ἤτοι ὑπέσχεθε χεῖρ' κ. τ. λ. [3].

Deorum exemplo confirmantur, quae de paterna bona dividendi ratione diximus. Ad illos enim humana omnia translata sunt. Iridi igitur, a Zeo ad Poseidonem cum mandatis, ne Graecis auxiliaretur, ablegatae, superbe hic fratri se ὁμότιμον gloriatur:

Τρεῖς γάρ, inquit, τ' ἐκ Κρόνου εἰμὲν ἀδελφεοί, οὓς τέκετο Ῥέα,
Ζεὺς καὶ ἐγώ, τρίτατος δ' Ἀΐδης ἐνέροισιν ἀνάσσων.
Τριχθὰ δὲ πάντα δέδασται, ἕκαστος δ' ἔμμορε τιμῆς.
Ἤτοι ἐγὼν ἔλαχον πολιὴν ἅλα ναιέμεν αἰεί,
Παλλομένων κ. τ. λ. [4].

§. 3. Quamvis fratres, nulla, ut videtur, majoris natu ratione habita, aequaliter a parentibus relicta bona inter se dividerent, in ceteris tamen minores fratrem natu majorem, ipsis auctoritate excellentem, honore et reverentia prosequebantur. A Diis ad homines et hîc valet conclusio. Illi enim majoris natu fratris auctoritatem agnoverunt. Zeus quippe Iridi Poseidonem absque dubio sibi obtemperaturum esse affirmat,

. . . . . . ἐπεὶ εὖ φημὶ βίῃ πολὺ φέρτερος εἶναι,
Καὶ γενεῇ πρότερος· τοῦ δ' οὐκ ὄθεται φίλον ἦτορ
Ἶσον ἐμοὶ φάσθαι, τόν τε στυγέουσι καὶ ἄλλοι [5].

Poseidonem vero Zei imperatis obsequi nolentem in poenae memoriam revocat Iris, ei infligendae, qui fratri natu majori non fuerit obsecutus:

Οἶσθ', ὡς πρεσβυτέροισιν Ἐρινύες αἰὲν ἕπονται [6].

§. 4.

1) Il. VII, 185. 2) Praeco scilicet. 3) Il. L. l. vs. 186 seqq. Idem ab Ulyssis sociis Circen adituris factum est. Od. X, 206 seq. 4) Il. XV, 187 seqq. 5) Il. L. l. vs. 165 seqq. 6) Il. L. l. vs. 204.

§. 4. Quod si liberi deessent, hereditas ad cognatos remotiores et agnatos devolvebatur. Argumento sit Iliad. Libr. V, quo Phoenix post amborum filiorum necem nullum sibi natum superesse queritur

. . . . ἐπὶ κτεάτεσσι λιπέσθαι [1].

itaque χηρωσταὶ διὰ κτῆσιν δατέοντο [2]. Ad quem locum de voce χηρωσταὶ plurima et diversa habent Scholiastae, in quibus maxime nobis probandi videntur, qui, χηρωσταί, inquiunt, οἱ πόῤῥωθεν συγγενεῖς, vel, οἱ μακρόθεν προσήκοντες κατὰ τὸ γένος, καὶ χῆρα ὄντα τῶν σύνεγγυς τὰ χρήματα κληρονομοῦντες, ut Apollonius [3], quem secutus Hesychius, χηρωσταί, ait, οἱ μακρόθεν συγγενεῖς, οἱ μακρόθεν κατὰ γένος προσήκοντες [4], quos Pollux dixit τοὺς τῷ ἐρήμῳ γένει προσήκοντας [5]. Ad magistratus quosdam, non ad cognatos, bona ἀκληρονόμητα recidisse refert Eustathius [6]. Quod tamen non probandum Feithio visum est, quando, inquit, praesertim hic mentio fit divisionis [7]. Quamquam, ex ejusdem Viri Doct. sententia, fieri potest, ut magistratus certi constituti fuerint, qui ejusmodi bona proximis genere distribuerunt [8].

§. 5. Quod ad donationes mortis causa: hac conditione fiebant, ut, si quadam calamitate obiret donator, res donata perpetua possessione a donatario retineretur: sin superstes esset, domino restitueretur, ut ex Telemachi et Piraei exemplo liquet. Ad hunc enim Ulyssis filius:

Πεί-

1) Il. V, 154. 2) Il. L. l. vs. 158. 3) Vid. Apoll. Lexic. in v. Aliter Schol. A. ad Il. V, 158. 4) In v. χηρωσταί. Cf. Goguet. Op. l. vol. II. p. 64. et Interpr. ad Il. l. l. 5) L. III. c. 4. Ἐρήμον autem γένος dicitur domus iis orbata, qui sanguine et necessitudine propiores sunt. Vid. Heyn. et Schol. ad Il. l. l. et ad Hesiod. Theog. vs. 603. 6) Quem vide ad Il. V, 158. 7) Antiq. Hom. Edit. Stöb. p. 214. 8) Antiq. Hom. Ed. Stöb. p. 215. Alioquin, ait Idem, non est novum ac inusitatum, ut bona ἀδέσποτα ac ἀκληρονόμητα fisco principis addicantur pag. l. Quae tamen ad heroica tempora non pertinent.

Πείραι', οὐ γάρ τ' ἴδμεν, ὅπως ἔσται τάδε ἔργα·
Εἴ κεν ἐμὲ μνηστῆρες ἀγήνορες ἐν μεγάροισι
Λάθρη κτείναντες, πατρώϊα πάντα δάσονται,
Αὐτὸν ἔχοντά σε βούλομ' ἐπαυρέμεν, ἤ τινα τῶνδε·
Εἰ δέ κ' ἐγὼ τούτοισι φόνον καὶ κῆρα φυτεύσω,
Δὴ τότε μοι χαίροντι φέρειν πρὸς δώματα χαίρων [1].

CAPUT DECIMUM TERTIUM.

DE NUPTIIS.

§. 1. Ex veterum, quos dicimus, Graecorum instituto inter quasvis personas nuptias contrahere licuit praeterquam parentes inter et liberos. Hanc enim conjunctionem nefariam habuisse, vel unius Oedipi et Epicastae tragica historia ostendit, de quibus Homerus:

Ἣ μέγα ἔργον ἔρεξεν ἀϊδρείῃσι νόοιο,
Γημαμένη ᾧ υἱεῖ· ὁ δ' ὃν πατέρ' ἐξεναρίξας
Γῆμεν· ἄφαρ δ' ἀνάπυστα θεοὶ θέσαν ἀνθρώποισιν [2].

In ceteris nulla fere consanguinitatis ratio habebatur. Nam Aeoli sex filii cum totidem ipsius filiabus matrimonio sociati dicuntur [3]: Creteo fratri nupsit Tyro [4]: Amitam, Cissei avi materni filiam, duxit Iphidamas [5]: Aretam, ex fratre neptem sibi thalamo junxit Alcinous [6]: alii alias sibi sanguine aut propinquitate junctas conjuges habuerunt, et ipsum adeo Croni filium sororem Heren uxorem duxisse credidit vetustas.

§. 2.

1) Od. XVII, 78 seqq. 2) Od. XI, 271 seqq. adq. l. cf. Schol. et Paus. L. IX. c. 5. 3) Vid. Od. X, 7. 4) Vid. Od. XI, 236. 5) Vid. Il. XI, 226. cll. vs. antec. 6) Vid. Od. VII, 66.

§. 2. In nuptiis rite obeundis pubertas ab Homero laudatur. Aeoli namque filii, quibus sorores nuberent, dicuntur ἡβώοντες [1], et Iphidamanti in matrimonium, filiam dedit Cisses

. . . . ἐπεὶ ῥ' ἥβης ἐρικυδέος ἵκετο μέτρον [2].

§. 3. Ex parentum voluntate a liberis matrimonia contrahebantur. Hinc Achilles, quod domi aliam sibi conjugem paraturus sit pater Peleus, Agamemnonis filiam matrimonio sibi jungere recusat:

Ἢν γὰρ δή με σόωσι θεοὶ, καὶ οἴκαδ' ἵκωμαι,
Πηλεύς θήν μοι ἔπειτα γυναῖκα γαμέσσεται αὐτός [3].

Mariti interfecti desiderio mota Briseïs lacrimis conjugem pie prosequitur,

Ἄνδρα μὲν, ᾧ ἔδοσάν με πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ [4].

Pudicissima Alcinoi filia, Nausicaa [5], ei se succensuram pronuntiat,

Ἥ τ' ἀέκητι φίλων πατρὸς καὶ μητρὸς ἐόντων
Ἀνδράσι μίσγηται, πρίν γ' ἀμφάδιον γάμον ἐλθεῖν [6].

Antinous denique Telemachum matrem dimittere et cogere jubet, ut nubat

Τῷ, ὅτεῴ τε πατὴρ κέλεται, καὶ ἁνδάνει αὐτῇ [7].

Ex quibus ad matrimonia jungenda praeter parentum voluntatem contrahentium consensum valuisse haud absque veri similitudine effeceris [8].

§. 4. Virgines ipsae his temporibus in matrimonium a juvenibus peti proprie dici nequeunt, qui filias a parentibus emerent, ita ut emtionis et venditionis species quaedam intercederet. Quod cum alii auctores affirmant, tum ipse in primis testatur Ho-

1) Vid. Od. X, 6 seqq. 2) Il. XI, 225. cll. vs. seqq. 3) Il. IX, 394. vid. q. l. vid. Heyn. Var. Lectt. et Observ. 4) Il. XIX, 291. Cf. Od. IV, 10 seqq. 5) De qua vid. P. v. L. Brouwer, Proeve over etc. in Homerus pöëzy, pag. 118 seqq. et 132. 6) Od. VI, 287 seqq. cll. sup. vs. 7) Vid. Od. II, 114. Cf. XV, 16 seq. et dicta h. L. c. 15. §. 3. 8) Cf. Od. III, 272. Il. IX, 395 seqq.

Homerus. Qui virginem uxorem sibi cupiebat, patrem ut eam sibi traderet multis iisque splendidissimis donis, quae ἕδνα s. ἐέδνα vocantur, sollicitabat. Eo sensu accipienda sunt quae in nuptiarum mentione toties occurrunt, πορὼν ἀπερείσια ἕδνα [1], ἐπεὶ πόρε μυρία ἕδνα [2], μνᾶσθαι ἐέδνοισιν [3] aliaque ejusmodi. Qui reliquis plura ἕδνα patri allata obtulisset, filiam uxorem obtinebat.

Κεῖνος δ' αὖ περὶ κῆρι μακάρτατος ἔξοχον ἄλλων,
Ὅς κε ἐέδνοισι βρίσας οἶκόνδ' ἀγάγηται [4].

Ita Penelope, inquit Antinous,

Γήμασθ', ὅς κεν πλεῖστα πόροι, καὶ μόρσιμος ἔλθοι [5].

Hinc fit ut uxoris praestantia ex munerum, quibus quaesita est, copia et dignitate censeatur. Ita Iphidamantis occisi fata deplorans Poëta, obiit, inquit, ἀπὸ μνηστῆς ἀλόχου,

. . . . ἧς οὔ τι χάριν ἴδε, πολλὰ δ' ἔδωκε·
Πρῶθ' ἑκατὸν βοῦς δῶκεν, ἔπειτα δὲ χίλι' ὑπέστη
Αἶγας ὁμοῦ καὶ ὄϊς, τά οἱ ἄσπετα ποιμαίνοντο [6].

Pecudibus igitur praecipue ἕδνα constabant [7], unde virgines, quae maximis a parentibus ἕδνοις petitae erant, παρθένοι ἀλφεσίβοιαι dicuntur [8]. His proci addebant ἀγλαὰ δῶρα [9], non patri sed sponsae donanda; ut Eurymachus, qui ceteros superabat

Μνηστῆρας δώροισι, καὶ ἐξώφελλεν ἔεδνα [10].

Ejus

1) Il. XVI, 178. Aliter Eustath. ad Od. VIII, 318. et XIII, 378. 2) Il. XXII, 472. Cf. Od. XI, 282. al. et Goguet. Op. I. vol. II. p. 60. cui assentire veremur. 3) Od. XXI, 161. 4) Od. VI, 158 seq. Cf. XV, 17 seq. XVI, 391 seqq. XIX, 528 seqq. 5) Od. XXI, 162. 6) Il. XI, 244 seqq. 7) Vid. Il. l. l. Cf. Od. XVIII, 274. quo loco monemur pecudes istas a procis datas fuisse κούρης δαῖτα φίλοισι. 8) Il. XVIII, 593. ad q. l. vid. Heyn. Nobiscum facit Köpp. ad Il. l. l. qui tamen et alteram explicationem admitti posse opinatur, qua ἀλφεσίβοιαι dicantur παρθένοι, quae magna a patre dote donatae in mariti thalamum veniunt, ἀλφεσίβοιαι ἄνδρι. Cf. Nitzsch. ad Od. I, 277 seqq. 9) Quae tamen vox alio etiam sensu in Homero obvia est, ut hac paragr. extr. explicabimus. 10) Od. XV, 17 seq. Cf. XVIII, 278.

Ejus generis fuit peplum, quod Telemacho, quo futuram conjugem suam donaret, Helena obtulit [1] et splendida illa innumera, quae a procis accepit Penelope [2]. Nonnumquam arduis, a patre, cujus filiam ambibant, ipsis injunctis laboribus proci exoptatam sibi conjugem comparabant. Ita pulcherrimam filiam, Pero, θαῦμα βροτοῖσι, a plurimis quamvis petitam, nulli in matrimonium tradidit Neleus

. . . ὃς μὴ ἕλικας βόας εὐρυμετώπους
Ἐκ Φυλάκης ἐλάσειε βίης Ἰφικληείης
Ἀργαλέας [3].

Gravissima discrimina subiit Bellerophon, cui, mandatis feliciter defuncto, Iobates Philonoen filiam ultro uxorem concessit:

. . . . . . ὅτε δὴ γίγνωσκε θεοῦ γόνον ἠῢν ἐόντα [4].

Quod si fieret, pater, ditior in primis, filiam tradebat ἀνάεδνον, quam itaque gener futurus, a patre, ut videtur, ipso electus nullis sibi ἕδνοις acquirebat. Ea lege filiam Achilli uxorem se daturum promisit Agamemnon, ubi iram ille suam repressisset [5]. Cassandram, Priami filiam, a patre sibi conjugem ἀνάεδνον petebat Othryneus,

. . . . ὑπέσχετο δὲ μέγα ἔργον,
Ἐκ Τροίης ἀέκοντας ἀπωσέμεν υἷας Ἀχαιῶν·
Τῷ δ' ὁ γέρων Πρίαμος ὑπό τ' ἔσχετο, καὶ κατένευσε
Δωσέμεναι· ὁ δὲ μάρναθ', ὑποσχεσίῃσι πιθήσας [6].

Alcinous Ulyssi, quem adamabat et generum sibi exoptabat, filiam ducendam ultro offert, quod ut ei persuadeat,

. . . .

1) Vid. Od. XV, 125 seqq. 2) Vid. Odyss. passim. 3) Od. XI, 289 seqq. 4) Il. VI, 191. 5) Vid. Il. IX, 141 seqq. Ex ἕδνοις pater quanta vellet filiae donabat, unde suspicari possis, inquit Nitzsch. ad Od. I, 277 seq., ut φίλην ἀνάεδνον ἀγέσθω Il. l. l. vertenda sint » die führe er heim als eine liebe (Tochter) mit sämmtlichen zurück gegebenen, ihr zu eigen gegebenen ἕδνοις.” Quod Vir. Doct. venia nobis haud probatur. 6) Il. XIII, 365 seqq.

. . . . . . οἶκον δὲ, inquit, ἐγὼ καὶ κτήματα δοίην [1].
Si quis enim ἀνάεδνον uxorem duceret, a patre ultro oblatam, hic genero pro dote nuptialia munera donabat, quae μείλια dicebantur. Ita Agamemnon ad Achillem:

. . . . ἐγὼ δ' ἐπὶ μείλια δώσω
Πολλὰ μάλ', ὅσσ' οὔπω τις ἑῇ ἐπέδωκε θυγατρί [2].

Quod si vero ἄλοχος μνηστὴ, id est, κατὰ μνηστείαν γαμηθεῖσα [3], ἕδνοις a parentibus esset quaesita, pater tantam, quantam vel voluntas vel amor suadebat, ἕδνων partem filiae dotabat, id est, ut Homerico verbo utar, ἐεδνώσατο [4]. Hinc κακὸς ἐεδνωτής est, qui, cum plurima ἕδνα pro filia acceperit, exiguam tantum ex illis dotem nupturae concedit [5]. Eo sensu ἕδνα dici quoque possunt dona, quae pater ex ἕδνοις ejus, qui ἐμνήσατο filiam, natae dotem dare solebat, ita ut πολύδωρος ἄλοχος dicatur [6], quae ampla a parentibus accepta dote insignis in mariti thalamum venerit, πολύδωρος ἄνδρι. Huc igitur referenda, quae Telemachum hortata est Athene, cum, mater, inquit,

Ἄψ ἴτω ἐς μέγαρον πατρὸς μέγα δυναμένοιο.
Οἱ δὲ [7] . . . . ἀρτυνέουσιν ἔεδνα
Πολλὰ μάλ', ὅσσα ἔοικε φίλης ἐπὶ παιδὸς ἕπεσθαι [8].

Proci enim Penelopen δικαίως μνᾶσθαι [9] nolebant, καὶ πατρὸς ἐς οἶκον ἀπεῤῥίγασι νέεσθαι Ἰκαρίου [10]. Itaque de ἕδνοις non, nisi in domo paterna vel parentum certe ra-

1) Od. VII, 311 seqq. 2) Il. IX, 147 seqq. Cf. Nitzsch. ad Od. I, 277. 3) Vid. Hesych. et Suidas in v. 4) Vid. Od. II, 53. ad q. l. adeas Nitzsch. qui vertit „um Brautgaben verloben und damit ausstatten." 5) Vid. Il. XIII, 382. ibiq. Schol. et Interpr. Cf. Nitzsch. ad Od. L. l. 6) Ut Il. VI, 394. XXII, 51, 88. Od. XXIV, 293. al. ad q. l. vid. Schol. et Interpr. quorum plerique explicant πολύεδνος, ut etiam Schneider in Lex. Cf. Od. XV, 17 seq. 7) Οἱ i. e. ἐν μεγάρῳ πατρὸς, οἱ ἀμφὶ τὸν πατέρα, pater et ceteri ejusdem domus propinqui. Vid. Eustath. ad Od. I, 277. Cf. Schol., Nitzsch. aliique interpr. ad singulos l. l. 8) Od. I, 276 seqq. Cf. II, 52 seqq. 196 seqq. ad eosque l. vid. Schol. et Nitzsch. 9) Vid. Od. XIV, 91 seqq. 10) Ut legimus Od. II, 52 seq.

ratione habita, res sit necesse est [1]. Qua de causa Antinous procos, ut legitime Penelopen ambeant, hortatur:

. . . . ἐκ μεγάροιο ἕκαστος
Μνάσθω, ἐέδνοισι διζήμενος [2].

§. 5. Si quando uxoris adulterio conjugium dissolvendum esset, adulterae pater accepta ἔδνα omnia genero reddere tenebatur. Ita Hephaestus, conjugis suae cum Arete adulterio detecto, vos, inquit, dolus et vincula tenebunt,

Εἰσόκε μοι μάλα πάντα πατὴρ ἀποδώσει ἔεδνα,
Ὅσσα οἱ ἐγγυάλιξα, κυνώπιδος εἵνεκα κούρης·
Οὕνεκα οἱ καλὴ θυγάτηρ, ἀτὰρ οὐκ ἐχέθυμος [3].

Ubi vero nolens volens uxor seu vidua, in paternam domum reverti coacta, δῶμα κουρίδιον [4] reliquisset, mariti propinqui et consanguinei patri mulieris, quacum divortium factum erat, omnia restituere debebant, quae dotis loco a patre filia marito attulisset. Quod Telemachi dicta testantur, qui ceteris, quae a matris ablegatione sibi metuit, incommodis hoc vel maximum annumerat:

. . . . κακὸν δέ με πόλλ' ἀποτίνειν
Ἰκαρίῳ, αἴκ' αὐτὸς ἑκὼν ἀπὸ μητέρα πέμψω [5].

1) Quoties igitur occurrunt ἔδνα διδόντες et similia de ἔδνοις explicanda sunt patri, ut filiam tradat, donandis. vid. Od. XI, 116. XIII, 378. al. 2) Od. XVI, 390 seq. 3) Od. VIII, 318 seqq. 4) Vid. Od. IX, 580. XXI, 78. An beiden Stellen, inquit Buttmann. Lexil. Part. I. p. m. 34., ist offenbar der einst rechtmässig geehlichte und geliebte Gatte, das eheliche Haus mit Gefühl entgegen gesetzt einer zweiten Ehe, die geschlossen wird während der erste Ehegatte vielleicht noch lebt. Cf. Od. XXIII, 150 seq. De v. κουρίδιος consulas Eund. Part. I. p. 32 seqq. 5) Od. II, 132 seq. ad q. l. et vs. 52. cf. Nitzsch.

CAPUT

CAPUT DECIMUM QUARTUM.

DE RITU NUPTIARUM.

§. 1. Sponsam solenni ritu in aedes suas ducebat sponsus. Ejus moris testimonia in utroque carmine nobis tradidit Poëta. Aegisthus enim Clytaemnestram

Ἐθέλων ἐθέλουσαν ἀνήγαγεν ὅνδε δόμονδε [1].

Nausicaam laudibus celebrans, eum omnibus feliciorem praedicat Ulysses, qui eam

. . . . . . ἐέδνοισι βρίσας οἰκόνδ' ἀγάγηται [2].

Quae quidem iis etiam probantur, quae de novae nuptae deductione in Achillis clypeo ab Hephaesto depicta traduntur [3].

§. 2. Domus autem nova plerumque a marito exstruebatur, in quam conjugem deduceret.

Ἐνθάδ' ἔγημε γυναῖκα καὶ ὑψηρεφὲς θέτο δῶμα [4].

Recens a nuptiis ad bellum proficisci cogebatur Protesilaus:

Τοῦ δὲ καὶ ἀμφιδρυφὴς ἄλοχος Φυλάκῃ ἐλέλειπτο
Καὶ δόμος ἡμιτελής [5].

Τὸ ἡμιτελής Scholiastes explicat ἀτελείωτος· ἔθος γὰρ ἦν, inquit, τοῖς γήμασι θάλαμον οἰκοδομεῖσθαι [6]. Trojanis idem mos fuit teste Homero, qui in Priami regia quinquaginta senis filiis suum cuique θάλαμον fuisse tradit [7].

§. 3.

1) Od. III, 272. 2) Od. VI, 159. 3) Vid. Il. XVIII, 490 seqq. 4) Od. XV, 241. 5) Il. II, 701. 6) Ad Il. l. l. ad quem varias Interpretum sententias videas in ann. Heyn. et Köpp. Cf. Schol. 7) Vid. Il. VI, 243 seqq. De Megapenthe adeas Od. IV, 10—12. ibiq. Nitzsch. Cf. dicta de v. θάλαμος h. L. c. 11.

§. 3. Cum vesperi fere per urbem solenni pompa in sponsi domum nova nupta deduceretur, lampades et faces de more praeferebantur:

Νύμφας . . ἐκ θαλάμων, δαΐδων ὕπο λαμπομενάων,
Ἠγίνεον ἀνὰ ἄστυ [1].

Quam solennem deductionem comitabatur cantus nuptialis, a praesentibus in conjugum honorem et Hymenaei laudes excitatus:

. . . . πολὺς δ' ὑμέναιος ὀρώρει [2].

Dum procedebant, aderant qui saltatione ad tibiarum et fidium numeros composita nuptiarum hilaritatem augerent:

Κοῦροι δ' ὀρχηστῆρες ἐδίνεον, ἐν δ' ἄρα τοῖσιν
Αὐλοί, φόρμιγγές τε βοὴν ἔχον [3].

Cujus festi ut testes essent oculatae, omnes, quibus licuit, feminae sua quaeque domo prospiciebant:

. . . . αἱ δὲ γυναῖκες
Ἱστάμεναι θαύμαζον ἐπὶ προθύροισιν ἑκάστη [4].

§. 4. In conjugum honorem epulae nuptiales, quas γάμον [5] Homerus, nuptias Latini dixerunt, magnifice instruebantur, quibus, ut conjectura assequimur, proximos cognatos adhibebant. Post eas et aliae parabantur, non vero conjugum cognatis, sed vel populo, e quo uterque aut alteruter conjugum erant oriundi, universo vel primoribus tantum celebrandae. Briseis enim Patroclum lacrimis prosecuta, mihi, defunctum alloquens, promisisti, inquit, Achillis

Κουριδίην ἄλοχον θήσειν, ἄξειν τ' ἐνὶ νηυσὶν
Ἐς Φθίην, δαίσειν δὲ γάμον μετὰ Μυρμιδόνεσσι [6].

Aliquando praeterea ἔτας, id est, omnes ejusdem stirpis vel domus, in qua nuptiae celebrabantur, fauto-

1) Il. XVIII, 492 seq. 2) Il. L. l. vs. 493. 3) Il. L. l. vs. 494 seq. 4) Il. L. l. 495 seq. 5) Cf. Pollux L. III. c. 3. §. 44. 6) Il. XIX, 299 seq.

tores et familiares [1] epulis nuptialibus excipiebant. Telemachus saltem Menelaum invenit

. . . . . . δαινύντα γάμον πολλοῖσιν ἔτῃσιν,
Υἱέος ἠδὲ θυγατρὸς ἀμύμονος, ᾧ ἐνὶ οἴκῳ [2].

Aderat fere ἀοιδὸς [3], qui, ubi eum ceteris convivis cibi desiderium expleverat, itaque post epulas [4] citharam pulsaret et reliquis cantu praeiret et saltatione. Ita Ulysses, cum in aedibus nuptias simulari vellet, cantorem arcessi jussit, qui

. . . . σφισιν ἵμερον ὦρσεν
Μολπῆς τε γλυκερῆς, καὶ ἀμύμονος ὀρχηθμοῖο [5].
Τοῖσιν δὲ μέγα δῶμα περιστοναχίζετο ποσσὶν
Ἀνδρῶν παιζόντων, καλλιζώνων τε γυναικῶν [6].

§. 5. Nuptias celebraturi lavatione adhibita vestes mutabant. Quod jubet Ulysses:

Πρῶτα μὲν ἂρ λούσασθε, καὶ ἀμφιέσασθε χιτῶνας,
Δμωάς τ' ἐν μεγάροισιν ἀνώγετε εἵμαθ' ἑλέσθαι [7].

Hinc ad Alcinoi filiam Athene:

Ναυσικάα, τί νύ σ' ὧδε μεθήμονα γείνατο μήτηρ;
Εἵματα μέν τοι κεῖται ἀκηδέα, σιγαλόεντα·
Σοὶ δὲ γάμος σχεδόν ἐστιν, ἵνα χρὴ καλὰ μὲν αὐτὴν
Ἕννυσθαι, τὰ δὲ τοῖσι παρασχεῖν, οἵ κέ σ' ἄγωνται [8].

Omnes igitur puris ac nitidis vestibus indutos ad nuptias convenire honestum ducebatur, quae quidem vestes, ut ex loco supra descripto intelligitur, sponsi vel propinquis vel amicis a sponsa donabantur, τοῖσι, ut ait Pallas, οἵ κε σ' ἄγωνται. Ἔθος γὰρ, φασιν, ἦν, τὰς νύμφας τοῖς τοῦ νυμφίου ἐσθῆτας ἐν τῷ τοῦ γάμου καιρῷ χαρίζεσθαι [9]. In quo more observando qui diligenter et li-

1) Vid. de v. ἔται Nitzsch. ad Od. IV, 3, 620—24. et auct. ab eo cit. 2) Od. IV, 3 seq. Cf. Od. XVIII, 278 et dicta supra c. 13. §. 4. not. 2. 3) De quo vid. nos L. IV. c. 4. §. 1 seqq. 4) Non vero inter epulas, ut ex Od. IV, 17 seqq. effici possit; a plurimis enim cum ob hanc tum ob alias causas spurius habetur l. l. de quo vid. Nitzsch. 5) Vid. nos L. IV. c. 5. 6) Od. XXIII, 144 seqq. Cf. IV, 17 seqq. 7) Od. XXIII, 131 seq. 8) Od. VI, 27 seqq. 9) Ut ait Eustathius ad Od. l. l.

liberaliter erant versati, civium sibi laudem et famam conciliabant. Prioribus enim, quae dedimus, Athenes ad Nausicaam verbis subjunguntur:

'Εκ γάρ τοι τούτων φάτις ἀνθρώπους ἀναβαίνει
'Εσθλή· χαίρουσιν δὲ πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ [1].

§. 6. Lecto denique geniali in thalamo parato sponsae zonam solvebat sponsus. Quod Poseidonis exemplo constet, qui cum Tyro rem habiturus

Λῦσε . . . . . παρθενίην ζώνην [2].

et Anchisis, quem Aphrodites zonam solvisse traditum est.

Λῦσε δέ οἱ ζώνην, ἰδὲ εἵματα σιγαλόεντα [3].

CAPUT DECIMUM QUINTUM.

DE SECUNDIS NUPTIIS.

§. 1. Conjugalis thori castitas sancte ita a priscis observabatur, ut mulieres secundo voto alii viro se conjungere religioni haberent. Luculentum in paucis est Penelopes exemplum, quae a pluribus procis ad secundas nuptias sine fine sollicitata strenue et constanter continuos eorum impetus excepit, εὐνήν, ut ipsius verbis dicam,

Εὐνήν τ' αἰδομένη πόσιος, δημοιό τε φῆμιν [4].

Quae priscos verecundia tenuit praesertim, ubi ex priore conjugio liberi aderant, quibus novercas non ut par erat fauturas esse statuebant. Huc referenda Athenes ad Telemachum in Menelai domo commorantem verba, quibus illum, ut rebus suis consuleret, do-

1) Od. VI, 29 seq. 2) Od. XI, 244. 3) Hymn. in Aphrod. vs. 165. 4) Od. XIX, 527 seqq. Cf. XVI, 75 seqq.

domum redire est adhortata. Nosti enim, inquit,

. . . . οἷος θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι γυναικός·
Κείνου βούλεται οἶκον ὀφέλλειν, ὅς κεν ὀπυίοι,
Παίδων δὲ προτέρων καὶ κουριδίοιο φίλοιο
Οὐκέτι μέμνηται τεθνηότος, οὐδὲ μεταλλᾷ [1].

Eadem mente dicta putaverim, quae ad Trojanam expeditionem profecturus Penelopae suae mandavit Ulysses:

. . οὐκ οἶδ', εἴ κεν μ' ἀνέσει θεὸς, ἤ κεν ἁλώω
Αὐτοῦ ἐνὶ Τροίῃ· σοὶ δ' ἐνθάδε πάντα μελόντων.
Μεμνῆσθαι πατρὸς καὶ μητέρος ἐν μεγάροισιν,
Ὡς νῦν, ἢ ἔτι μᾶλλον, ἐμεῦ ἀπονόσφιν ἐόντος.
Αὐτὰρ ἐπὴν δὴ παῖδα γενειήσαντα ἴδηαι,
Γήμασθ', ᾧ ἐθέλησθα, τεὸν κατὰ δῶμα λιποῦσα [2].

§. 2. Prohibitae vero nec interdictae fuerunt secundae nuptiae, quemadmodum Ulyssis, quae modo exhibuimus, ad uxorem mandata probant, ut post filii pubertatem nubat cui velit. Huc faciunt praeterea a pia illa Penelope editae querelae, cum irrita quae ad fidem Ulyssi servandam adhibuerat sibi abiisse omnia dolens exclamet:

Νῦν δ' οὔτ' ἐκφυγέειν δύναμαι γάμον, οὔτε τιν' ἄλλην
Μῆτιν ἐφευρίσκω [3].

Quas conjugis fidelissimae sollicitudines parentum et amicorum monita adaugebant. Hi enim Ulyssem mortuum rati, ut alteri matrimonio se jungeret, Penelopen monendo fatigare pergebant.

. . . . μάλα, inquit, ὀτρύνουσι τοκῆες
Γήμασθαι [4].

§. 3. Iterum nuptura vidua, prioris mariti domo relicta, ad larem paternum redibat, unde ex more consueto a patre eam proci peterent. De quo more quominus fusius hic moneamus, faciunt quae pluribus supra de nuptiis disputavimus [5], qua occasione da-

1) Od. XV, 21 seqq. 2) Od. XVIII, 264 seqq. 3) Od. XIX, 157 seq. 4) Od. L. l. vs. 158 seq. Cf. XV, 16 seqq. 5) Vid. h. L. c. 13. Cf. Od. XV, 15.

data de Penelopes procis diximus, qui eam δικαίως μνᾶσθαι nolebant [1]. In paternam igitur potestatem redibat vidua, quo fiebat, ut ad secundas nuptias parentum et consanguineorum consensus requireretur et auctoritas. Penelopen certe

. . . . . . πατήρ τε κασίγνητοί τε κέλονται
Εὐρυμάχῳ γήμασθαι [2].

CAPUT DECIMUM SEXTUM.

DE ADULTERIO.

§. 1. Grave in primis et animadversione dignum crimen patrasse antiquitus existimabantur, qui alienum torum violassent. Quo crimine se obstrinxit Aegisthus, qui Agamemnonis absentis uxorem Clytaemnestram nefario sibi commercio junxit, et scelere scelus cumulans redeuntem illius maritum crudeliter necavit. Aegisthus tamen una cum conjuge adultera Orestis vindicem manum dein expertus est, quam filii pietatem in Deorum coetu laudibus extulit Athene. Haec enim de Aegistho:

Καὶ λίην κεῖνός γε ἐοικότι κεῖται ὀλέθρῳ [3].

Quod triste fatum indignata Dea minatur omnibus, qui idem essent ausuri.

Ὡς ἀπόλοιτο καὶ ἄλλος, ὅτις τοιαῦτά γε ῥέζοι [4].

§. 2. Phoenix cum matris impulsu patris pellicem stuprasset, Erinnyas, a patre precibus in sceleris poenam invocatas, ultrices sensit gravissimas. Patris enim ἐπαρὰς θεοὶ ἐτέλεον

Ζεύς

1) Vid. h. L. c. 13. inpr. §. 4. 2) Od. XV, 16 seq. Cf. XIX, 158. et dicta h. L. c. 13. §. 5. 3) Od. I, 46. cll. vs. 32. 4) Od. l. l. vs. 47.

Ζεύς τε καταχθόνιος καὶ ἐπαινὴ Περσεφόνεια [1].

et propinquorum monitis, ut maneret, neglectis exsul Phthiam aufugit Phoenix [2]. Omnium vero clarissimum in his est Paridis exemplum, qui cum, hospitii jure violato, Helenam, Menelai uxorem, Sparta abduxisset, universam Graeciam in se et Trojanos concitavit, ita ut ipse cum suis a Graecis ad internecionem deleretur. Tanti tamque immanis sceleris reum lapidibus obruendum ipse adulteri frater fortissimus censuit Hector, qui acriter in fratrem invectus,

Λάϊνον, ait, ἕσσο χιτῶνα, κακῶν ἕνεχ', ὅσσα ἔοργας [3].

§. 3. Pecunia item aliquando redemta traditur adulterii poena, quae apud Homerum μοιχάγριας nomine venit [4]. Μοιχάγρια δὲ, inquit Eustathius, τὰ ὑπὲρ ἀγρεύσεως, ὅ ἐστιν, συλλήψεως μοιχῶν ἐκτινύμενα [5]. Cujus ab adultero petitae mulctae meminit Poëta, ubi de furtivo Martis ac Veneris concubitu suaviter canit [6]. Adulterum nempe Deum, cum uxore in flagranti deprehensum, vinculis detinet Hephaestus, donec sibi χρεῖος persolvat. Sed Martis tandem misertus Poseidon se pro eo fidejussorem offert, his verbis Hephaestum obtestatus:

Λῦσον· ἐγὼ δέ τοι αὐτὸν ὑπίσχομαι (ὡς σὺ κελεύεις)
Τίσειν αἴσιμα πάντα μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσι [7].

Conditionem aspernatur Hephaestus:

Δειλαί τοι δειλῶν γε καὶ ἐγγύαι ἐγγυάασθαι.
Πῶς ἂν ἐγώ σε δέοιμι μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσιν,
Εἴκεν Ἄρης οἴχοιτο, χρέος καὶ δεσμὸν ἀλύξας; [8].

Itaque fidem suam pertinaci interponit Poseidon:

. . . . εἴπερ γάρ κεν Ἄρης χρεῖος ὑπαλύξας
Οἴχηται φεύγων, αὐτός τοι ἐγὼ τάδε τίσω [9].

qui-

1) Il. IX, 456 seq. 2) Vid. Il. L. l. vs. 447—475 seqq. 3) Il. III, 57. 4) Vid Od. VIII, 332. 5) Ad Od. L. l. ad quem cf. caet. Schol. 6) Vid. P. v. L. Brouwer, over het gevoelen van B. Constant aangaande de Il. en Od., te vinden in de Mnem. 3e Verzam. D. II. bl. 291 volg. 7) Od. VIII, 347 seq. 8) Od. VIII, 351 seqq. 9) Od. L. l. vs. 355 seq.

quibus tandem permotus cum uxore Martem vinculis solvit conjux indignabundus [1].

§. 4. Pater autem uxoris in adulterio a marito deprehensae huic ἔεδνα reddere debebat, quibus a socero filiam sibi conjugem quaesiverat. De quo more supra me referre memini; ad eam igitur disputationis partem lectores relegamus [2].

CAPUT DECIMUM SEPTIMUM.

DE CONCUBINIS ET NOTHIS.

§. 1. Praeter legitimam conjugem alias mulieres, quibuscum rem haberent, sibi adjungere consueverant; quod ne principibus quidem heroïbus dedecori ducebatur. Παλλακίδες dicuntur et παλλακαί. Eo nomine Agamemnoni fuit Chryseis, quam patri pretio redemtam reddere recusat

. . . . πρίν μιν καὶ γῆρας ἔπεισιν
Ἡμετέρῳ ἐνὶ οἴκῳ ἐν Ἄργεϊ, τηλόθι πάτρης,
Ἱστὸν ἐποιχομένην, καὶ ἐμὸν λέχος ἀντιόωσαν [3].

De Briseide satis nota sunt omnia, quam cum Achilli eripuisset Agamemnon, ut facti invidiam et atrocitatem augeret, ἄλοχον θυμαρέα dixit Pelides [4]. Re vera enim ipsius παλλακή fuit non κουριδίη ἄλοχος, nisi vocem ἄλοχος, nulla legitimi conjugii ratione habita, interpreteris lecti participem, cui quidem interpretationi repugnat usus communis [5]. Idem ille Pelei fi-

1) Vid. Od. VIII, 359. 2) Vid. h. L. c. 13. §. 5. 3) Il. I, 29 seqq. ad q. l. vid. Interpr. 4) Vid. Il. IX, 336. ad quem l. et Il. XIX, 247. adeas Interpr. 5) Vid. Interpr. ad Il. l. l. Cf. Il. III, 409. Nitzsch. ad Od. IV, 11. et Buttman. Lexil. in v. κουρίδιος.

filius, absente Briseïde, cum Diomeda, Lesbia muliere, rem habuit, ut cum Iphi Patroclus, quam Scyro expugnata captivam secum duxerat Achilles [1]. Nestori, Oileo, Telamoni, Phoenici, aliis suae fuerunt feminae, lecti sociae [2]. Erant autem fere aut bello captae aut pretio comparatae. In his Lesbiae mulieres, quae in Agamemnonis tentorio versatae

. . . . κάλλει ἐνίκων φῦλα γυναικῶν [3].

Megapenthem suscepit Menelaus

Ἐκ δούλης· Ἑλένῃ δὲ θεοὶ γόνον οὐκ ἔτ' ἔφαινον [4].

Cretensem cum simularet Ulysses

. . . . ἐμὲ δ', inquit, ὠνητὴ τέκε μήτηρ
Παλλακίς [5].

§. 2. Ab uxoribus legitimis aegre tamen admittebantur ejusmodi sociae. Phoenicis matrem exempli gratia citasse sufficiat, quae mariti pellicem exosa filium

. . . . αἰὲν . . . λισσέσκετο γούνων,
Παλλακίδι προμιγῆναι, ἵν' ἐχθήρειε γέροντα [6].

Phoenix enim pellicem

. . . . φιλέεσκεν, ἀτιμάζεσκε δ' ἄκοιτιν [7].

Quam uxoris suae justam indignationem ita veritus est Laërtes, ut cum Euryclea, serva ipsi carissima, rem habere non auderet.

Εὐνῇ δ' οὔποτ' ἔμικτο, χόλον δ' ἀλέεινε γυναικός [8].

A Trojanis quoque pellices adscitas esse, vel unius Trojani regis exemplo intelligatur, qui non uni tantum Helenae sed aliis mulieribus quam plurimis amore se junxisse traditur, ex quibus quinquaginta filios cum νόθους tum γνησίους susceperit. Achilli enim haec de se ipse narrat Priamus:

Πεντήκοντά μοι ἦσαν, ὅτ' ἤλυθον υἷες Ἀχαιῶν.

Ἐν-

1) Vid. Il. IX, 660 seqq. 2) Vid. Il. VIII, 283 seqq. XV, 333 seq. al. 3) Il. IX, 130. cll. vs. sup. 4) Od. IV, 11 seqq. ad q. l. adeas Nitzsch. 5) Od. XIV, 202 seq. 6) Il. XX, 452. juvenis scilicet amore capta. 7) Il. L. l. vs. 450. 8) Od. I, 432.

Ἐννέα καὶ δέκα μέν μοι ἰῆς ἐκ νηδύος ἦσαν,
Τοὺς δ' ἄλλους μοι ἔτικτον ἐνὶ μεγάροισι γυναῖκες [1].

Quamquam revera Priamus πολύγαμος fuisse videatur, ut multas habuerit uxores legitimo ipsi matrimonio junctas. Magnorum enim principum filias sibi sociatas habuit, easque, ut suspicari licet, magnis a parentibus muneribus donatas. Qualis Laothoë, Altae, Lelegum regis, filia, ex qua natus est Lycaon:

Τοῦ δ' ἔχε θυγατέρα Πρίαμος, πολλὰς δὲ καὶ ἄλλας [2].

Antenori amore quoque juncta fuit παλλακίς. Ejus enim filium Pedaeum memorat Poëta, de quo haec memoriae tradidit:

Ὅς ῥα νόθος μὲν ἔην, πύκα δ' ἔτρεφε δῖα Θεανώ [3].

§. 3. Quod ad nothorum conditionem pertinet, nec gravis fuit nec inhonesta. Etsi enim non eodem omnino ordine censerentur, quo legitimo conjugio nati, γνήσιοι, diligenter tamen, ut hi, a parentibus educabantur. Ulysses, quem, ut fingebat, ὠνητὴ τέκε μήτηρ παλλακίς, nihilo tamen secius patris Castoris amore gaudebat et honore:

. . . . . ἀλλά με, inquit, ἶσον ἰθαγενέεσσιν ἐτίμα [4].

Theano, Athenes sacerdos et Antenoris uxor legitima, Pedaeum, etsi νόθον, quo marito gratificaretur,

. . . . πύκα . . . ἔτρεφε . .
Ἶσα φίλοισι τέκεσσι, χαριζομένη πόσεϊ ᾧ [5].

Idem de Teucro memoriae proditum est, quem pater Telamon

. . . . ἔτρεφε τυτθὸν ἐόντα
Καί . . . νόθον περ ἐόντα κομίσσατο ᾧ ἐνὶ οἴκῳ [6].

Me-

1) Il. XXIV, 495 seqq. Cf. XI, 102 seqq. » Apud barbaros, inquit Feithius Ed. Stöb. p. 243, facilius ab uxoribus pellices illae tolerabantur, sicuti videre est in Priamo." Quod qui inde pateat non video. Nec alia alibi testimonia attulit Homerus, ex quibus illud jure effeceris. 2) Il. XXI, 88. cll. sup. vs. Τοῦ i. e. Ἄλτεω. 3) Il. V, 70. 4) Od. XIV, 203. 5) Il. V, 70 seq. 6) Il. VIII, 283 seq.

Megapenthes quoque, cujus nuptias Spartae in patris domo celebratas vidimus, Menelai νόθος fuit τηλύγετος ἐκ δούλης [1]. Patris uxor legitima nothorum noverca, μητρυιά, dicebatur [2]. In bona vero paterna non eodem jure succedebant nothi, quo legitimi filii: ex iis enim tanta auferebant, quanta ipsis concedere legitimis visum erat [3]. Iidem in proelio fratribus, justo conjugio susceptis, ἡνιόχων vices aliquando praestabant, quam Hectori operam tulit Cebriones [4] et Antipho Isus [5].

CAPUT DECIMUM OCTAVUM.

DE LIBERORUM EDUCATIONE.

§. 1. In liberis domi educandis singularis fuit heroïcis temporibus parentum cura, ut luculentis testimoniis nobis probavit Homerus. Nepotem, exempli gratia,

. . . . . ὁ γέρων Φύλας εὖ ἔτρεφεν, ἠδ' ἀτίταλλεν,
Ἀμφαγαπαζόμενος, ὡσεί θ' ἑὸν υἱὸν ἐόντα [6].

Eodem faciunt, quae hic illic dispersa inveniuntur, qualia:

Υἱέες ἐν μεγάροις ἡμὲν τράφεν, ἠδ' ἐγένοντο [7].

Ulys-

1) Od. IV, 11. adq. l. vid. Nitzsch. Megapenthes vero, ut et Nicostratus a regno Spartae, quod pater possederat Menelaus, ab Oreste fuerunt exclusi, quia ἐκ δούλης essent suscepti, ut ait Paus. Corinth. L. II. c. 18. At Neoptolemus, quem ex Deïdamia furtim sustulerat Achilles, patrium regnum suscepit. Sed matris conditione hoc forte factum, quae rege Lycomede erat prognata. Vid. Schol. ad Il. XIX, 332. Haec adn. Feithius Ed. Stöb. p. 245. 2) Vid. Il. XV, 333—36. 3) Vid. quae de Hereditatibus diximus h. L. c. 11. 4) Vid. Il. XVI, 737. 5) Vid. Il. XI, 102 seq. Cf. h. L. c. 5. §. 1. 6) Il. XVI, 191 seq. 7) Od. XIV, 201.

Ulyssem obtestatur Elpenor

Πρὸς τ' ἀλόχου καὶ πατρὸς, ὅς ἔτρεφε τυτθὸν ἐόντα [1].

similia. Matris praecipue hic diligentia laudatur, a qua in se profecta beneficia grata memoria recolens Telemachus

. . . . οὔπως, inquit, ἐστὶ δόμων ἀέκουσαν ἀπῶσαι
Ἥ μ' ἔτεχ', ἥ μ' ἔθρεψε [2].

Hinc ad gravidam Tyro Poseidon:

Τέξεις ἀγλαὰ τέκνα . . . .
. . . . . . σὺ δὲ τοὺς κομέειν, ἀτιταλλέμεναί τε [3].

Quo nomine prae caeteris celebratur Theano, quae Pedaeum, etsi ex alia femina a marito susceptum, πύκα tamen, id est, maxima cura, sollicite educavit, et eadem, qua suos ipsa liberos, caritate est amplexa, χαριζομένη πόσεϊ ᾧ [4]. Quanto autem amore liberos universe prosequerentur parentes, vel inde efficere licet, quod paterno amori comparatur Eumaei gaudium, quo Telemacho reduce exsultabat pius subulcus.

Ὡς δὲ πατὴρ ὃν παῖδα φίλα φρονέων ἀγαπάζει,
Ἐλθόντ' ἐξ ἀπίης γαίης δεκάτῳ ἐνιαυτῷ
Μοῦνον, τηλύγετον, τῷ ἔπ' ἄλγεα πολλὰ μογήσῃ·
Ὡς τότε Τηλέμαχον κ. τ. λ. [5].

§. 2. Recens natos infantes qua ratione hoc aevo tractaverint, ex Homero non liquet. Nec enim ejus meminit Poëta, nisi in his, si modo Homericis, quae de Phoebo infante memorantur:

Ἔνθα σε, ἤϊε Φοῖβε, θεαὶ λοῦον ὕδατι καλῷ
Ἁγνῶς καὶ καθαρῶς, σπάρξαν δ' ἐν φάρεϊ λευκῷ
Λεπτῷ, νηγατέῳ· περὶ δὲ χρύσεον στρόφον ἧκαν [6].

Matres autem suo potissimum lacte infantes alebant, cujus pietatis exempla in illustrissimis matronis nobis a Poëta tradita laetamur. In his Hecuba, quae, quo

1) Od. XI, 67. 2) Od. II, 130 seq. 3) Od. XI, 248 seq. 4) Vid. Il. V, 70 seq. 5) Od. XVI, 17 seqq. Cf. XI, 445 seqq. et loci §. seq. l. 6) Hymn. in Apoll. vs. 120 seqq.

quo Hectorem, ut intra moenia se reciperet, moveret, sinu nudato mammam exserit, eamque ipsi ostentans filium obtestatur

. . . . εἴ ποτέ τοι λαθικηδέα μαζὸν ἐπέσχον,
Τῶν μνῆσαι, φίλε τέκνον [1].

Penelopen suam reliquit Ulysses νύμφην νέην,

. . . . πάϊς δέ οἱ ἦν ἐπὶ μαζῷ,
Νήπιος κ. τ. λ. [2].

Nec tamen nutrices aliquando adscitas esse negamus. Vetat enim Homeri auctoritas, qui Ulyssis nutricem, Eurycleam, celebrat, ad quam ipse Laërtiades:

. . . . σὺ δέ μ' ἔτρεφες αὐτὴ
Τῷ σῷ ἐπὶ μαζῷ [3].

Nausicaam lacte suo nutrivit ex Epiro oriunda Eurymedusa:

Τήν ποτ' Ἀπείρηθεν νέες ἤγαγον ἀμφιέλισσαι·
Ἀλκινόῳ δ' αὐτὴν γέρας ἔξελον κ. τ. λ. [4].

Astyanactis denique, Hectoris filii, nutrix memoratur, qui infans, dum manibus illum pater excipere vellet,

Ἂψ . . . . . . πρὸς κόλπον ἐϋζώνοιο τιθήνης
Ἐκλίνθη ἰάχων, πατρὸς φίλου ὄψιν ἀτυχθείς [5].

Cujus rei causa in matris valetudine forte posita erat. Ut ut est, singularem in liberorum educatione curam a parentibus adhibitam esse, satis superque ex Poëtae carminibus constat. Hinc in deliciis parentibus fuit, quod ipsorum genibus insidentes cibum caperent infantes. Hectore occiso Astyanactis fatum deplorans Andromache, in pristinae ipsius felicitatis memoriam redit, cum

. . . . ἑοῦ ἐπὶ γούνασι πατρὸς

Μυε-

1) Il. XXII, 83 seq. 2) Od. XI, 447 seq. 3) Od. XIX, 482 seq. 4) Od. VII, 9 seq. 5) Il. VI, 466 seqq. cll. vs. 399 seq. et XXII, 503. Phoebum non lactavit (θήσατο) Latona, sed nectar atque ambrosiam ei praebuit Themis. Vid. Hymn. in Aphr. vs. 123 seq.

Μυελὸν οἶον ἔδεσκε, καὶ οἰῶν πίονα δημόν [1].

Ulyssem puerum avo Autolyco

. . . . Εὐρύκλεια φίλοις ἐπὶ γούνασι θῆκε
Παυομένῳ δόρποιο [2].

Ita in suorum genibus positi hilares et παππάζοντες [3] ludebant pusiones. Ideo de patre acerba morte suorum amori erepto Homerus:

Οὐδέ τί μιν παῖδες προτὶ γούνασι παππάζουσιν
Ἐλθόντ' ἐκ πολέμοιο καὶ αἰνῆς δηϊοτῆτος [4].

§. 3. In illustrioribus familiis adhibiti praeterea viri, qui filios educarent, bonisque, quae tunc temporis colebantur, artibus imbuerent. Quam operam in Achille educando Peleo praestitit Phoenix, ut hic simpliciter et suaviter in memoriam Achilli revocat, quo ab ira cesset nec proelio abstinere pergat. A quo suavissimo Homeri loco describendo nobis temperare non possumus. Ita ad Achillem Phoenix:

. . . . σε τοσοῦτον ἔθηκα, θεοῖς ἐπιείκελ' Ἀχιλλεῦ,
Ἐκ θυμοῦ φιλέων· ἐπεὶ οὐκ ἐθέλεσκες ἅμ' ἄλλῳ
Οὔτ' ἐς δαῖτ' ἴεναι, οὔτ' ἐν μεγάροισι πάσασθαι,
Πρίν γ' ὅτε δή σ' ἐπ' ἐμοῖσιν ἐγὼ γούνεσσι καθίσσας,
Ὄψου τ' ἄσαιμι προταμὼν, καὶ οἶνον ἐπισχών.
Πολλάκι μοι κατέδευσας ἐπὶ στήθεσσι χιτῶνα,
Οἴνου ἀποβλύζων ἐν νηπιέῃ ἀλεγεινῇ.
Ὣς ἐπί σοι μάλα πολλὰ πάθον, καὶ πολλὰ μόγησα,
Τὰ φρονέων, ὅ μοι οὔτι θεοὶ γόνον ἐξετέλειον
Ἐξ ἐμεῦ· ἀλλὰ σὲ παῖδα, θεοῖς ἐπιείκελ' Ἀχιλλεῦ,
Ποιεύμην, ἵνα μοί ποτ' ἀεικέα λοιγὸν ἀμύνῃς [5].

Aetate deinceps provectum te, inquit, belli et pacis artes docui,

Μύθων τε ῥητῆρ' ἔμεναι, πρηκτῆρά τε ἔργων [6].

1) Il. XXII, 500 seq. 2) Od. XIX, 401 seq. Cf. Il. IX, 455 seq. 3) Τὸ πάππα dictitantes, quo titulo patrem alloquitur Nausicaë Od. VI, 57. 4) Il. V, 408 seq. 5) Il. IX, 481 seqq. Cf. Od. XVI, 440 seqq. 6) Il. l. l. vs. 443. cll. sup. vs.

CAPUT

CAPUT DECIMUM NONUM.

DE LIBERORUM IN PARENTES OFFICIO.

§. 1. Ut majores universe reverentia prosequuntur juniores [1], ita maximo et amore et honore parentes amplectebantur liberi, quorum in illos pietatis exempla multa eaque insignia exstant. Itaque parentes offendere religiose verebantur, cujus quidem impietatis ultrices sibi instare credebant Ἐριννῦς, quae Scholiastae dicuntur καταχθόνιοι δαίμονες, τιμωρητικοὶ τῶν πατρικῶν ἀσεβημάτων [2]. Cujus poenae gravitatem suo damno sensit Phoenix, cui paternam pellicem stupranti dira omnia imprecatus est pater, cujusque preces exaudierunt immortales [3]. Eadem de causa a matre invita ad patrem dimittenda sibi cavet Telemachus.

Ἐκ γὰρ τοῦ πατρὸς, inquit, κακὰ πείσομαι, ἄλλα δὲ δαίμων
Δώσει· ἐπεὶ μήτηρ στυγερὰς ἀρήσετ' Ἐριννῦς [4].

§. 2. Nec pietate vitae auctores prosequi satis habebant nati, sed praemia quaedam seu dona, θρεπτήρια s. θρέπτρα, iis offerebant, quibus illorum curas inque ipsorum educatione adhibitam diligentiam ita rependerent, ut, quae opus parentibus essent, abunde iis per vitam impertirentur, cui pio officio deesse nefas duxerunt [5]. Ita fit, ut immatura morte abrepti illud officium a se parentibus non exhibitum que-

1) Vid. 1. g. Il. XXIII, 586—95. XV, 204. Od. III, 51. Nestoris apud omnes existimationem et auctoritatem, me non monente, cogitatis. Vid. plures l. cit. ad Nitzsch. ad Od. II, 22—24. 2) Ad l. l. Il. IX, 454. De Furiis plura vid. L. 1. c. 2. §. 1. et L. II. c. 8. §. 5. 3) Vid. Il. IX, 454 seqq. 4) Od. II, 134 seq. ad q. l. adeas Nitzsch. *Πατρὸς* i. e. Laërtae, Penelopae patris. 5) Cf. Wachsmuth. Op. l. vol. I. p. 84. et Nitzsch's Beschreibung etc. vol. I. p. 456 seqq.

querantur. De Simoïsio Poëta:

. . . . οὐδὲ τοκεῦσι
Θρέπτρα φίλοις ἀπέδωκε, μινυνθάδιος δέ οἱ αἰὼν
Ἔπλετο [1].

Eadem pietatis religione ducti nutrices ac praeceptores summo cum honore tum observantia per omnem vitam colebant, ut de Euryclea, de Nausicaës nutrice, de Phoenice aliisque memoriae proditum est. Muneribus praeterea aut beneficiis a pupillis honabantur, ut Phoenix, cui Achilles,

Ἶσον, inquit, ἐμοὶ βασίλευε, καὶ ἥμισυ μείρεο τιμῆς [2].

§. 3. Parenti illatas injurias ulcisci, liberorum quoque virtutibus et laudibus annumeratur. De Oreste enim, qui patris caedem Aegisthi adulteri nece ultus erat, cum memoraret Telemachus, in matricidae laudem addidit:

Καὶ λίην κεῖνος μὲν ἐτίσατο, καί οἱ Ἀχαιοὶ
Οἴσουσι κλέος εὐρὺ, καὶ ἐσσομένοισι ἀοιδήν [3].

Cujus in praeclari facinoris memoriam rediens ipse, procorum insolentiam ac temeritatem puniendi cupidine flagrans, haec ex imo pectore vota edidit:

Αἲ γὰρ ἐμοὶ τοσσήνδε θεοὶ δύναμιν παραθεῖεν
Τίσασθαι μνηστῆρας ὑπερβασίης ἀλεγεινῆς,
Οἵτε μοι ὑβρίζοντες ἀτάσθαλα μηχανόωνται [4].

Paternorum contra factorum poenas luebant filii. Ita in Antimachi natos patris λώβην ultus est Agamemnon. Antimachus scilicet

. . . . ποτ' ἐνὶ Τρώων ἀγορῇ Μενέλαον ἄνωγεν,
Ἀγγελίην ἐλθόντα σὺν ἀντιθέῳ Ὀδυσῆϊ,
Αὖθι κατακτεῖναι, μηδ' ἐξέμεν ἂψ ἐς Ἀχαιούς [5].

Hujus igitur filios, qui ne quidquam mortem deprecabantur, interfecit Agamemnon:

Νῦν μὲν δὴ τοῦ πατρὸς ἀεικέα τίσετε λώβην [6].

1) Il. IV, 477. adq. l. vid. Heyn. 2) Il. IX, 612. 3) Od. III, 203. seq. 4) Od. III, 205 seqq. 5) Il. XI, 139 seqq. 6) Il. L. l. vs. 142.

CAPUT

CAPUT VIGESIMUM.

DE SERVITUTE.

§. 1. Qui ut apud Graecos ita apud Trojanos servorum munere fungebantur bello plerumque capti erant, quos victores ab occidione servarant. Hinc δμῶες et δμωαὶ nuncupantur παρὰ τὸ δαμᾶσθαι, quod bello victi et capti in victoris potestate erant, quibuscum pro lubitu ageret. Generatim tamen ab Homero δμῶες omnes omnino servi dicuntur, sive bello capti sint, sive pretio comparati, seu denique in servitute nati [1]. Δμωὰς enim famulas dixit Ulysses, in quibus fuisse constat, quae servae natae essent. Intererat enim

. . . . Μελανθὼ καλλιπάρηος
Τὴν Δολίος μὲν ἔτικτε, κόμισσε δὲ Πηνελόπεια [2].

Bello ab Ulysse capti erant, de quibus Telemachus:

Καὶ δμώων, οὕς μοι ληΐσσατο δῖος Ὀδυσσεύς [3].

Armis item servituti addictae erant Chryseis [4] et Lesbiae mulieres, quas in tentorio secum habuit Agamemnon [5]. Hecameden ceperat Nestor [6], Breseïden aliasque Achilles, quas Lyrnesso diruta captivas abduxerat.

Ληϊάδας, inquit, γυναῖκας, ἐλεύθερον ἦμαρ [7] ἀπούρας,
Ἦγον [8].

Qua

1) Qui factum sit ut δούλους nullibi memoraverit Poëta, vide ap. Nitzsch. ad Od. IV, 10—12. 2) Od. XVIII, 321 seq. cll. vs. 313 seqq. 3) Od. I, 398. ibiq. Nitzsch. 4) Vid. Il. I, . 5) Vid. Il. IX, 128 seqq. 6) Vid. Il. XI, 622 seqq. 7) His verbis servitutem designat Poëta Il. VI, 463. XIV, 340. δουλοσύνης ἀνέχεσθαι inquit Od. XXII, 423 et δούλειον εἶδος Od. XXIV, 252. 8) Il. XX, 193 seq. Cf. II, 689.

Qua calamitate ne, se mortuo, conjux prematur timet Hector, quam animi sollicitudinem ita Andromachae suae significat. Tui me dolor, inquit, omnium maxime tenet et angit

. . . . . . ὅτε κέν τις Ἀχαιῶν χαλκοχιτώνων
Δακρυόεσσαν ἄγηται, ἐλεύθερον ἦμαρ ἀπούρας·
Καί κεν, ἐν Ἄργει ἐοῦσα, πρὸς ἄλλης ἱστὸν ὑφαίνοις,
Καί κεν ὕδωρ φορέοις Μεσσηΐδος ἢ Ὑπερείης,
Πόλλ' ἀεκαζομένη· κρατερὴ δ' ἐπικείσετ' ἀνάγκη [1].

Plures igitur δμῶας principibus viris fuisse per se patet. In Ulyssis v. c. regia quinquaginta adfuerunt δμωαὶ γυναῖκες, in suis singulae negotiis occupatae, νέαι ἠδὲ παλαιαί [2]. Neque tamen non a captivitate redimi poterant, si quidem eas dimittere victori placeret eique solutionis praemia satis ampla et splendida a captivae parentibus aut propinquis solverentur [3].

§. 2. Captos in servitutem saepius divendebant. Quod in multis a se factum jactat Achilles:

. . . . . . πολλοὺς ζωοὺς ἕλον ἠδὲ πέρασσα [4].

In his Priami filium, Lycaonem, quem ἐν πατρὸς ἀλωῇ oppressum

. . . . . . Λῆμνον ἐϋκτιμένην ἐπέρασσε,
Νηυσὶν ἄγων· ἀτὰρ υἱὸς Ἰήσονος ὦνον ἔδωκε.
Κεῖθεν δὲ ξεῖνός μιν ἐλύσατο, πολλὰ δὲ δῶκεν,
Ἴμβριος, Ἠετίων, πέμψεν δ' ἐς δῖαν Ἀρίσβην·
Ἔνθεν ὑπεκπροφυγὼν, πατρώϊον ἵκετο δῶμα [5].

Similem aliorum liberorum fortunam deplorat Hecuba:

Ἄλλους μὲν γὰρ παῖδας ἐμοὺς πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεὺς
Πέρνασχ', ὅντιν' ἕλεσκε [6].

Integrae vero civitates, nisi bello captae, in servitu-

1) Il. VI, 454 seq. Cf. XXII, 482 seqq. 2) Vid. Od. XXII, 412 seqq. et VII, 103 seqq. 3) Vid. plura L. IV. c. 16. §. 3. 4) Il. XXI, 102. 5) Il. L. l. vs. 40 seqq. Pretium pro captivo solvendum ὦνον dicitur L. l. vs. 41. Od. XIV, 297. 6) Il. XXIV, 751 seq.

tutem detrudi, nec a rege aliis donari poterant. Suus enim cuique princeps fuit, qui in privata vel publica civium bona nullo jure gaudebat, nisi in proprias possessiones et in *τεμένη* a populo ipsi donata [1].

§. 3. Non justo tantum bello captos servos vendere moris fuit, verum etiam quos vel latrones, vel praedones vel alii quacunque tandem ratione superiores captos abstulerant aut oppressos rapuerant. Quo jure vendita traditur mulier, qua cum Eumaeo potiti erant latrones Taphii [2], a quibus subulcum

. . . . *Λαέρτης πρίατο κτεάτεσσι ἑοῖσιν* [3].

A praedonibus, ut videtur, viginti bobus Idem sibi comparaverat Euryclеam

Πρωθήβην ἔτ' ἐοῦσαν, ἐεικοσάβοια δ' ἔδωκεν [4].

In Libyam a Phoenice quodam veteratore se delatum fingit Ulysses,

Κεῖθι . . . *μ'*, inquit, *ὡς περάσησι, καὶ ἄσπετον ὦνον ἕλοιτο* [5].

Quae mala idem a Thesprotis quoque sibi parata esse affirmat. Hi enim, ubi in altum devenerant,

Αὐτίκα δούλιον ἦμαρ . . . *περιμηχανόωντο* [6].

Phoebo denique et Poseidoni in terra exsulantibus Laomedon sese eos pedibus manibusque ligatis in longinquas insulas deportaturum ibique in servitutem venditurum minatur [7].

§. 4.

1) His repugnare videntur quae leguntur Il. IX, 149. et Od. IV, 175. Sed vid. Heyn. Var. Lectt. et Observ. ad Il. l. l. et Nitzsch. ad Od. l. l. 2) Od. XV, 427. 3) Od. L. l. vs. 482. cf. XIV, 452. 4) Od. I, 430. Maximo sane pretio: nam Il. XXIII, 705. serva memoratur, quae, etsi *πολλὰ ἐπίστατο ἔργα*, quatuor tantum bobus erat emta. 5) Od. XIV, 297. cll. sup. vs. 6) Od. L. l. vs. 340. 7) Vid. Il. XXI, 453 seqq. Citra bellum aut latrocinium venditis servis antiquitus non usam Graeciam tradit Timaeus Tauromenites apud Athenaeum L. VI. p. 264. C. (qui locus de servitute memorabilis) *οὐκ ἦν φασι πάτριον τοῖς Ἕλλησιν ὑπὸ ἀργυρωνήτων τὸ παλαιὸν διακονεῖσθαι.* Primi e Graecis commemorantur Chii barbaros servos numerata pecunia mercati. Quos ideo Deorum iram contraxisse Idem (p. 205. B.) censet, si quidem oppressi sunt ab iis taedio

§. 4. Magna fuit dominorum in servos potestas, quorum ἄνακτες dicebantur, ut de se ipse Telemachus:

. . . . . . οἴκοιο ἄναξ ἔσομ' ἡμετέροιο
Καὶ δμώων [1].

Filio mala quaecunque metuens Andromache,

. . . . σὺ δ' αὖ, inquit, τέκος, ἢ ἐμοὶ αὐτῇ
Ἕψεαι, ἔνθα κεν ἔργα ἀεικέα ἐργάζοιο,
Ἀθλεύων πρὸ ἄνακτος ἀμειλίχου· ἤ τις Ἀχαιῶν
Ῥίψει, χειρὸς ἑλὼν, ἀπὸ πύργου, λυγρὸν ὄλεθρον,
Χωόμενος κ. τ. λ. [2].

In servorum utique vitam ac necem jus habuisse, inde intelligitur, quod Ulysses mendicus, a Melanthone conviciis petitus, hero Telemacho de injuriis sibi a serva factis renunciaturum minatur, ut improbam

. . . . αὖθι διαμελεϊστὶ τάμησιν [3].

Quod quidem supplicium re ipsa deinceps de Melanthone sumtum narratur:

Τοῦ ἀπὸ μὲν ῥῖνάς τε καὶ οὔατα νηλέϊ χαλκῷ
Τάμνον· μήδεά τ' ἐξέρυσαν, κυσὶν ὠμὰ δάσασθαι·
Χεῖράς τ' ἠδὲ πόδας κόπτον, κεκοτηότι θυμῷ [4].

Servis eam mutilationis poenam ut propriam infligi haud absque veri similitudinis specie contenderis, quod etiam Laomedon Phoebo et Poseidoni servitutem minatus κρατερὸν ἐπὶ μῦθον ἔτελλεν·

. . . . ἀμφοτέρων ἀποκοψέμεν οὔατα χαλκῷ [5].

Eodem praeterea pertinet, quod famulae pervicaces et sceleratae funibus ex trabe suspenduntur, quale fatum οὐ καθαρὸν θάνατον vocat Telemachus [6]. Καθαρὸς au-

dio dominicae potestatis. In iis praecipui fuerunt Cares; unde pro servilibus Graeco proverbio usurpati. Quo referunt interpretes illud Homeri Il. IX, 378: ἐν καρὸς αἴσῃ. Ita Feithius Edit. Stob. p. 262 seq. Ad Il. l. l. vid. Heyn. Var. Lectt. et Observ. et Köppen. Cf. dicta h. c. §. 6. 1) Od. I, 397 seq. cll. vs. 60 seqq. Od. XIV, 60, 63. Il. XXIV, 734. al. 2) Il. XXIV, 732 seqq. 3) Od. XVIII, 338. 4) Od. XXII, 475 seqq. 5) Il. XXI, 455. 6) Vid. Od. XXII, 462.

autem θάνατος, interprete Eustathio, ὁ διὰ ξίφους· μιαρὸς δὲ ὁ ἀγχονιμαῖος [1]. Ita in servos, si quid peccassent, jure suo dominos saevire potuisse, non est quod negem. Sed multa item in Homeri carminibus exempla occurrunt, quae lenem in servos dominorum animum arguant. In his Eurycleam cogitemus, quam Laërtes

Ἶσα . . κεδνῇ ἀλόχῳ τίεν ἐν μεγάροισιν [2].

ipsam Melanthonem, quae improbitatis culpam deinceps sibi contraxit gravissimam, Penelope

Παῖδα . . . ὡς ἀτίταλλε, δίδου δ' ἄρ' ἀθύρματα θυμῷ [3].

et Eumaeum, qui heri benivolentiam tantam in se fuisse praedicat, quantam servo praestare possit ἄναξ εὔθυμος [4]. Hinc mutuus Eurycleae, Eumaei, aliorum in herum ejusque domum amor sincerus et in ipsius bonis tuendis constans diligentia, quibus laudibus servi ab Homero passim celebrantur. Omnia huc spectantia persequi longum est et non necessarium. Illud unum intelligi volumus, in Ulyssem Eumaei amorem sincerrimum fuisse et prorsus eximium, cujus quidem animum graviter perculit domini, quem sibi fato ereptum putabat, mors acerba. Ita enim ille:

Ὡς ὁ μὲν ἔνθ' ἀπόλωλε· φίλοισι δὲ κήδε' ὀπίσσω
Πᾶσιν, ἐμοὶ δὲ μάλιστα, τετεύχαται· οὐ γὰρ ἔτ' ἄλλον
Ἤπιον ὧδε ἄνακτα κιχήσομαι, ὁππόσ' ἐπέλθω·
Οὐδ' εἴ κεν πατρὸς καὶ μητέρος αὖτις ἵκωμαι . . .
Οἶκον, ὅθι πρῶτον γενόμην, καί μ' ἔτρεφον αὐτοί.
Οὐδέ τι τῶν τόσσον ὀδύρομαι, ἀχνύμενός περ,
Ὀφθαλμοῖσιν ἰδέσθαι, ἐὼν ἐν πατρίδι γαίῃ·
Ἀλλά μ' Ὀδυσσῆος πόθος αἴνυται οἰχομένοιο.
Τὸν μὲν ἐγὼν, ὦ ξεῖνε, καὶ οὐ παρεόντ' ὀνομάζειν
Αἰδέομαι· περὶ γάρ μ' ἐφίλει καὶ κήδετο θυμῷ·
Ἀλλά μιν ἠθεῖον καλέω, καὶ νόσφιν ἐόντα [5].

§. 5.

1) Ad Od. XXII, 462. 2) Od. I, 430 seqq. 3) Od. XVIII, 322. 4) Vid. Od. XIV, 65 seqq. 5) Od. XIV, 137 seqq.

§. 5. Ceterum fiebat aliquando, ut servi dominorum potestate liberarentur et multis muneribus, in his domo etiam et uxore, donati abirent. Bubulco et subulco suo, ubi eorum ope procos interfecisset, ea pollicetur Ulysses:

Ἄξομαι ἀμφοτέροις ἀλόχους καὶ κτήματ' ὀπάσσω
Οἰκία τ' ἐγγὺς ἐμεῖο τετυγμένα· καί μοι ἔπειτα
Τηλεμάχου ἑτάρω τε κασιγνήτω τε ἔσεσθον [1].

Absentem herum lugens Eumaeus, si adfuisset, inquit, ea mihi absque dubio tribuisset omnia,

Οἷά τε ᾧ οἰκῆϊ ἄναξ εὔθυμος ἔδωκεν,
Ὅς οἱ πολλὰ κάμησι, Θεὸς δ' ἐπὶ ἔργον ἀέξει [2].

§. 6. Denique praeter servos liberi heroïca aetate viri fuerunt, qui mercede operam suam aliis elocabant, θῆτες ab Homero nominati, id est, interprete Schol., οἱ ἐλεύθεροι μὲν, μισθῷ δὲ δουλεύοντες [3]. Hinc Antinous a procis quaerit, utrum peregre profectum Telemachum secuti sint ἑοὶ αὐτοῦ θῆτές τε δμῶές τε [4], et Ulyssem hospitem, ut ad rustica officia mercede conductus accedat, invitavit Eurymachus:

Ξεῖν', ἦ ἄρ κ' ἐθέλεις θητευέμεν, εἴ σ' ἀνελοίμην,
Ἀγροῦ ἐπ' ἐσχατιῆς, (μισθὸς δέ τοι ἄρκιος ἔσται),
Αἱμασιάς τε λέγων, καὶ δένδρεα μακρὰ φυτεύων;
Ἔνθα δ' ἐγὼ σῖτον μὲν ἐπηετανὸν παρέχοιμι,
Εἵματά τ' ἀμφιέσαιμι, ποσίν θ' ὑποδήματα δοίην [5].

Achilles

Βουλοίμην, inquit, ἐπάρουρος ἐὼν θητευέμεν ἄλλῳ
Ἀνδρὶ παρ' ἀκλήρῳ, ᾧ μὴ βίοτος πολὺς εἴη,
Ἢ πᾶσιν νεκύεσσι καταφθιμένοισιν ἀνάσσειν [6].

Ejusmodi operam Laomedonti praestiterunt Phoebus et Poseidon, unde hic ad Apollinem:

Πὰρ

1) Od. XXI, 214 seqq. Cf. Wachsmuth. Op. l. vol. I. p. 78.
2) Od. XIV, 63, 64. 3) Ad Od. IV, 644. ad q. l. cf. Nitzsch.
4) Od. l. l. 5) Od. XVIII, 356 seqq. Quae duobus posterioribus versibus memorantur, pro mercede, ut videtur, illis fuerunt. 6) Od. XI, 488 seqq.

Πὰρ Διὸς ἐλθόντες θητεύσαμεν εἰς ἐνιαυτὸν,
Μισθῷ ἐπὶ ῥητῷ, ὁ δὲ σημαίνων ἐπέτελλεν; [1].

Ab illis diversi fuerunt ἔριθοι, qui in tempus tantum conducebantur, nec nisi cum plurium auxilio opus erat; ut messis tempore [2], in vestibus lavandis [3] aliisque ejusmodi. Artifices, qui sua quisque arte aliis operam praestabant, ut sunt χαλκῆες [4] et τέκτονες ἄνδρες [5], utrum mercenarii, θῆτες, fuerint nec ne, non satis liquet. Liberi absque dubio erant illi δημιοεργοί; ut omnes, qui, quam artem callebant, in publicam utilitatem adhibebant et exercebant [6].

1) Il. XXI, 444 seqq. 2) Vid. Il. XVIII, 550 seqq. 3) Vid. Od. VI, 32. Cf. Nitzsch. ad Od. IV, 642 seqq. et Heyn. ad Il. XVIII, 550 seqq. 4) Vid. Il. IV, 187. Qualis Τυχίος Il. VII, 220. 5) Plurium artium periti fuerunt. Vid. Il. XVI, 483. Od. XVII, 340. XXI, 43. Plures locos cit. vid. ap. Nitzsch. ad Od. III, 425. cui mecum de mercede, quam dixi not. 3. p. 131., illis solvenda convenit. Laudat in eam rem Il. XVIII, 560. Od. XV, 316. et in primis Od. XVII, 383. 6) Vid. Od. XVII, 383 seqq. et XIX, 135. Voces quaedam Odysseae, inquit R. Payne Knight. Proleg. ad Homerum ed. D. Fr. Ern. Ruhkopf. Lipsiae 1816., e vitae cultioris usu et rerum statu jam maturiore ortae esse videntur; ut — θητεύω, operam mercenariam facio, verbum e nomine θὴς, servus mercenarius, effictum, ac novum hominum ordinem, medium inter servos et ingenuos indicans; qui nusquam in Iliade memoratur, neque civili rerum statui in ea adumbrato satis congruere videtur. Vid. p. m. 38 seq. §. XLIII. Sed vid. omnino quae disputavit Cl. P. v. L. Brouwer, over het gevoelen van B. Constant enz. Mnemos. 3e Verzam. D. II. bl. 238 seqq.



AN-

ANTIQUITATIS HOMERICAE LIBER TERTIUS.

CAPUT PRIMUM.

DE CIBO.

Publicis rebus superiori libro enarratis, privata, eodem Homero duce, nunc persequamur, quorum quae ad victum cultumque pertineant primo videamus.

§. 1. Principem in cibis locum tenet panis, σῖτος, cujus tam frequens usus fuit, ut eo quaevis edulia nonnunquam ab Homero indicentur [1]. Quo tempore panem conficere coeperint Graeci, accurate definiri nequit, nec nostrum est [2]. De heroicis tantum temporibus agimus, quibus eam artem innotuisse satis constat. Eo igitur tempore panem faciebant e tritico, πυρῷ, et hordeo, κριθῇ, quae sunt frumenti, σίτου, species. Adhaec alia noverant frumenti genera, ut ὄλυραν, frumenti speciem inter σῖτον et κριθήν mediam [3], quam alii, ut ait Suidas in

v.

1) Vid. Il. V, 341. VIII, 507. Od. I, 139 etc. 2) Classicus de hac arte locus est in Op. l. Goguet. vol. I. p. m. 112 seqq. art. 2. de l'art de faire le pain. Cf. vol. II. p. 175 seqq. et Heyn. Opusc. Acad. vol. I. Prolusiones III, quibus repetuntur origines panificii frugumque inventarum initia. 3) Vid. Hesych. in v. ὄλυρα. Cf. Nitzsch. ad Od. IV, 39 seqq.

v., speltam, alii hordeum, alii siliginem, alii avenam, alii aliter interpretantur. Adeo incerta sunt plurima et ambigua Prae ceteris tamen hordea laudantur, quae, ut Heynii verbis utar, primum tosta [1], tum fractis pinsendo granis affusa aqua mollita [2], nulla furfuris secretione facta, pultis more apponi solita fuerunt [3]. Molebantur autem grana (quod Homero est ἀλετρεύειν, ἀλέειν [4]) a feminis famulis μύλης ἔπι, quae μύλαι verosimiliter duobus lapidibus constabant, quibus inter se affricandis frumentum frangerent. In Ulyssis regia

Τῇσι (μύλαις) δώδεκα πᾶσαι ἐπεῤῥώοντο γυναῖκες
Ἄλφιτα τεύχουσαι καὶ ἀλείατα, μυελὸν ἀνδρῶν [5].

Quarum suam cuique quotidie admetiebantur partem, quae saepenumero tanta erat, ut imbecillior in multam noctem laborare pergeret [6]. Gravis et morosus sane hic pinsendi labor, nec mirandum, quod ἀλετρὶς γυνή Zeum precetur, ut procos perdat,

Οἳ δή (αὔτη) καμάτῳ θυμαλγέϊ γούνατ' ἔλυσαν,
Ἄλφιτα τευχούσῃ· νῦν ὕστατα δειπνήσειαν [7].

Ubi puls, quam diximus, exsiccata duritiem contraxerat, placentae speciem referebat, quam, quoties prandendi tempus adesset, aqua denuo affusa mollitam aut sorbebant aut manducabant [8]. Farinam ἀπὸ κριθῆς eo modo praeparatam ἄλφιτα, ἀπὸ πυρῶν contra ἀλείατα dixit Homerus [9]. Ex Heynii vero sententia, ἄλφιτα modo sunt hordei grana tosta, modo puls, modo panis siccus [10]. Denique inter frumenta memoratur κρῖ λευκόν, quod, Hesychio interpre-

1) Cf. Goguet. l. s. l. 2) Cf. Plin. L. XVIII. sect. 14. p. 108. et Goguet. Op. l. vol. II. p. m. 176. 3) Var. Lectt. et Observ. ad Il. XI, 630. 4) Od. VII, 104. XX, 109. 5) Od. XX, 107 seq. 6) Vid. Od. L. l. vs. 108 seqq. 7) Od. L. l. vs. 118 seq. 8) Secuti sumus Heyn. ad Il. XI, 630. 9) Vid. Eustath. ad Od. XX, 108. et Lexig. in voc. 10) Ut Il. XI, 630. et passim in Odyssea. Vid. Heyn. ad Il. l. l.

prete, est κριθή εἶδος ὀσπρίου. ἢ ἄλφιτα. ἢ γένος τι [1]. Suidas, κρῖ, inquit, per apocopen ἡ κριθή, hordeum, et κρῖμνον, quod interpretatur, crassa farinae pars [2]. Certi quid nec de his nec de aliis, si quae forte occurrant, frumenti generibus statuere ausim. Dissentiunt inter se Scholiastae et interpretes, nec quid discriminis inter varias generis species intercedat, ex Homericis carminibus intelligere licet. Quae praeter σῖτον edebant generali nomine ὄψι notantur, id est, τοῦ σίτου ἡδύσματα, μὴ κοινὰ ὄντα, οἷα, ut ait Poëta, ἔδουσι διοτρεφέες βασιλῆες [3].

§. 2. Ad σῖτον accedebant carnes, bubulae praesertim, ovillae, caprinae et suillae, quas in heroum conviviis adhibitas quavis fere pagina lectores docebit Homerus. Caro autem, qua vescerentur, ὀπτὴ potissimum fuit, id est, assata, seu malis, fricata; de quo cibi genere quominus hîc pluribus agamus, faciunt quae de conviviis infra nobis dicenda restant [4].

§. 3. Feras interdum quoque comedisse videntur heroes, qui frequenti venatione delectarentur. Quo consilio cum sociis venatus erat Ulysses, cum arcu hastisque armati αἶγας assequerentur

. . . . . ὀρεσκῴους, ἵνα δειπνήσειαν ἑταῖροι [5].

De cervo a se percusso fuse narrat Laërtiades, quem

. . . . . . ἐπεὶ τάρπησαν ὁρώμενοι ὀφθαλμοῖσιν,
Χεῖρας νιψάμενοι τεύχοντ' ἐρικυδέα δαῖτα [6].

Aves etiam, quibus vescerentur, ab heroibus captatas esse, sunt qui ex Iliadis Libr. XXIII. vs. 852 seqq. con-

1) Vid. Hesych. in v. Il. V, 196. equi eo vescuntur. 2) Vid. Suidas in v. κρῖ et κρῖμνον. 3) Od. III, 480. Ὄψον, quamvis in cibis propria vox, de potu etiam adhibetur Il. XI, 629. Peregre abituri cibum secum habebant δέρμασιν ἐν πυκινοῖσι Od. II, 289, vel utribus consutis, δοροῖσιν ἐϋῤῥαφέεσσι Od. L. l. vs. 354, vel denique perae, κωρύκῳ s. ἀσκῷ inclusum Od. V, 267. IX, 213. 4) Hujus Libri c. 4, 5. 5) Od. IX, 155. cll. vs. sup. 6) Od. X, 181 seq. cll. vs. 156 seqq.

contendant. Mihi quidem solo venationis studio capti, vel aliorum ciborum inopia coacti, vel quaecunque tandem necessitate adstricti, feras atque aves petiisse videntur. In conviviis saltem, quae ab Homero descripta nobis supersunt, nullam nec ferarum nec volucrum mentionem factam video, ne in procorum quidem epulis, qui ceteroquin ventri satis superque indulgebant.

§. 4. Pisces, etsi Graeci ad Hellespontum ἰχθυόεντα [1] castra haberent, heroibus nusquam appositos legimus. Quod nec Platonem fugit, qui, ἐπὶ στρατείας, inquit, ἐν ταῖς τῶν Ἡρώων ἑστιάσεσιν, οὔτε ἰχθύσιν αὐτοὺς ἑστιᾷ, καὶ ταῦτα ἐπὶ θαλάττῃ ἐν Ἑλλησπόντῳ ὄντας, οὔτε ἑφθοῖς κρέασιν, ἀλλὰ μόνον ὀπτοῖς [2]. Quo quidem argumento intelligamus, piscibus usos esse τοὺς ἐκ δήμου [3] eosque qui victus penuria eo erant adducti, ut Ulyssis socii:

. . . . . ὅτε δὴ νηὸς ἐξέφθιτο ἤϊα πάντα,
Καὶ δὴ ἄγρην ἐφέπεσκον ἀλητεύοντες ἀνάγκῃ,
Ἰχθῦς, ὄρνιθάς τε, φίλας ὅ, τι χεῖρας ἵκοιτο,
Γναμπτοῖς ἀγκίστροισιν [4].

et Menelai, quibus

. . . . ἤϊα πάντα κατέφθιτο, καὶ μένε' ἀνδρῶν·

qua calamitate afflicti, cum ventrem urgebat fames,

. . . . . . περὶ νῆσον ἀλώμενοι ἰχθυάασκον
Γναμπτοῖς ἀγκίστροισιν· ἔτειρε δὲ γαστέρα λιμός [5].

§. 5. Lactis usum Hippomolgis [6] proprium et pecu-

1) Vid. Il. IX, 360. 2) De Republ. L. III. c. 13. Cf. Plut. Symp. tom. II. opp. pag. 730. C. 3) Quos memorandi rarior vel nulla fere Homero occasio fuit et ratio; in Ejus enim carminibus nisi unice, praecipue saltem, cum heroibus versamur. 4) Od. XII, 329 seqq. 5) Od. IV, 368 seq. Cf. vs. praec. et Nitzsch. ad Od. l. l. De piscatu plura vid. L. IV. c. 2. §. 4. 6) Declarantur barbari, inquit Heyn. ad Il. XIII, 126., nominibus a vitae usu petitis. Ἱππομολγοί, quod lacte equino aut etiam pulte vel farina equino lacte admixto (ut Plin. XVIII, 11. s. 24. Cf. Strabo VII. p. 478. C.) vescebantur noto more: quem antiquissimum fuisse ex h. l. constat. Cf. Köpp. ad Il. L. l.

culiarem tribuit Homerus, quos ita γαλακτοφάγους nuncupavit [1]. Oves et capras suas mulsisse traditur Polyphemus, qui, lactis ejus parte seposita, reliquam sibi sumsit, ὄφρα οἱ ποτιδόρπιον εἴη [2], cujusque in antro maxima fuit caseorum copia [3]. Ulyssi ejusque sociis caseum cum farina et melle exhibuit Circe, vino admixto.

Ἐν δέ σφιν τυρόν τε καὶ ἄλφιτα καὶ μέλι χλωρὸν
Οἴνῳ Πραμνείῳ ἐκύκα [4].

Eadem ratione mixtam potionem, qua vires reficerent, Nestori et Machaoni apposuit Hecamede, quam mixturam, κυκεῖω dictam, ita describit Poëta. In poculo, inquit,

. . . . σφι κύκησε γυνὴ, εἰκυῖα θεῇσιν,
Οἴνῳ Πραμνείῳ, ἐπὶ δ' αἴγειον κνῆ τυρὸν
Κνήστι χαλκείῃ, ἐπὶ δ' ἄλφιτα λευκὰ πάλυνε [5].

§. 6. Olera, quantum ex Homero constat, in conviviis non adhibuerunt, quorum mentionem non nisi uno loco carminibus injunxit, eoque non generatim olera sed nominatim cepas meminit, et ita quidem, ut eas non in ciborum numero ponat, at de potu dicat, cui ad majorem ipsi suavitatem conciliandam admisceantur. In Nestoris scilicet tentorio Machaoni, quibus vires reficiat, cum alia in mensa apposuit Hecamede, tum

. . . . κρόμυον ποτῷ ὄψον [6].

§. 7. Nec magis in heroum conviviis fructus ab Homero recensentur, quos tamen non ignorabat aetas heroica. Ulysses enim plures ὄγχνας, μηλέας et συκέας a patre se accepisse refert [7]. In Alcinoi horto ad-

L. l. De his et aliis ejus generis verbis eorumque origine et significatione sua cuique et a ceteris fere diversa est sententia. 1) Il. L. l. 2) Vid. Od. IX, 249 seqq. 3) Vid. Od. L. l. vs. 219, 232. 4) Od. X, 234 seq. 5) Il. XI, 637 seqq. cll. vs. 617 seqq. 6) Il. L. l. vs. 629. De quo ceparum usu plura adferre consulto supersedemus: incerta enim illa et minora. Qui velit adeat Schol. et Interpr. ad l. l. 7) Vid. Od. XXIV, 339 seqq.

adfuisse dicuntur

Ὄγχναι, καὶ ῥοαὶ, καὶ μηλέαι ἀγλαόκαρποι
Συκαί τε γλυκεραὶ καὶ ἐλαῖαι τελεθόωσαι [1],

et in inferis Tantalo

Δένδρεα . . . ὑψιπέτηλα κατακρῆθεν χέε καρπὸν,
Ὄγχναι, καὶ ῥοιαὶ, καὶ μηλέαι ἀγλαόκαρποι,
Συκαῖ τε γλυκεραὶ, καὶ ἐλαῖαι τηλεθόωσαι
Τῶν ὁπότ' ἰθύσει ὁ γέρων ἐπὶ χερσὶ μάσασθαι,
Τάσδ' ἄνεμος ῥίπτασκε ποτὶ νέφεα σκιόεντα [2].

§. 8. Salis denique usus in omni ciborum genere frequens fuit, quem egregium et divino munere dignum θεῖον laudavit Poëta [3]. Cujus quidem usus adeo omnibus communis fuit, ut in proverbium abiret, quo Antinoi animum punxit Ulysses:

Οὐ σύ γ' ἂν ἐξ οἴκου σῷ ἐπιστάτῃ οὐδ' ἅλα δοίης [4].

quo magis mirandum, quod Tiresiae vatis umbra Ulyssi praedixisse feratur, ad viros ipsum venturum esse, qui

. . . . . . οὐδέ θ' ἅλεσσι μεμιγμένον εἶδαρ ἔδουσιν [5].

CAPUT SECUNDUM.

DE POTU.

§. 1. Qua sitim explerent, aquam omnibus animantibus communem fecit natura. Mox autem hominum industria accessit, quae uvas, quas terra pro-

1) Od. VII, 115 seqq. 2) Od. XI, 587 seqq. 3) De sale in sacrificiis adhibito vidimus L. 1. c. 8. §. 6 et 7. not. 6. 4) Od. XVII, 455. ad q. l. Eustath. οὐδὲ τὸ εὐτελέστατον ἂν δοίης. De proverbio vid. Erasm. adag. Ne salem quidem dederit. 5) Od. XI, 122. quos Pausanias Epirotas fuisse ait, qui rudiores ea aetate mare perinde ac sal ignorabant. Attic. Libr. I. c. 12.

proferebat (ut natura ad fortiorem potum homines proni sunt) expressas in communem usum paravit. Heroes certe vino frequentissime utebantur, adeo ut passim ab Homero conjungantur σῖτος καὶ οἶνος.

. . . . Τὸ γὰρ μένος ἐστὶ καὶ ἀλκή [1],

inquit Ulysses, qui utriusque necessitatem et in heroum animos efficacitatem ita collaudat:

Ὃς . . κ' ἀνὴρ οἴνοιο κορεσσάμενος καὶ ἐδωδῆς
Ἀνδράσι δυσμενέεσσι πανημέριος πολεμίζῃ,
Θαρσαλέον νύ οἱ ἦτορ ἐνὶ φρεσὶν, οὐδέ τι γυῖα
Πρὶν κάμνει, πρὶν πάντας ἐρωῆσαι πολέμοιο [2].

Nec tantum viri, sed et feminae, juniores etiam, vinum hauriebant, ut Nausicae et quae illam comitabantur puellae, quibus, ut vestes lavent, profecturis Alcinoi conjux

. . . . ἐν δ' οἶνον ἔχευεν
Ἀσκῷ ἐν αἰγείῳ [3].

Quin infantibus etiam vinum praebebant, ut Achilli Phoenix [4]. Vini igitur suavitate captos nec vis latuit, quam in eos, qui largius eo utantur, exercere soleat οἶνος μελιηδής,

. . . . ὅςτε καὶ ἄλλους
Βλάπτει, ὅς ἄν μιν χανδὸν ἕλῃ, μηδ' αἴσιμα πίνῃ [5].

Qua de causa immodicus ejus usus heroibus dedecori ducebatur. Agamemnonem enim opprobriis petens Pelides ebrietatis eum incusat et οἰνοβαρὲς, inquit, κυνὸς ὄμματ' ἔχων κ. τ. λ. [6]. Idem Achivis vitio vertit Nestor, cum sub solis occasum in concionem convenissent οἴνῳ βεβαρηότες [7]. Οἴνῳ βεβαρηὼς autem dicitur, quem in vinum proniorem nimio haustu animi constantia deseruit. Hinc mendici personam indutus et sortem suam lugens Ulysses in Penelopes domo desidens timet

Μή

1) Il. XIX, 161. 2) Il. L. l. vs. 167 seqq. 3) Od. VI, 77 seqq. 4) Vid. Il. IX, 487 seq. 5) Od. XXI, 293 seqq. 6) Il. I, 225 seqq. 7) Vid. Od. III, 139.

Μή τις . . . δμωῶν νεμεσήσεται, ἠὲ σύ γ' αὐτή [1]
Φῆ δὲ δακρυπλώειν βεβαρηότα με φρένας οἴνῳ [2].

Ita sapienti etiam viro aliquando accidit, ut nimio vino sumto quaedam faciat praeter morem. Apud Eumaeum adeo Ulysses, audite me, inquit,

. . . . Εὔμαιε, καὶ ἄλλοι πάντες ἑταῖροι,
Εὐξάμενός τι ἔπος ἐρέω· οἶνος γὰρ ἀνώγει
Ἠλεὸς, ὅς τ' ἐφέηκε πολύφρονά περ μάλ' ἀεῖσαι,
Καὶ θ' ἁπαλὸν γελάσαι, καί τ' ὀρχήσασθαι ἀνῆκεν,
Καί τι ἔπος προέηκεν, ὅπερ τ' ἄῤῥητον ἄμεινον [3].

Foedae contra ebrietatis sunt, quae de centauro Eurytione a Poëta memoriae prodita exstant [4].

§. 2. Uvas, unde vinum conficerent, in aprico satis amplo collocabant, ut solis ardori noctisque frigori essent expositae: ἡλιοῦνται, inquit Scholiastes, καὶ ψύχονται [5]. De vinea in Alcinoi horto Homerus:

Τῆς ἕτερον μὲν θειλόπεδον [6] λευρῷ ἐνὶ χώρῳ
Τέρσεται ἠελίῳ [7].

Sole satis coctas uvas calcabant, τραπέουσι, ut ait Poëta, quod Eustathio est ἀντὶ τοῦ πατοῦσιν [8]. De qua vini conficiendi ratione quominus pluribus agamus, altum prohibet Homeri de ea re silentium [9].

§ 3. Fictilibus vasis vinum condere moris fuit, quae vasa πίθοι vel κεράμοι dicuntur [10]. Vetus in primis

1) Penelopen dicit. 2) Od. XIX, 121 seq. 3) Od. XIV, 463 seqq. 4) Vid. Od. XXI, 295 seqq. 5) Quem vide ad Od. VII, 123 seqq. 6) Θειλόπεδον, inquit Schol. ad Od. l. l., ἔνθα θεῖλος γίνεται βοτρύων, καὶ ἡλιοῦνται, καὶ ψύχονται· ἢ ὁ ψυκτήρ. Passov. et Schneider. in Lex. v. θειλ. vertunt „eine geebnete, sonnige Fläche im Weingarten, auf der man die Weintrauben am stocke eintrocknen liess: aus diesen machte man das vinum passum." De vino passo vid. Columella XII, 39. Homeri verba Od. l. l. ita vertit I. H. Voss. „Einige trauben umher auf ebenem raume gebreitet dorren am sonnenstral." 7) Od. VII, 123 seq. 8) Ad Od. l. l. 9) Cf. dicta infra L. IV. c. 1. §. 6. et Goguet. Op. l. vol. II. p. m. 178. 10) Πίθου operculum nominatur πῶμα, quod continetur κρήδεμνῳ: unde qui vasa aperit ἀπὸ κρήδεμνον ἔλυσε. Od. III, 392. ad q. l. vid. Schol. et Nitzsch.

mis vinum magno in pretio fuit, quod vetustate suavitatem contrahere videbatur. Qua de causa in Ulyssis thalamo celebrantur πίθοι οἴνοιο παλαιοῦ ἡδυπότοιο [1], quales Nestori fuerunt, quos

. . . . ἐνδεκάτῳ ἐνιαυτῷ
Ὤϊξε ταμίη [2].

Nigri coloris vinum maxime probasse videntur, cum passim αἴθοπα [3] οἶνον, ἐρυθρὸν [4] et μέλανα [5] laudet Homerus: δυναμικώτατος γάρ ἐστι, inquit Athenaeus [6], καὶ μένων ἐν ταῖς ἕξεσι τῶν πινόντων πλεῖστον χρόνον. Ejus generis est vinum Maroneum, quod prae ceteris laudibus effert Poëta, ut ἡδὺν, θεῖον ποτόν [7], cujus tam eximia vis erat, ut

Ἓν δέπας ἐμπλήσας, ὕδατος ἀνὰ εἴκοσι μέτρα
Χεῦοι [8].

§. 4. Meracius vinum raro bibebant, nisi ut vires reficerent, qua mente exempli gratia amicis, noctu ad se profectis, ζωρότερον praebuit Ulysses [9]. Plerumque vero in cratere aqua vinum temperabant, quod et sexcenties alibi et Odysseae libro primo traditur:

Οἱ μὲν ἄρ' οἶνον ἔμισγον ἐνὶ κρητῆρσι καὶ ὕδωρ [10].

Quae quidem vasa κρητῆρες nuncupabantur παρὰ τὸ κεραννῦσθαι, a miscendo [11], ut ab ipso Homero hic illic indicatur [12]. Ad summam usque oram eos crateres vino replebant, ita ut corona cincti viderentur, quos Poë-

1) Vid. Od. II, 340. 2) Od. III, 391. *Ταμίη* vini fere curam habet. Peregre abituri vinum in utre caprino, ἀσκῷ ἐν αἰγείῳ, conditum secum habebant. Vid. Il. III, 247. Od. V, 265. VI, 78. IX, 196, 212. 3) Vid. e. g. Il. I, 462. IV, 259. Od. II, 57. III, 459. 4) Vid. Od. IX, 208. al. 5) Vid. Od. IX, 346. al. 6) L. 1, c. 20. 7) Od. IX, 205 seqq. 8) Od. L. l. vs. 209 seq. Pramneum collaudat Idem Il. XI, 638. ad q. l. vid. Heyn. Var. Lectt. et Observ. et Od. X, 235. 9) Vid. Il. IX, 202 seq. Cf. Athenaeus L. X. p. 431. A. et Hesych. in v. ζωρότερον. 10) Vs. 110. 11) Alii vocem ἀπὸ τοῦ κέρας derivant quod primi mortales cornibus biberint. In his Athenaeus L. XI, 476. A. 12) Vid. Od. III, 393. VIII, 197. etc. Cf. Athen. L. V. p. 192. F.

Poëta dixit οἴνοιο ἐπιστεφέας [1]. De quo more ita saepius Idem:

Κοῦροι μὲν κρητῆρας ἐπεστέψαντο ποτοῖο [2].

Ἐπιστέφονται δὲ ποτοῖο, inquit Athenaeus, οἱ κρατῆρες ἤτοι ὑπερχειλεῖς ποιοῦνται, ὥστε διὰ τοῦ ποθοῦ ἐπιστεφανοῦσθαι [3]. Aurei erant crateres vel argentei, varia arte insignes [4], alii minores, majores alii [5]. Splendidissimus fuit crater argenteus, quem in certaminibus funebribus praemium victori posuit Achilles. Hic enim

. . . . ἕξ . . . . μέτρα
Χάνδανεν, αὐτὰρ κάλλει ἐνίκα πᾶσαν ἐπ' αἶαν [6].

§. 5. E crateribus in pocula minora, δέπαδας, vinum singulis ebibendum effundebatur.

. . . . . . μέθυ δ' ἐκ κρητῆρος ἀφύσσων
Οἰνοχόος φορέῃσι καὶ ἐγχείῃ δεπάεσσιν [7].

Varia autem fuerunt, seu materiem cogites, seu formam spectes. Memorantur enim passim δέπαδες χρύσεοι [8], cum argenteos etiam adfuisse haud immerito ex eo conjeceris, quod de argenteis vasis εὖ τετυγμένοις frequens mentio fiat. In his conspicuum prae ceteris Nestoris poculum περικαλλές, ὃ οἴκοθεν ἦγ' ὁ γεραιός [9]. Erat illud ἥλοισι χρυσείοις [10], aureis clavis, πεπαρμένον, hic illic distinctum, et duplex, δύω δ' ὑπὸ πυθμένες ἦσαν, quo utroque vinum caperet, ita ut alterum alterius ba-

1) Vid. Il. VII, 232. Od. II, 431. 2) Il. I, 470. Od. I, 149. al. 3) L. I. c. 11. p. 13. D. Ὑπὲρ τὸ χεῖλος ἐπλήρωσαν, ὥστε δοκεῖν ἐστέφθαι τῷ ὑγρῷ, ut ait Schol. ad locos laudatos. Cf. Heyn. Var. Lectt. et Observ. ad Il. l. l. et Nitzsch. ad Od. I, 149 ibiq. ab eo l. auct. et Köpp. ad Il. l. l., qui minus recte de corollis verbum explicat: Vid. Buttmann. Lexil. in v. ἐπιστέφω vol. I. pag. m. 97. 4) De aureis vid. Il. XXIII, 19. Od. X, 356 seq. de argenteis passim. 5) Vid. Il. IX, 202. 6) Il. XXIII, 741 seqq. 7) Od. IX, 9 seq. 8) Ut Od. III, 473. Il. XXIV, 101. al. Cf. Heyn. ad Il. XI, 630. 9) Vid. Il. XI, 631. 10) Quo ornamentorum genere plurimum delectabantur heroes, ut alicubi me monere memini.

basis esset, cui insisteret [1]. Ejusmodi poculum alio nomine a Poëta ἀμφικύπελλον vocatur [2], unde pateat illud a ceteris, quod ad usum, non fuisse diversum. Aristoteles de apium cellis agens, eas ἀμφιστόμους dicit, communem fundum habentes, et recte addit: περὶ μίαν γὰρ βάσιν δύο θυρίδες εἰσὶν, ὥσπερ τῶν ἀμφικυπέλλων, ἡ μὲν ἐντὸς, ἡ δ' ἐκτός [3]. Praeterea Nestoris poculo quatuor aures, οὔατα [4], seu ansae inerant ita ei appositae, ut utrique poculo duae essent adjunctae, quibus tollerent et tenerent. Unaquaeque tandem auris s. ansa exsculptis binis columbis pascentibus fuit ornata:

. . . . δοιαὶ δὲ πελειάδες ἀμφὶς ἕκαστον
Χρύσειαι νεμέθοντο [5].

Maximum profecto fuit, de quo dicimus, poculum Nestoreum, quod vino repletum vix et ne vix quidem praeter Nestorem alius a mensa sustulisset [6]. Cetera minora, et alia aliis capaciora. Ampliora, ut videtur, principibus fuerunt, quos in epulis vino largiore, οἴνῳ γερουσίῳ, honorare solebant. Peleus χρύσεον ἄλεισον habuisse traditur [7], quod poculi genus quale fuerit nos quidem latet. De voce ipsa Scholiastae et grammatici plurima notarunt, unde certi nihil efficias. Hesychius interpretatur ποτήριον τετορνευμένον, tornati poculi genus [8], ut sit α, λεῖον [9]. Odysseae autem libro tertio idem poculum modo δέπας dicitur, modo ἄλεισον: quo fit ut universe idem fere quod δέπας notare videatur [10]. Praeter haec alia etiam pocula

1) Cf. Schol. A. ad Il. l. l. 2) Vid. Il. I, 584. Od. XX, 153. 3) L. IX. c. 40. cit. a Buttmann. Lexil. in v. ἀμφικ. p. m. 160. Κύπελλα χρύσεα laudantur Od. I, 142. X, 357. al. 4) Il. XI, 632 seq. 5) Il. XI, 633 seq. Secuti sumus Heyn. ad l. l. adq. Cf. etiam Schol. et Interpr. 6) Vid. Il. L. l. vs. 635 seq. 7) Vid. Il. L. l. vs. 773. 8) Vid. in v. Cf. Apollonius et Heyn. Var. Lectt. et Observ. ad Il. L. l. 9) Vid. Schneider et Passov. Lex. in v. 10) Vid. Od. L. l. vs. 50, 51.

la memoravit Homerus, κισσύβιον inquam et σκύφος [1], quibus agrestes, subulci aliique inferioris conditionis homines utebantur, ut Eumaeus et apud Polyphemum Ulysses, cui, in Cyclopis scilicet antro, aliud poculum deerat. Κισσύβιον, inquit Hesychius, τὸ ἐκ κισσίνου ξύλου ποτήριον· καὶ ὁ σκύφος [2]. Τῷ σκύφει, ut est apud Athenaeum [3], καὶ τῷ κισσυβίῳ τῶν μὲν ἐν ἄστει καὶ μετρίων οὐδεὶς ἐχρῆτο, συβῶται δὲ καὶ νομεῖς καὶ οἱ ἐν ἀγρῷ.

CAPUT TERTIUM.

DE TEMPORE, QUO CIBUM CEPERINT.

Qua diei hora epulati sint heroes, accurate definire multi frustra conati sunt. Nae illi heroica tempora ex iis, quae vivebant, dijudicarunt, et quantum sua vitae ratio ab istorum hominum vita differret, cogitare omnino neglexerunt. Tria fuerunt δαιτός genera, quod ex Homero omni dubio certius constat: sed nec ubique illa a se invicem distinguuntur, nec definitum et idem semper tempus fuit, quo singula sumerent, nec denique ullius herois mentionem fieri memini, qui eodem die ter cibo uteretur. Modo enim per totum diem epulantur heroes, modo cibum capiunt, ubi vel res ita ferunt, vel fames postulat [4]. De certa norma ne cogitarunt quidem, quae, si adfuerit, in Ulyssis unius regia adesse potuit, ubi ordine plura procedunt. Ut universe dicamus: ἄριστον matutino tempore cepisse videntur, quem-

1) Vid. Od. IX, 346. XIV, 78, 112. XVI, 52. 2) Vid. in v. κισσ. 3) L. XI. c. 14. 4) Vid. e. g. Il. XI, 86 seqq.

quemadmodum cum Eumaeo Ulysses ἅμ' ἠοῖ [1] et cum sociis Achilles, qui

Ἐσσυμένως ἐπένοντο, καὶ ἐντύνοντο ἄριστον [2].

Idem Laërtiadae subulcus vesperi ejusdem diei ex urbe domum redux cum Ulysse et Telemacho δόρπον sumit, nulla inter hunc et ἄριστον ullius cibatus mentione facta [3]: unde otiosos etiam non ter sed bis de die epulatos fuisse non absque omni veri specie effeceris. Aliquando tamen Homerus δεῖπνον dixit, quod a recentioribus ἄριστον vocatur. Ad famulas quippe Penelope, Ulyssem, inquit,

Ἠῶθεν . . μάλ' ἦρι λοέσσαι τε χρῖσαί τε,
Ὥς κ' ἔνδον παρὰ Τηλεμάχῳ δείπνοιο μέδηται
Ἥμενος ἐν μεγάρῳ [4].

Δεῖπνον enim primaria coena fuit [5], quae ab otiosis quidem circa meridiem parabatur [6], sed prima luce a ceteris, ut ab exercitu in pugnam abeunte [7], a subulco sues pastum acturo [8], a Telemacho et Pisistrato mane a Menelao domum profecturis [9] et a Telemachi sociis post labores nocturnos [10]. Cibus tandem, quem vespertino fere tempore capiebant dicebatur δόρπος [11]. Ita Hector vesperi ad suos,

. . . . νῦν μὲν, inquit, πειθώμεθα νυκτὶ μελαίνῃ
Δόρπα τ' ἐφοπλισσόμεσθα [12].

et Achilles:

. . . . ἦτ' ἂν ἔγωγε
Νῦν μὲν ἀνώγοιμι πτολεμίζειν υἷας Ἀχαιῶν
Νήστιας, ἀκμήνους, ἅμα δ' ἠελίῳ καταδῦντι
Τεύξεσθαι μέγα δόρπον, ἐπὴν τισαίμεθα λώβην [13].

Om-

1) Vid. Od. XVI, 2. 2) Il. XXIV, 124. cll. vs. 12. 3) Vid. Od. I, 452. 4) Od. XIX, 320 seqq. 5) Vid. Od. IV, 60 seqq. ibiq. Nitzsch. 6) Vid. Od. XVII, 170. 7) Vid. Il. II, 381. ὥς κε πανημέριοι στυγερῷ κρινώμεθ' Ἄρηϊ, inquit Agamemnon. Cf. Il. VIII, 53. cll. vs. 1 seqq. 8) Vid. Od. XV, 396. 9) Vid. Od. L. l. vs. 76 seqq. 10) Vid. Od. L. l. vs. 500 seqq. 11) Vid. Od. IV, 213. XIII, 31. XVI, 452. al. δόρπος universe coena est Od. XII, 439. 12) Il. VIII, 502 seq. Eadem leguntur Il. IX, 65 seq. Cf. Il. VII, 466. XI, 729. XXIV, 444. cll. vs. 475. 13) Il. XIX, 208 seqq.

Omnino et ante negotia suscipienda et post peracta cibo vires vel augebant vel reficiebant [1]. Hinc de lignatore cecinit Homerus:

Ὄφρα μὲν ἠὼς ἦν καὶ ἀέξετο ἱερὸν ἦμαρ,
Τόφρα μάλ' ἀμφοτέρων βέλε' ἥπτετο, πίπτε δὲ λαός.
Ἦμος δὲ δρυτόμος περ ἀνὴρ ὡπλίσσατο δεῖπνον
Οὔρεος ἐν βήσσῃσιν, ἐπεί τ' ἐκορέσσατο χεῖρας
Τάμνων δένδρεα μακρά, ἄδος τέ μιν ἵκετο θυμόν,
Σίτου τε γλυκεροῖο περὶ φρένας ἵμερος αἱρεῖ·
Τῆμος κ. τ. λ. [2].

CAPUT QUARTUM.

DE CONVIVIIS.

§. 1. In conviviis heroes non minimam felicitatis partem posuerunt, ut infinitis locis notavit Homerus, ex quibus Odysseae librum nonum citasse sufficiat, cujus initio apud Phaeaces epulatus Ulysses nil sibi pulchrius videri affirmat aut gratius, quam ad mensam vino dapibusque onustam convivari.

Τοῦτό τί κάλλιστον ἐνὶ φρεσὶν εἴδεται εἶναι [3].

Unde de Phaeacum primoribus Poëta:

Ἔνθα δὲ Φαιήκων ἡγήτορες ἑδριόωντο,
Πίνοντες καὶ ἔδοντες· ἐπηετανὸν γὰρ ἔχεσκον [4].

Ut enim nulla sine sacrificiis convivia habebantur, ita sacrificiorum multitudine convivia in infinitum augebantur. De Diis, ut hoc addam, in Olympo epulas, quibus immortalium vita exigitur, celebrantibus Homerus:

. . . . . . πρόπαν ἦμαρ ἐς ἠέλιον καταδύντα

Δαί-

1) Cf. de omni hoc argumento Schol., Interpr. ad l. l. et Grammatici in v. Sed caute tamen sunt adhibendi. De his enim temporibus cibi sumendi, ut ait Heyn. ad Il. XXIV, 124, heroïca aetate multa quaesivere veteres et recentiores, quasi et ipsi ad prandium vocati vererentur ne hora indicta serius venirent. 2) Il. XI, 84 seqq. 3) Od. IX, 11 seqq. 4) Od. VII, 99 seq.

Δαίνυντ', οὐδέ τι θυμὸς ἐδεύετο δαιτὸς ἐΐσης,
Οὐ μὲν φόρμιγγος περικαλλέος, ἣν ἔχ' Ἀπόλλων,
Μουσάων θ', αἳ ἄειδον ἀμειβόμεναι ὀπὶ καλῇ [1].

§. 2. Convivia, quae celebrabant, pro diversa, qua apparata erant, vel occasione vel ratione, variis ab Homero verbis significantur. Quae tria potissimum sunt. Nam Athene, ubi in Ulyssis aedes, quas proci epulantes occupabant, advenerat, quaerit:

Τίς δαὶς, τίς δὲ ὅμιλος ὅδ' ἔπλετο; τίπτε δέ σε χρέω;
Εἰλαπίν', ἠὲ γάμος; ἐπεὶ οὐκ ἔρανος τάδε γ' ἐστίν [2].

Quae conviviorum genera a se invicem diversa fuisse, Agamemnonis item verba testantur, quibus, socii, inquit,

Νωλεμέως κτείνοντο σύες ὡς ἀργιόδοντες,
Οἵ ῥα τ' ἐν ἀφνειοῦ ἀνδρὸς μέγα δυναμένοιο
Ἢ γάμῳ, ἢ ἐράνῳ, ἢ εἰλαπίνῃ τεθαλυίῃ [3].

De γάμῳ supra diximus, quae hic repetere supervacaneum [4]. Ἔρανος Scholiastae est τὸ ἀπὸ συμβολῆς δεῖπνον [5], in quem parandum convivae viritim quaedam expendebant. Eadem est Athenaei sententia, qui ἔρανοι, inquit, αἱ ἀπὸ τῶν συμβαλλομένων εἰσαγωγαί, ἀπὸ τοῦ συνεράν καὶ συμφέρειν ἕκαστον [6]. In Menelai domo ἔρανος paratur, ad quem δαιτυμόνες conveniunt oves secum ducentes et οἶνον afferentes εὐήνορα, quibus uxores (ἐράνῳ enim et epulis omnino interesse iis haud licuit) panem mittebant [7]. Δαιτυμόνες illi qui fuerint non satis liquet: verosimiliter fuerunt principes viri, forte γέροντες, qui cum rege epulari consueverant. Principum certe convivia in regis Agamemnonis tentorio ante Trojae moenia [8] et domi suae apud Phaeacum

1) Il. I, 601 seqq. 2) Od. I, 225 seqq. 3) Od. XI, 414 seqq. 4) Vid. L. II. c. 14. §. 4. de τάφῳ L. I. c. 12. §. 6. 5) Ad Od. I, 226. 6) L. VIII. p. 362. E. 7) Vid. Od. IV, 620 seqq., quo loco legitur ἔνεικαν, pro quo cum aliis legere malim ἔπεμπον. Nuspiam enim, quantum quidem noverim, conviviis feminae adfuisse dicuntur. De Odyss. l. l. optime meruit Spohn. Op. cit. p. 9 seqq., ut ait Nitzsch. ad Od. l. l. quem vid. ibiq. laud. auct. 8) Vid. Il. IV, 250, 344. IX, 70.

cum regem Alcinoum [1] celebrata novimus, et δαιτυμόνες, qui ad Ctesii, Syriae insulae regis, coenam convenerant, post ἔρανον cum rege ipso in concionem abeunt, ἐς θῶκον δήμοιό τε φῆμιν [2]. Fuit autem ἔρανος tenue et parcum convivii genus, ut vel ex eo intelligitur, quod Athene ex epularum, quas a procis paratas videbat, lautitia et apparatu regio non ἔρανον eos celebrare colligit [3], quamvis in eo satis magnus pecudum numerus aliquando caederetur, ubi instruebatur ἐν ἀφνειοῦ ἀνδρὸς μέγα δυναμένοιο [4]. Ἔρανον igitur, ut vidimus, non populi sumtibus inibant [5], sed singuli domo conferebant, quibus exstrueretur, etsi οἶνος γερούσιος, quem semper in Alcinoi domo δαιτυμόνες bibisse dicuntur, a populo honoris causa iis oblatus esse videatur [6].

Εἰλαπίναι sunt epulae solennes, sumtuosiores, μεγάλαι εὐωχίαι 7, unius impensis, in sacris praecipue, factae, unde Hesychius εἰλαπίνη explicat θυσία. ἑορτή [8], et Dii in primis dicuntur εἰλαπινάζειν 9 sive εἰλαπίνην δαινῦσθαι [10].

§. 3. In iis, quae antiquitus conviviis ineundis ansam praebebant, primo loco habenda est religio. Πᾶσα γὰρ συμποσίου συναγωγὴ παρὰ τοῖς ἀρχαίοις τὴν αἰτίαν εἰς θεὸν ἀνέφερε, ut recte notavit Athenaeus [11]. Quae cau-

1) Vid. Od. VII, 491 seqq., 189 seqq. Cf. VIII, 41. Debemus haec Nitzsch. ad Od. I, 225—29. et IV, 620—24. Hesychius in v. δαιτ. exponit σύνδειπνοι. 2) Vid. Od. XV, 467. 3) Vid. Od. I, 225 seq. ad quem l. idem notarunt Schol. 4) Vid. Od. XI, 413 seq. 5) Neque enim, ut ait Nitzsch. ad Od. I, 225, illud efficere licet ex iis quae leguntur Il. XVII, 250. δήμια πίνειν. Vid. eis Nitzsch. l. l. 6) Vid. Od. XIII, 7—15. Cf. Heyn. Var. Lect. et Observ. ad Il. IV, 250. 7) Schol. ad Od. I, 226. 8) In v. εἰλαπ. Heyn. ad Il. X, 217., at, inquit, εἰλαπίνη, εὐωχία est apud Apoll. Lex. Hesych. et ita al. ut simpliciter tandem pro convivio dicatur, quod alias Homero δαίτη vocatur, quam Hesych. in v. explicat εὐωχίαν. Singula conviviorum genera, εἰλαπίνη, γάμος, ἔρανος, generali nomine dicuntur δαίς, ut Passov. sententia fert in Lex. in v. εἰλαπ. 9) Vid. Il. XIV, 241. 10) Vid. Il. XXIII, 201. 11) L. V. p. 192. B.

causa est, quod nullius convivii mentio fiat in Homeri carminibus, nisi sacris peractis. Ubi animal mactatur, quaedam ejus partes Diis adolendae perpetuo a ceteris sejunguntur. Hinc ἱερεῖον vocatur, quod qui mactant ἱερεύειν dicuntur 1. Nec in carne tantum, sed in quovis omnino cibi genere eundem hunc morem secuti sunt, ut cujusque primitias Diis offerrent. De Eumaeo, ut hoc utar, Homerus, ἄργματα, ait, θῦσε θεοῖς αἰειγενέτῃσι 2, quod aliis verbis dixit ἀπάρχεσθαι, ἐπάρχεσθαι sive κατάρχεσθαι 3. Ita ante coenam Achilles

. . . . θεοῖσι θῦσαι ἀνώγει
Πάτροκλον, ὃν ἑταῖρον· ὁ δ' ἐν πυρὶ βάλλε θυηλάς 4.

Ulysses cum sociis in Cyclopis spelunca inclusus,

Ἔνθα, inquit, πῦρ κείαντες ἐθύσαμεν, ἠδὲ καὶ αὐτοὶ
Τυρῶν αἰνύμενοι φάγομεν 5.

Eadem ratione, ut verbo dicamus nec pluribus enumerandis modum excedamus, eadem, inquam, ratione fiebat in sacris omnibus, unde nulla sacrificia sine conviviis celebrabantur. Quae enim de sacrificantibus post sacra peracta memorantur Iliadis libro primo:

. . . . ἐπεὶ παύσαντο πόνου, τετύκοντο δὲ δαῖτα,
Δαίνυντ', οὐδέ τι θυμὸς ἐδεύετο δαιτὸς ἐΐσης 6.

de omnibus valet, quoties sacra Diis obtulerint. Quae in cibo, eadem in potu observarunt, quo, nisi Diis libatum esset, uti verebantur. Nec enim nisi post libationes factas vinum cum sociis haurit Nestor 7. Eumaeus

Σπείσας αἴθοπα οἶνον, Ὀδυσσῆϊ πτολιπόρθῳ
Ἐν χείρεσσιν ἔθηκεν 8.

Prae

1) Vid. Il. XVIII, 559. Od. XIV, 28. XVI, 454. Eustath. ad Od. II, 56 etc. 2) Vid. Od. XIV, 446. 3) De his v. cf. dicta L. I. c. 8. §. 2. not. 1. 4) Il. IX, 219 seq. 5) Od. IX, 231 seq. Plura exempla cuivis obvia. 6) Il. L. I. vs. 467 seq. 7) Vid. Od. III. 393 seqq. Cf. dicta L. I. c. 8. §. 5. 8) Od. XIV, 447 seq. Cf. XVIII, 424 seq.

. . . . ἐπὶ θρόνου ἀργυροήλου
Καλοῦ, δαιδαλέου· ὑπὸ δὲ θρῆνυς ποσὶν ἦεν [1].

Idem Laërtae filius honore ab Alcinoo rege affectus

. . . . . ἐς θρόνον ἷζε παρ' Ἀλκίνοον βασιλῆα [2].

Athenen adventantem Telemachus

. . . . . ἐς θρόνον εἷσεν, ὑπὸ λῖτα πετάσσας [3].

Itaque θρόνοις stragulum injiciebant, quod loco mox laudato λῖτα dictum aliis alibi verbis significatur. Modo enim sedibus κώεα [4] et τάπητες πορφύρεοι [5] supersternuntur, modo χλαῖναι [6] et ῥήγεα πορφύρεα [7]. In Circes domo e famulis una

. . . . ἔβαλλε θρόνοις ἔνι ῥήγεα καλὰ,
Πορφύρεα καθύπερθ', ὑπένερθε δὲ λῖθ' ὑπέβαλλεν [8].

Adhaec ornabantur clavis argenteis, quod ornamenti genus in deliciis haberi supra me observare memini. Inde θρόνος dicitur ἀργυρόηλος, qualis in Alcinoi regia ἀοιδοῦ sedes fuit.

Τῷ δ' ἄρα Ποντόνοος θῆκε θρόνον ἀργυρόηλον
Μέσσῳ δαιτυμόνων [9].

Ab iisdem vel aliis forte, quibus splendebat, ornamentis θρόνος nominatur δαιδαλέος [10]: varia namque arte erant fabricati, unde εὐποίητοι, ξεστοὶ, περικαλλέες passim vocantur [11]. Here et Athene, quae ad Zei latera ἐν θρόνοις fere adsident, iratae aliquando οἶαι Διὸς ἀμφὶς ἧσθην·

. . . . . χρυσέοισιν ἐπὶ κλισμοῖσι κάθιζον
Μίγδ' ἄλλοισι θεοῖσι, φίλον τετιημέναι ἦτορ [12].

Ceteroquin κλισμὸς sella minor fuit, κλισίη item nuncupata, cui τι ἀνάκλιντρον inerat, in quod reclinari dor-

1) Od. IX, 314 seqq. Cf. Od. I, 131. X, 366. etc. 2) Od. VIII, 469. 3) Od. I, 130. Inde Deorum epitheta χρυσόθρονος, εὔθρονος, ὑψίθρονος, alia. De v. λῖτα vid. Nitzsch. ad Od. l. l. ibiq cit. auct. 4) Vid. Od. XVII, 32. 5) Vid. Od. XX, 150 seq. 6) Vid. Od. XVII, 86. XX, 249. 7) Vid. Od. X, 352. 8) Od. L. l. vs. 352 seq. 9) Od. VIII, 65 seq. 10) Vid. Od. I, 131. X, 367. XVII, 32. 11) Vid. Od. XVI, 408. XX, 150. XXII, 438, 452. 12) Il. VIII, 436 seq. cll. vs. 444 seq.

dorsum posset, quam quidem inde ἀνάκλιντρον recentiores dixerunt 1). Qua de causa Penelope κλισμῷ insidebat κεκλιμένη 2), et Telemachus, cum Athenen ἐν θρόνῳ collocasset, sibi ipse κλισμὸν θέτο ποικίλον 3), qui, auctore Athenaeo, περιττοτέρως κεκόσμηται ἀνακλίσει. 4). Quae tamen sedilia in tantam nonnunquam altitudinem educta esse apparet, ut insidentium pedibus θρῆνυς subesset. Quod de Helenae certe κλισμῷ monuit Homerus:

Ἕζετο . . . ἐν κλισμῷ, ὑπὸ δὲ θρῆνυς ποσὶν ἦεν 5).

Penelopae quoque

. . . παρὰ μὲν κλισίην πυρὶ κάτθεσαν, ἔνθ' ἄρ' ἐφῖζε,
Δινωτὴν ἐλέφαντι καὶ ἀργύρῳ· ἥν ποτε τέκτων
Ποίησ' Ἰκμάλιος, καὶ ὑπὸ θρῆνυν ποσὶν ἧκε
Προσφυέ' ἐξ αὐτῆς 6).

Pulvinaris loco iis superinsternebatur τάπης μαλακοῖο ἐρίοιο 7), μέγα κῶας 8) vel χλαῖναι 9). Achivorum legatos amice excipiens Achilles

Εἷσεν . . ἐν κλισμοῖσι, τάπησί τε πορφυρέοισιν 10).

Qui ab Homero δίφρος vocatur vilior sedes fuisse videtur, qua inferioris conditionis homines utebantur. Itaque Ulyssis domum ingressus Eumaeus

. . . . ἕλε δίφρον
Κείμενον, ἔνθάδε δαιτρὸς ἐφίζεσκεν. 11)

de quo subulco alibi legimus

. . . . ἕζετ' ἐϋξέστου ἐπὶ δίφρου 12).

Ulyssi sub hospitis persona Penelopae de marito aliquid coram referenti Eurynome posuit

Δίφρον ἐΰξεστον καὶ ἐπ' αὐτῷ κῶας ἔβαλλεν 13).

Eun-

1) Vid. Eustath. ad Od. I, 130. et IV, 123. Cf. Hesych. et Suidas in v. 2) Vid. Od. XVII, 97. 3) Vid. Od. I, 132. 4) L. V. c. 4. p. 192. E. 5) Od. IV, 136. quo versu κλισμόν dixit Poëta quem vs. 123. κλισίην εὔτυκτον. Itaque forte εἶδός τι θρόνου fuit, ut ait Eustath. ad Od. I, 130. 6) Od. XIX, 55 seqq. 7) Ut in Helenae κλισμῷ Od. IV, 134. προσκεφάλειον δηλαδή, inquit Eustath. ad l. l. 8) Vid. Od. XIX, 58. XX, 96. 9) Vid. Od. XX, 249. 10) Il. IX, 200. 11) Od. XVII, 330 seq. 12) Od. XVII, 602. 13) Od. XIX, 101 seqq.

Eundem inter procos παρὰ λάϊνον οὐδὸν sedem capere jussit Telemachus [1]

Δίφρον ἀεικέλιον παραθεὶς, ὀλίγην τε τράπεζαν [1].

Ipsa quoque Penelope δίφρῳ insedit, cum

. . . . . κατάντηστιν θεμένη περικαλλέα δίφρον

Ἀνδρῶν ἐν μεγάροισιν ἑκάστου μῦθον ἄκουε [2].

Pauperiores virgultis congestis pellibusque superinjectis aliquando sibi sedem sternebant, ut Eumaeus, qui in tugurio

Χεῦεν ὕπο χλωρὰς ῥῶπας, καὶ κῶας ὕπερθεν·
Ἔνθα καθέζετ' ἔπειτα Ὀδυσσῆος φίλος υἱός [3].

§. 2. Quem conviviis assidendi ordinem observarint heroes, quo minus indicemus, testimoniorum in Homero prohibet inopia. Huc forte spectat, quod, cum Achivorum legatos convivio exciperet Achilles, ex adverso sibi Ulyssem considere jussit, κατὰ τοῖχον τοῦ ἑτέροιο, ut ait Poëta [4]. Achillem domi suae loco a sociis nonnihil remoto ad mensam considentem invenit Priamus:

. . . . Γέρων . . ἰθὺς κίεν οἴκου,
Τῇ ῥ' Ἀχιλεὺς ἵζεσκε, Διῒ φίλος. ἐν δέ μιν αὐτὸν
Εὗρ'· ἕταροι δ' ἀπάνευθε καθείατο [5].

Aliquem igitur in sedibus assignandis ordinem nisi semper nonnunquam certe servasse videntur, ita ut in primis adsidere honorificum esset. Qui quidem honor ἕδρη dicebatur [6], id est, προεδρία [7], eoque in Lycia mactabantur Sarpedon et Glaucus, quorum ille:

Γλαῦκε, τίη δὴ νῶϊ τετιμήμεσθα μάλιστα
Ἕδρῃ τε κ. τ. λ. [8].

Eodem forte referenda Agamemnonis ad Idomeneum ver-

1) Od. XX, 259. 2) Od. L. l. vs. 387, 389. 3) Od. XVI, 47 seq. 4) Il. IX, 218 seq. ad q. l. cf. Heyn. Var. Lectt. et Observ. 5) Il. XXIV, 473 seqq. 6) Vid. Il. VIII, 162. 7) Vid. Eustath. et Schol. B. ad Il. IV, 257 seqq. 8) Il. XII, 310 seqq.

verba, quibus cum aliis rebus, tum ἐν δαιτὶ eum se honorasse significat [1].

§. 3. Sedentibus convivis ancilla ad manus lavandas aquam affundebat ex gutto super lebete, ut Athenae

Χέρνιβα . . ἀμφίπολος προχόῳ ἐπέχευε φέρουσα . .
Καλῇ, χρυσείῃ, ὑπὲρ ἀργυρέοιο λέβητος .
Νίψασθαι [2].

Diomedes atque Ulysses a speculando reduces primum aqua marina se reficiunt, tum ἐς ἀσαμίνθους βάντες ἐϋξέστας aquae marinae sordes et spumam abluunt, denique

. . . . λοεσσαμένω, καὶ ἀλειψαμένω λίπ' ἐλαίῳ,
Δείπνῳ ἐφιζανέτην [3].

§. 4. Cuique dein convivae mensa apponebatur, ut locis superiori paragrapho laudatis subjunxit Poëta:

. . . . . παρὰ δὲ ξεστὴν ἐτάνυσσε τράπεζαν [4].

de singulisque valet, quod de Ulysse in Eumaei tugurio traditur:

. . . . . . ὁ δ' ἕζετο ᾗ παρὰ μοίρῃ [5].

Oblongam formam mensas retulisse apparet e verbo τανύειν, quo de mensa ponenda passim utitur Homerus. Ita Eustathius, ἐμφαίνει, inquit, μήπω κυκλοτερεῖς εἶναι τότε τράπεζας, ἀλλὰ τετανυσμένας εἰς μῆκος [6]. Ligneae fere erant, varie ornatae [7] et politae, unde τράπεζα ξεστή, εὔξοος, καλὴ dicta est. Pedibus mensas suffultas esse constat: quot vero innixae fuerint affirmare non ausim. Nestoris τράπεζα dicitur

1) Vid. Il. IV, 259 seqq. 2) Od. I, 136 seqq. Cf. IV, 52 seqq. VII, 173 seqq. XVII, 91 seqq. Quae Od. I, 136. ἀμφίπολος peragit, iisdem Od. L. l. vs. 146. et VIII, 69 seqq. κήρυκες funguntur, quos secum duxerunt proci, ut constat ex Od. XVI, 248 seqq. cll. XV, 330 seqq. 3) Il. X, 576 seq. cll. vs. sup. Plura vide h. L. c. 9. 4) Adeas Od. I, 36. VII, 174. X, 354. XIX, 61. XXII, 74, 84. Aliter Nitzsch. ad Od. I, 111. 5) Od. XIV, 448. Δαιτρὸν πίνουσι. Il. IV, 262. 6) Quem vid. ad Od. I, 138. et X, 370. Cf. Athenaeus L. XI. p. 489. C. et Nitzsch. ad Od. I, 136. 7) Unde Circes mensae laudantur ἀργυρέαι Od. X, 354 seq.

tur κυανόπεζα, id est, μελάμπους, ex Hesychii interpretatione [1]. Mensis iterum ac saepius spongia perfricandis earum cum nitori tum munditiae consulebant.

. . . . Σπόγγοισι πολυτρήτοισι τραπέζας
Νίζον, καὶ προτίθεντο [2].

Quod et ancillas jubet Euryclea, cum procis adventantibus domum esset instructura:

. . . . . . ἐν δὲ θρόνοισ' εὐποιήτοισι τάπητας
Βάλλετε πορφυρέους, αἱ δὲ σπόγγοισι τραπέζας
Πάσας ἀμφιμάσασθε [3].

Σῖτον cuique mensae imponebat fere ταμίη:

Σῖτον δ' αἰδοίη ταμίη παρέθηκε φέρουσα [4].

Quod δμωαὶ in procorum conviviis agunt [5] et ex vitae heroicae simplicitate ipse Patroclus Achivorum ad Achillem legatis

. . . . . σῖτον ἑλὼν ἐπένειμε τραπέζῃ
Καλοῖς ἐν κανέοισιν [6].

Quibus cibum afferrent, utebantur canistris, κανέοις, quae mensis imponebant, ut in Nestoris tentorio [7] et Ulyssis regia, in qua cum epulabatur Telemachus panem et carnes e canistro sublatas Ulyssi mendico praeberi jussit.

Ἄρτον τ' οὖλον ἑλὼν περικαλλέος ἐκ κυνέοιο
Καὶ κρέα, ὥς οἱ χεῖρες ἐχάνδανον ἀμφιβαλόντι [8].

§. 5. Singulis convivis sua carnis portio aequa distribui solebat. Καὶ τῶν κρεῶν δὲ μοῖραι ἐνέμοντο, ait Athenaeus [9]. A quo more δαῖτας ἐΐσας laudat Homerus

1) Vid. Il. XI, 628. Hesych. in v. Eustathius ad Il. l. l. minus recte: τὴν ἀπὸ κύανου ἔχουσαν τὸν ἔξωθεν κύκλον. 2) Od. I, 111 seq. Cf. not. 5. ad §. praec. Levigatae fuerunt, inquit Feith. Ed. Stöb. p. 501, quod non artificis modo dolabra, sed spongiae assidua perfrictione fiebat. 3) Od. XX, 150 seqq. Cf. XXI, 438. 4) Od. I, 139. ad q. l. vid. Nitzsch. 5) Od. L. l. vs. 147. 6) Il. IX, 216. Cf. Od. XIV, 449. 7) Cui χάλκειον κάνεον fuit. Il. XI, 629. 8) Od. XVII, 343. Cf. vs. 335 seqq. et Nitsch. ad Od. IV, 48. 9) L. 1. p. 12. C. Cf. Od. VIII, 470.

rus [1] ἀπὸ τῆς ἰσότητος, ut recte Athen., καὶ ἀπὸ τοῦ δατεῖσθαι [2]. Qui carnes dividit, vocatur δαιτρὸς [3], id est, ὁ διαιρῶν τὰ κρέα, interprete Hesychio [4], vel, ut ipsius Homeri verbis utar, κρέα δαιόμενος δόμον κάτα δαινυμένοισι [5]. Nec tamen unus idemque semper δαίτρου munere quasi proprio fungebatur. In Menelai regia

. . . . Βοηθοίδης κρέα δαίετο καὶ νέμε μοίρας [6].

Procis κήρυκες

. . . . κρέα πολλὰ δατεῦντο [7].

Iidem Odysseae libro vicesimo

Μοίρας δασσάμενοι δαίνυντ' ἐρικυδέα δαῖτα.
Πὰρ δ' ἄρ' Ὀδυσσῆϊ μοῖραν θέσαν, οἳ πονέοντο,
Ἴσην, ὡς αὐτοί περ ἐλάγχανον [8].

Quo officio ipsi quoque principes viri funguntur, ut Achilles, de quo Homerus:

. . . . ἀτὰρ κρέα νεῖμεν Ἀχιλλεύς [9].

et proci, qui

Σπλάγχνα . . . . ὀπτήσαντες ἐνώμων [10].

Eumaeus, sacra Diis facturus, ubi hostiae partes ex more praeparatas εἰν ἐλεοῖσιν [11] collocaverat,

Ἵστατο δαιτρεύσων . . . .
Καὶ τὰ μὲν ἕπταχα πάντα διεμοιρᾶτο δαΐζων.
Τὴν μὲν ἴαν Νύμφῃσι καὶ Ἑρμῇ, Μαιάδος υἱῖ,
Θῆκεν ἐπευξάμενος, τὰς δ' ἄλλας νεῖμεν ἑκάστῳ·

Ulyssem vero, quo suum ei amorem et reverentiam testificaretur, majore carnis portione, perpetui adeo tergo bovis,

Νώτοισιν . . . . . . διηνεκέεσσι γέραιρεν [12].

Eo-

1) Vid. Il. I, 468. Od. XI, 184. al. 2) L. I. l. l. Cf. de vocis etymo Heyn. Var. Lectt. et Observ. et Köpp. in adn. ad Il. I, 468. 3) Vid. Od. I, 141. XVI, 331. al. 4) Quem vide in v. 5) Od. XVII, 331 seq. 6) Od. XV, 140. 7) Od. I, 112. 8) Od. L. l. vs. 280 seqq. 9) Il. XXIV, 626. Cf. Il. IX, 207 seqq. al. 10) Od. XX, 252. Iidem dicuntur mactasse oves, capras, porcos et βοῦν ἀγελαίην L. I. vs. 250 seqq. 11) De quibus Cf. L. I. c. 8. §. 3. 12) Od. XIV, 437. cill. vs. praec. et IV, 65. ibiq. Eustath.

Eodem honoris testimonio e pugna reversus Ajax ab Agamemnone excipitur [1], et ab Alcinoo Ulysses, qui tamen νώτου ἀποπροταμών, praeconem desectas partes Demodoco cantori afferre jussit:

Κῆρυξ, τῆ δὴ τοῦτο πόρε κρέας, ὄφρα φάγῃσι,
Δημοδόκῳ, καί μιν προσπτύξομαι, ἀχνύμενός περ. [2]

Qui perpetuus viris principibus mos fuisse videtur, ut non totam ipsi carnem, honoris causa sibi oblatam, comederent, sed partem ejus, quantam libuisset, amicis impertirentur [3]. Maximam enim carnis copiam Ulyssi tribuendam curaverat Alcinous; quae quanta fuerit ex Homeri verbis intelligi licet. Parte scilicet Demodoco donanda abscissa

. . . . ἐπὶ . . πλεῖον ἐλέλειπτο
Ἀργιόδοντος ὑός, θαλερὴ δ' ἦν ἀμφὶς ἀλοιφή [4].

§. 6. Convivis vinum in δέπας, quod cuique adstabat, e crateribus infundebant κοῦροι, ab iis ordinem ducentes, qui proxime sedebant ad dextram, ἐνδέξια, id est, ἐνδέξιως, ἐπὶ δεξιά sive ἐπὶ δεξιόφιν [5]. In Deorum convivio Hephaestus

. . . . . . τοῖς ἄλλοισι θεοῖς ἐνδέξια πᾶσιν
Οἰνοχόει, γλυκὺ νέκταρ ἀπὸ κρητῆρος ἀφύσσων [6].

De quo more dubitare non licet ex Antinoi ad suos mandatis.

Ὄρνυσθ' ἑξείης, inquit, ἐπιδέξια πάντες ἑταῖροι,
Ἀρξάμενοι τοῦ χώρου, ὅθεν τέ περ οἰνοχοεύει [7].

Κοῦροι autem erant ingenui et liberi, ut notat quoque Athenaeus. Δοῦλος οὐδεὶς, inquit, ἦν ὁ διακονήσων, ἀλλ' οἱ νέοι τῶν ἐλευθέρων ᾠνοχόουν [8]. Ut carnes, ita vinum ex ae-

1) Vid. Il. VII, 321. Cf. l. IX, 206 seqq. 2) Od. VIII, 478 seq. cll. vs. praec. 3) Quod affirmat Athen. L. I. p. 13. F. et pag. 14. A. ἐδωροῦντο δὲ καὶ ἀπὸ τῶν αὐτῶν μοίρας, οἷς ἠβούλοντο. 4) Od. VIII, 475 seq. 5) Vid. Il. VII, 238. XIII, 308. al. 6) Il. I, 597 seq. ibiq. Interpr. Il. IV, 1 seqq. Hebe Diis poçillatur. 7) Od. XXI, 141 seq. Cf. Buttmann. Lexil. in v. ἄρχομαι Vol. I. p. m. 101 seqq. et infra h. L. c. 11. §. 5. media. 8) L. V. p. 192. B. cll. L. X. p. 424. E.

aequo singulis distribuebatur, honoris tamen ergo viris principibus majora et pleniora pocula dabantur [1]. Quo argumento Idomeneum ad pugnam incitavit Agamemnon:

Εἴπερ γάρ τ' ἄλλοι γε καρηκομόωντες Ἀχαιοὶ
Δαιτρὸν [2] πίνωσι, σὸν δὲ πλεῖον δέπας αἰεὶ
Ἔστηχ', ὥσπερ ἐμοὶ, πιέειν, ὅ τε θυμὸς ἀνώγοι [3].

Τυδείδη, inquit Hector,

. . . . πέρι μέν σε τίον Δαναοὶ ταχύπωλοι
Ἕδρῃ τε, κρέασι τ' ἠδὲ πλείοις δεπάεσσι [4].

§. 7. Poculo dextra sibi invicem tradito propinabant convivae, quod δειδίσκεσθαι dicebant. Sic Dei

πὰρ Ζηνὶ καθήμενοι χρυσέῳ ἐν δαπέδῳ
. . . . χρυσείοις δεπάεσσι
Δειδέχατ' ἀλλήλους [5].

Quod suis verbis ita enunciavit Athenaeus: ἐδεξιοῦντο προπίνοντες ἑαυτοῖς ταῖς δεξιαῖς [6]. Ulysses

Πλησάμενος . . οἴνοιο δέπας δείδεκτ' Ἀχιλῆα [7].

eundemque Laërtiaden Amphinomus

. . . . δέπαϊ χρυσέῳ δειδίσκετο, φώνησέν τε [8].

§. 8. In conviviis varia cum seria tum jocos inter se serebant, de rebusque suis, etiam gravissimis, consilia inibant. In iis enim grata fere est et exoptata sermonis opportunitas [9]. Conviviorum hilaritatem movebat vel augebat etiam musica, cujus maxima fuit in heroum animos vis et efficacitas, quam scilicet

. . . . δαιτὶ θεοὶ ποίησαν ἑταίρην [10].

Ac-

1) Ut l. l. cuique patebit. Idem observat Athen. L. V. p. 192 in fine. 2) Id est κατὰ τὸ δαιτρὸν, μεμερισμένως. 3) Il. IV, 262 seqq. 4) Il. VIII, 161 seq. De Sarpedone et Glauco vid. Il. XII, 311. 5) Il. IV, 3 seq. cll. vs. sup. 6) L. 1. p. 13. in fine. 7) Il. IX, 224. Quod ita Athenaeus L. I. p. 14. A. ἐδεξιοῦντο, ὃ ἐστιν προέπινεν αὐτῷ, τῇ δεξιᾷ διδοὺς τὸ ποτήριον. Cf. Idem L. X. p. 434. A. 8) Od. XVIII, 121. 9) Ut quavis fere Il. et Od. pagina patet. Cf. inpr. Il. I, IV. init. 10) Od. XVII, 271. Cf. VIII, 99. Plura vid. L. IV. c. 4.

Accedebant ludicra, tesserae, saltatio aliaque ejus generis oblectamenta, de quibus suo loco dicemus.

§. 9. Convivae ubi famem sitimque expleverant, discedebant. Ita Nestorem Athene [1], Menelaüm compellat Telemachus:

Ἀλλ' ἄγετ', εἰς εὐνὴν τρέπεθ' ἡμέας, ὄφρα κεν ἤδη
Ὕπνῳ ὕπο γλυκερῷ ταρπώμεθα κοιμηθέντες [2].

Ante discessum tamen linguas secari jubet Athene.

Ἀλλ' ἄγε, inquit, τάμνετε μὲν γλώσσας [3]:

Cujus quidem ritus hoc tantum loco mentionem fecit Homerus, quem Atticis praecipue proprium fuisse tradunt Scholiastae, qui ceteroquin mire de eo philosophati sunt [4]. Linguas, quantum ex Homero (qui utrum certae cuidam Graecorum genti, an vero universis proprius mos fuerit, memoriae non prodidit) apparet, in ignem conjiciebant, quemadmodum Athenes monitu in Nestoris regia mox factum traditur:

Γλώσσας δ' ἐν πυρὶ βάλλον, ἀνιστάμενοι δ' ἐπέλειβον [5].

De libatione in conviviis facta si quaeras; in omnibus cum privatis tum publicis sacris eam ita adhibitam esse scias, ut convivis surgentibus κοῦροι, κήρυκες aliive οἰνοχόοι a dextra incipientes poculis vinum infunderent, cujus summam partem in Deorum honorem effunderent, reliquam ipsi biberent, ὅσον ἤθελε θυμός. Achivis e. g. in convivio sacris factis parato κοῦροι

Νώμησαν . . πᾶσιν ἐπαρξάμενοι δεπάεσσι [6].

Amphinomus,

. . . . . οἰνοχόος μὲν, inquit, ἐπαρξάσθω δεπάεσσιν
Ὄφρα σπείσαντες κατακείομεν οἴκαδ' ἰόντες [7].

Her-

1) Vid. Od. III, 334. 2) Od. IV, 294 seq. Plura testimonia ubivis obvia. De Diis vid. Il. I, 600 seqq. Cf. Athenaeus L. V. p. 191. D. 3) Od. III, 332. 4) Vid. Schol. ad Od. l. l. Athenaeus L. I. p. 16. B. Nitzsch. ad Od. l. l. ibiq. laud. auct. 5) Od. L. l. vs. 341. Athenae iterum libatur vs. 394. 6) Il. I, 471. Cf. Od. III, 340. ad q. l. vid. Interpr., inpr. Nitzsch. et ab eo cit. auct. 7) Od. XVIII, 417 seq.

Hermae libasse dicuntur Phaeaces, ὅτε μνησαίατο κοίτου [1]. Ceterum alii in aliorum Deorum honorem libationes faciebant. Vel singulos, quos sibi propitios cupiebant et praecipuo honore colebant [2], vel cunctos [3] hac reverentiae significatione prosequebantur. De libantibus generatim Homerus:

Καὶ τότε δὴ σπείσαντες ἔβαν κλισίηνδε ἕκαστος [4].

§. 10. Pro re nata convivia vel producebant vel contrahebant. Libenter et quam diutissime iis interfuisse heroes, cum ex eorum indole juvenili et omni istorum temporum ratione intelligitur, tum plurima adfirmant exempla, quae nobis Poëta reliquit. De Achivis, verbi causa,

Παννύχιοι μὲν, inquit, ἔπειτα καρηκομόωντες Ἀχαιοὶ
Δαίνυντο [5].

Atque adeo de Diis ipsis, quorum omnis vita ex heroum vitae ratione adumbrata est, cecinit:

Ὣς τότε μὲν πρόπαν ἦμαρ ἐς ἠέλιον καταδύντα
Δαίνυντ', οὐδέ τι θυμὸς ἐδεύετο δαιτὸς ἐΐσης [6].

In intempestam noctem Phaeacum commessationes productas esse diserte monet Idem, quibus, inquit,

Χρύσεοι . . κοῦροι εὐδμήτων ἐπὶ βωμῶν
Ἕστασαν, αἰθομένας δαΐδας μετὰ χερσὶν ἔχοντες,
Φαίνοντες νύκτας κατὰ δώματα δαιτυμόνεσσι [7].

In festis vero ante noctem discessisse videntur. Quod Nestorem saltem hortatur Athene, quae, libemus, ait, cubitumque abeamus,

Ἤδη γὰρ φάος οἴχεθ' ὑπὸ ζόφον· οὐδὲ ἔοικε
Δηθὰ θεῶν ἐν δαιτὶ θαασσέμεν, ἀλλὰ νέεσθαι [8].

In Olympo quoque Dei,

. . . .

1) Od. VII, 138. Vid. si lubeat argutias Schol. ad Od. l. l. et Athen. L. I. p. 16. B. 2) Vid. Il. VII, 480, qui locus, ut ait Heyn., memorabilis est ad religiosum sensum veterum. Il. I, 470 seqq. Od. III, 333. XXI, 263 seqq. al. 3) Vid. Od. III, 333 seq. al. 4) Il. IX, 708. Cf. Od. XVIII, 418 seqq. 5) Il. VII, 476 seq. 6) Il. I, 601 seq. 7) Od. VII, 100 seqq. Cf. Od. XVIII, 306 seqq. ibiq. Schol. 8) Od. III, 335 seqq.

. . . . . ἐπεὶ κατέδυ λαμπρὸν φάος ἠελίοιο,
. . . . . κακκειόντες ἔβαν οἶκόνδε ἕκαστος [1].

§. 11. Ubi convivae discesserant, mensae et cetera, quibus in epulis usi erant, removebantur. Μετὰ δὲ τὴν ἀναχώρησιν αἱ δμωαὶ ἀπὸ μὲν σῖτον πάλιν ἦρον καὶ τράπεζαν, καὶ δέπας, ut ait Athenaeus [2] et ipse tradit Homerus:

Αἱ δ' ἀπὸ μὲν σῖτον πολὺν ἥρεον, ἠδὲ τραπέζας
Καὶ δέπα, ἔνθεν ἄρ' ἄνδρες ὑπερμενέοντες ἔπινον [3].

CAPUT SEXTUM.

DE VESTIBUS.

§. 1. A victu ad amictum transeamus, qui aut promissior fuit et amplior, quo totum corpus tegeretur, aut brevior et minor, quo quaedam tantum corporis partes coöperirentur. In illo genere principem locum habent χιτών et χλαῖνα. Χιτών vestis dicebatur, quae ut viris ita feminis propria proxime corpori adhaerebat, τὸ προσεχῶς κεχυμένον τῇ σαρκὶ ἱμάτιον, unde et Athenaeus ἐγέσαρκον [4] carni quasi adstrictam vestem dixit. Superne autem induitur, quod vocant ἐνδῦναι [5]. Agamemnon

Ὀρθωθεὶς ἔνδυνε περὶ στήθεσσι χιτῶνα [6].

De Ulysse, hospitis personam mentitus ipse Laërtiades ad Penelopen refert:

Τὸν

1) Il. I, 605 seq. 2) L. I. p. 12. A. 3) Od. XIX, 61 seqq. al. Cf. h. c. §. 4. 4) Libr. XIII. p. 590. F. Χιτῶνα περὶ χροῒ δῦνεν Od. XV, 60 seq. XIX, 232. 5) Vid. Il. II, 42. V, 736. Od. l. l. etc. 6) Il. X, 21. quem σιγαλόεντα, μαλακὸν, καλὸν, τερμιόεντα aliisve epith. designat Poëta.

Τὸν δὲ χιτῶν' ἐνόησα περὶ χροῒ σιγαλόεντα,
Οἷόν τε κρομύοιο λοπὸν κατὰ ἰσχαλέοιο· [1]
Τὼς μὲν ἔην μαλακὸς, λαμπρὸς δ' ἦν, ἠέλιος ὥς [2].

Minoris fere longitudinis tunica fuit quam χλαῖνα, aliquando tamen promissior, ut ad pedes usque pertineret, unde Iones, quibus forte prae ceteris in usu fuit, a Poëta ἑλκεχίτωνες nominantur [3]. Ejusmodi talaris tunicae mentionem iterum facit Homerus Odysseae libro undevicesimo quam τερμιόεντα vocat [4].

§. 2. Post χιτῶνα venit χλαῖνα, quae tunica amplior fuit, quam χιτῶνι superinduerent, crassior vestis, lanea, villosa et plerumque tincta, ad frigus arcendum comparata et a viris, non item a feminis, adhibita. Eumaeus χλαῖναν habebat πυκνὴν καὶ μεγάλην

"Εννυσθαι, ὅτε τις χειμὼν ἔκπαγλος ὄροιτο [5].

Quem χλαινῶν usum ut nobis significaret Homerus, ἀνεμοσκεπέας [6] et ἀλεξάνεμους [7] eas nuncupavit. Manifesta res est ex Ulyssis ad subulcum querelis, quibus praeter unum χιτῶνα nihil vestimenti, ne χλαῖναν quidem, sibi superesse lugebat, qua hiberni frigoris vim a corpore arceret:

. . . . ἀλλά με χεῖμα
Δάμναται· οὐ γὰρ ἔχω χλαῖναν· παρά μ' ἤπαφε δαίμων
Οἰοχίτων' ἔμεναι· νῦν δ' οὐκ ἔτι φυκτὰ πέλονται [8].

Quam ob causam διπλῆ s. δίπλαξ saepius fuit, cui duplicato corpus involveretur, tantaque longitudine insignis, ut ab humeris, in quibus fibula erat constric-

1) Clare inde liquet, inquit Feith. Ed. Stöb. p. 314, χιτῶνα fuisse γίσαρκον, quod Ulysses ait, se χιτῶνα sensisse circa corpus, velut membranam cepae. Alii de vestis mollitie sunt interpretati. Vid. Eustath., Ern. al. ad Od. XIX, 233. 2) Od. XIX, 233 seqq. 3) Vid. Il. XIII, 685. 4) Od. L. l. vs. 243. 5) Od. XIV, 521 seqq. Cf. L. l. vs. 480 seqq. et 529. 6) Vid. Il. XVI. 224 seqq. 7) Vid. Od. XIV, 529. 8) Od. L. l. vs. 487 seqq. De χλαίνῃ in sedibus adhibita supra vidimus h. L. c. 5. §. 1. De ejusdem in lectis usu infra agemus h. L. c. 8. §. 3.

stricta, ad talos usque dependeret. Hinc de χλαίνῃ Nestorea cecinit Homerus:

Ἀμφὶ δ' ἄρα χλαῖναν περονήσατο φοινικόεσσαν,
Διπλῆν, ἐκταδίην [1].

Ita autem texta fuit, ut οὔλη λάχνη emineret, ἐπενήνοθε exstaret [2], unde οὔλη dicebatur [3]. Erat igitur, ut Heynii verbis utar, gausapa, vestis villosa, ita texta, ut κρόκη, trama, promineret et exstaret, in superficie interiore, villi densi ἐπήνθουν in laena, ad arcendum frigus [4]. Humeris, ut diximus, injiciebatur, quod ex iis patet, quae de Telemacho traduntur. Hic enim

. . . . . ἀπ' ὤμοιϊν χλαῖναν θέτο φοινικόεσσαν,
Ὀρθὸς ἀναΐξας [5].

Constringebatur, περόνῃ [6], fibula, ut Ulyssis exemplo apparet, cujus χλαῖνα prae ceteris artificio fuit conspicua [7].

Nec tamen omnes χλαῖναι δίπλακες fuerunt. Ἁπλοΐδες quoque memorantur, quae ceteris minores vel minus laxae, duplicatae corpori non poterant circumjici [8].

Aliquando χιτῶνι aliisve vestibus pellem superinjiciebant, quae frigorum et tempestatum vim atque injuriam defenderet. Noctu Agamemnon

Ἀμφὶ δ' ἔπειτα δαφοινὸν ἑέσσατο δέρμα λέοντος
Αἴθωνος, μεγάλοιο, ποδηνεκές [9].

In-

1) Il. X, 133 seq. Cf. Od. XIX, 225 seq. 2) Vid. Il. L. l. vs. 134. 3) Vid. Od. IV, 50. XIX, 225. Cf. Il. XXIV, 646. et Heyn. Var. Lectt. et Observ. ad Il. XVI, 224. 4) Vid. Heyn. in adn. ad Il. X, 133 seqq. Res, addit Idem, ad texturae quoque antiquitatem memorabilis. 5) Od. XXI, 118 seq. Saepius, inquit Feith, Ed. Stöb, p. 316, deposita χλαῖνα, remanente tunica interiore, sicuti Ulysses (l. Telemachus) arcum intenturus, cit. Od. L. l. et Penelopes proci Od. XVII, 179. 6) De qua vid. infra h. c. §. 4. 7) Od. XIX, 227 seqq. Cf. h. c. §. 4. et c. 7. §. 3. 8) Vid. Il. XXIV, 230. Od. XXIV, 276. et Pollux L. VII. c. 13. 9) Il. X, 23 seq.

Insomnis Menelaus noctu fratrem visurus

> Παρδαλέῃ μὲν πρῶτα μετάφρενον εὐρὺ κάλυψε
> Ποικίλῃ, αὐτὰρ ἐπὶ στεφάνην κεφαλῆφιν ἀείρας
> Θήκατο χαλκείην· δόρυ δ' εἵλετο χειρὶ παχείῃ [1].

Dolon Graecorum castra noctu speculaturus ἕσσατο ῥινὸν πολιοῖο λύκοιο [2]: Eumaeus χλαίνῃ injicit pellem αἰγὸς εὐτρεφέος μεγάλοιο [3]: Ulyssi denique, sub mendici formam latenti, induit Athene

> . . . . . ῥάκος ἄλλο κακὸν . . . ἠδὲ χιτῶνα,
> Ῥωγαλέα, ῥυπόωντα, κακῷ μεμορυγμένα καπνῷ·
> Ἀμφὶ δέ μιν μέγα δέρμα ταχείης ἕσσ' ἐλάφοιο
> Ψιλόν [4].

§. 3. Pro χλαίνῃ in usu quoque fuit φᾶρος, idem quod ἱμάτιον [5], quo ut viri ita feminae utebantur [6]. Mane cubitu surgens et in concionem abiturus Agamemnon μαλακῷ χιτῶνι

> . . . . περὶ . . μέγα βάλλετο φᾶρος [7].

Telemachus

> . . . . χιτῶνα περὶ χροῒ σιγαλόεντα
> Δῦνεν, καὶ μέγα φᾶρος ἐπὶ στιβαροῖς βάλετ' ὤμοις [8].

Φᾶρος sibi induit quoque Calypso, quod zona cinxit:

> . . . . . . ἀργύφεον φᾶρος μέγα ἕννυτο Νύμφη
> Λεπτὸν καὶ χαρίεν, περὶ δὲ ζώνην βάλετ' ἰξυῖ
> Καλὴν, χρυσείην [9].

Iisdem pene verbis de Circe idem traditur [10]. In singularem usum φᾶρος suum adhibuit Ulysses, quo qui-

1) Il. L. 1. vs. 29 seqq. 2) Vid. Il. X, 334. 3) Vid. Od. XIV, 530. cll. praec. et seqq. vs. 4) Od. XIII, 434 seqq. 5) Vid. Schol. ad Il. II, 43. Apoll. Lex. in v. 6) Vid. Schol. ad Il. XXIV, 229. 7) Il. II, 43. Vid. Schol. A. B. L. V. ad Il. L. l. Quod Agamemnonis φᾶρος fuit πορφύρεον Il. VIII, 221. et Ulyssis Od. VIII, 84 seqq. 8) Od. XV, 60. seqq. 9) Od. V, 230 seqq. 10) Vid. Od. X, 543. Ejusdem generis vestimentum fuit, quo absoluto se nupturam procis pollicita erat Penelope; erat autem Ulyssi ταφήϊον. Vid. Od. II, 97 seqq., XIX, 138 seqq. et XXIV, 131 seqq. Cf. Il. XVIII, 353. et dicta L. 1. c. 13. §. 8.

quidem et caput et vultum obtexit:

Πορφύρεον μέγα φᾶρος ἑλὼν χερσὶ στιβαρῇσι,
Κακκεφαλῆς εἴρυσσε, κάλυψε δὲ καλὰ πρόσωπα·
Αἴδετο γὰρ Φαίηκας, ὑπ' ὀφρύσι δάκρυα λείβων [1].

§. 4. Frequentius tamen mulieres peplis utebantur, quae πέπλους vocabant vel ἑανὰ [2], ἱμάτιον, ut ait Hesychius [3], ἢ ἔνδυμα γυναικεῖον, quod e subtili stamine confectum [4] ceteris vestibus superinduebant, unde Achivae mulieres εὔπεπλοι [5] et Τρῳάδες ἑλκεσίπεπλοι [6] dicuntur, quibus promissum peplum fuit, quod pedes etiam tegebat. Erant autem πέπλοι ex aetatis more figuris ornamentisque satis splendidi, quales in Helenae thalamo inveniebantur a Sidoniis mulieribus summa arte confecti, παμποίκιλοι, quorum κάλλιστον ποικίλμασιν ἠδὲ μέγιστον Athenae erat oblatura: ἀστὴρ δ' ὣς ἀπέλαμπεν [7]. Hinc fit ut ab Homero φαεινοί [8] laudentur, in primis ubi de Diis sermo est. Aphrodite exempli gratia πέπλον ἕεστο φαεινότερον πυρὸς αὐγῆς [9]: Athenae πέπλος fuit ποίκιλος [10] et Here ἀμβρόσιον ἑανὸν ἕσσατο, cui quidem dignitatis haud minimum inde accedebat, quod ipsa eum Athene, muliebrium artium inventrix, affabre elaboraverat, τίθει δ' ἐνὶ δαίδαλα πολλά [11]. Fibula autem, περόνη, peplum continebant in pectore constrictum, quod supra de virorum χλαίνη in humeris factum me observare memini [12] et

1) Od. VIII, 84 seqq. Ἀοιδοῦ scilicet cantilena motus erat Laërtiades. 2) De v. ἑανόν et ὁ, ἡ ἑανός vid. Heyn. Var. Lectt. et Observ. ad Il. III, 385. Υ, 734. Hesych. Suid. alii in v. Quid! si alterum substantivum fuerit, alterum adjectivum ab eodem verbo oriundum? Cf. Schol ad Il. XXIV, 220. Apoll. Lex. in v. et in primis Buttman. Lexil. tom. 2. p. m. 9 seqq. 3) Quem vide in v. πέπλος. 4) Hinc quidam ἑανὸν πέπλον explicant λέπτον, tenui textura factum, ut Heyn. ad Il. V, 733 seq. et Köpp. ad Il. III, 385. Suidas ἑανόν explicat λέπτον καὶ ποικίλον. Cf. Pollux L. VII. c. 13. §. 51. p. 722. et Passov. Lex. in v. Λεπτοὶ et εὔνητοι dicuntur Od. VII, 97. 5) Vid. Il. V, 424. 6) Vid. Il. VI, 442. VII, 297. XXII, 105. 7) Vid. Il. VI, 289 et 295 seq. 8) Ut Il. V, 315. 9) Vid. Hymn. in Aphrod. vs. 86. 10) Vid. Il. V, 735. 11) Vid. Il. XIV, 178. cll. V, 735. 12) Vid. h. c. §. 2.

in reliquis, quae laxa ac fluentia erant, vestimentis quoque locum habuisse nemo est qui neget [1]. In quem usum plures fibulas una in veste adhibitas esse, conjectura assequimur: de πέπλῳ Homeri testimonio nixi affirmare haud veremur. Peplum enim memoravit Ille, cui duodecim fibulae inerant:

. . . . . ἐν δ' ἄρ' ἔσαν περόναι δυοκαίδεκα [2] . . .

In his ut in ceteris pulchritudinis sensus dominatur, quo ducti aureis fibulis haud raro usi traduntur. De peplo, ut hoc utar, mentionem fecit Homerus; cui inerant περόναι πᾶσαι χρύσειαι κληῖσιν εὐγνάμπτοις ἀραρυῖαι [3]. Quas fibulas acus formam retulisse vel ex verbi, unde derivata vox est, significatione apparet [4] iisque confirmatur, quibus Aphroditae e proelio reduci illusit Athene:

Πρὸς χρυσέῃ περόνῃ καταμύξατο χεῖρα ἀραιήν [5].

In utroque autem humero tenebantur vestes fibulis, quas immittebant κληῖσιν εὐγνάμπτοις, circulis, κατακλεῖσιν, ut interpretatur Scholiastes, εἰς ἃς καθίεσαν τὰς περόνας [6]. Alibi Homerus, χλαίνῃ, inquit, περόνη χρυσοῖο τέτυκτο αὐλοῖσιν διδύμοισι, id est, eodem interprete, ῥάβδοις εὐθείαις, εἰς ἃς κατακλείονται αἱ περόναι [7].

§. 5. Cum peplis in vestitu muliebri memorando fere conjunctum occurrit cingulum, ζώνη [8], quo vestes

1) Quo circa foeminae fibulis tantum utebantur in vestibus Doricis et antiquioribus, quibus manicae deërant. Nec fibulis illis dissimiles fuisse videntur, quas memorat Herodotus quibusque iratae mulieres armorum instar usae traduntur. Vid. Herod. L. V. c. 87. Cf. Köpp. ad Il. V, 425. et Heyn. ad Virg. Aen. IV, 139, qui tamen sibi haud constat. Vid. Ejusd. notae ad Il. X, 133. atque Var. Lectt. et Observ. ad Il. XIV, 180. 2) Od. XVIII, 292. 3) Vid. Od. L. l. vs. 293. XIX, 225. Il. XIV, 180. Interpr. ad l. l. et Schol. ad Il. V, 734. 4) A verbo πέρω, πείρω. Huc facit etiam Herod. L. V. c. 87. Cf. not. 1. 5) Il. V, 425. 6) Ad Od. XVIII, 293. Cf. Köpp. ad Il. V, 425. 7) Ad Od. XIX, 226. Cf. Eustath. ad l. l. 8) Od. VI, 38. ζῶστρα laudavit Poëta, τὰ ζώματα, inquit Hesych. in v. καὶ ζώνας, ἢ χιτῶνας ζωστούς, ἢ χλαίνας ἀνδρείους· τινὲς δὲ, τὰ

stes, quas laxas fuisse observavimus, supra coxas ad lumbos ita succingerent, ut plicas contraherent inque pectore vestium sinus fingerent. Haec ζώνη aurea fere fuit et varie ornata, qualis Calypsus, quae

. . . . . . περὶ . . ζώνην βάλετ' ἰξυῖ
Καλὴν, χρυσείην [1].

Fimbriata zona conspicua incedebat Here:

Ζώσατο . . ζώνην ἑκατὸν θυσάνοις ἀραρυῖαν [2].

Ab ejus zonae vel forma vel pulchritudine vel corpori annectendae ratione venusta feminae dicebantur εὔζωνοι [3], καλλίζωνοι [4], βαθύζωνοι [5] vel βαθύκολποι [6]. Cete-

ἐνδύματα. In his Schol. ad Od. l. l. qui ζῶστρα interpretatur τὰ πρὸς ζώνην ἐπιτήδεα ἐνδύματα. Laudatus Odyss. vs. ita se habet:

Ζῶστρά τε καὶ πέπλους καὶ ῥήγεα σιγαλόεντα.

Vestes nempe, ut ait Feith., ad cingendum comparatas: fortean χιτῶνες et similes promissi amictus, qui ζώνη solebant adstringi. Vid. Ed. Stöb. p. 319. Ζώνη feminae utebantur: viris proprius fuit ζωστήρ. Uno tamen Iliad. XI. vs. 234 Agamemnoni, inquit Homerus,

'Ιφιδάμας δὲ κατὰ ζώνην θώρηκος ἔνερθε
Νύξ'.

De v. ζωστήρ vid. infra L. IV. c. 8. §. 3. 1) Od. V, 231. 2) Il. XIV, 181. 3) Vid. Il. IX, 586, 663. al. 4) Vid. Il. VII, 139. XXIV, 698. 5) Vid. Od. III, 154. Il. IX, 590. al. De voce ipsa varia est cujusque fere interpretis sententia. Hesych. et Etymol. M. explicant ἀπὸ τοῦ βαθέως ζώννυσθαι. Köpp. ad Il. I, 429. » Die mode war, ihn so zu binden, dass das Gewand an der Brust tiefe Falten schlagen musste. Dies ist eigentlich βαθύζωνος, βαθύκολπος." P. F. A. Nitsch, Beschreib. etc. tom. I. p. 631. vertit » geschürzt, gegürtet" cit. Winkelman. Gesch. der Kunst. etc. p. 401, qui auctor, ut ait Heyn. Var. Lectt. et Observ. ad Il. l. l., parum sibi constans ex latino arripuit notionem, ut essent feminae, non circa femora, sed alte *sub mammis* cinctae, aut ut sub mamma lato cingulo cinctae sint, *late cinctae*. Ipse tandem Heyn. l. l. de veste accipit ad talos demissa, quem vid. l. l. et nos h. §. init. 6) Vid. Il. XVIII, 339. Hymn. in Aphrod. vs. 258. Cf. ad singulas voces Passov. Lex. De ζώνη παρθενίη vid. nos L. II. c. 14. §. 6. Sub ea mulieres gravidae foetum gestare dicuntur, ut de Aphrodite Hymn. vs. 256.

Παῖδα δ' ὑπὸ ζώνῃ ἐθέμην βροτῷ εὐνηθεῖσα.

Boettingeri de hymnis sententia vid. apud G. G. Nitzsch. Praemissa indagandae per Homeri Odysseam interpolationis praeparatio. P. 1. pag. 15 seqq. de quo lib. adeas J. C. Jahn. Jahrb. etc. Tom. IX. P. I. p. 84 seqq.

terum ζώνη diversa erat a balteo, quem, mira arte confectum et Aphroditae proprium, aliquando ab ea Heren mutuatam esse monemur. A Poëta dicitur κεστὸς ἱμάς [1], quem a pectore solutum (ἀπὸ στήθεσφιν ἐλύσατο) κόλπῳ ἐγκατθέσθαι [2] Heren jussit Aphrodite, id est, interprete Heynio [3], περιθέσθαι, admovere et apponere vesti infra mammas et pectus ad colligendum vestis sinum et gratiam corpori conciliandam.

§. 6. Muliebribus vestibus annumerandae quoque ὀθόναι, id est, πέπλοι ἐνδυτήριοι, ut ait Scholiastes [4], quae Homero teste λεπταί fuerunt. Hac induta Helena, parentum priorisque mariti desiderio mota, ad muros procedit.

Αὐτίκα . . ἀργεννῇσι καλυψαμένη ὀθόνῃσιν
Ὡρμᾶτ' ἐκ θαλάμοιο [5].

Οὗτος γὰρ, ut addunt Scholiastae, σώφρονι γυναικὶ κόσμος [6]. Eadem veste insignes erant puellae, quae in Achillis clypeo chorum ducebant:

Τῶν . . αἱ μὲν λεπτὰς ὀθόνας ἔχον [7].

§. 7. Vilioris denique vestimenti species ab Homero memoratur, quam πήρην nuncupatam inde ἀεικέα [8] et ἀεικελίην [9] dixisse videtur. Ejusmodi peram habuit Ulysses, cum suos latens mendici partes ageret, quam quidem vestem nobis Poëta describit

1) Vid. Il. XIV, 214 seqq. 2) Vid. Il. L. l. vs. 219. 3) Var. Lectt. et Observ. ad Il. l. l. Cf. Ejusdem excursus ad l. l. de cestu Veneris, quo eum a Winkelm. dissentientem videas, qui κεστόν refert ad balteum supra femora. 4) Schol. A. ad Il. XVIII, 595. Cf. Schol. B. L. V. ad Il. III, 141. Suidas in v. interpretatur λεπτὰ ὑφάσματα καὶ πᾶν τὸ ἰσχνὸν κᾂν μὴ λινοῦν ᾖ. Cf. Pollux L. VII, c. 54. 5) Il. III, 141. Alii de velamentis vocem interpretati sunt. In his Feithius Ed. Stöb p. 326, qui, de κρήδεμνῳ dicens, tale quid, inquit, etiam ὀθόνη linteum fuit, quo velata Helena. Cui quidem interpretationi quae leguntur Il. XVIII, 595. et Schol. auctoritas repugnant. 6) Vid. Schol. B. L. V. ad Il. III, 141. 7) Il. XVIII, 595 seqq. 8) Vid. Od. XIII, 437. XVII, 197. 9) Vid. Od. XVII, 357.

bit πυκνὰ ῥωγαλέην [1] ab humeris dependentem (ἂμφ' ὤμοισιν βάλλετο): ἐν δὲ στρόφος ἦεν ἀορτήρ, ἐξ οὗ, inquit Scholiastes, ἀπῄρτο, ὅ ἐστι, παρεκρέματο [2].

CAPUT SEPTIMUM.

DE CAPITIS ET PEDUM INDUMENTO, ALIISQUE CORPORIS ORNAMENTIS.

§. 1. De capitis tegumentis, quae heroica aetate adhibebantur, acturo mihi de femineis potissimum erit videndum. De his enim monuit Homerus: de virilibus non item. Nec mirum: viri enim heroes in bellis unice occupati quî caput, nisi galea, tegerent, telorum ictus exceptura? Tanta autem in Hellade erat coeli suavitas et temperies, ut, quibus caput contra tempestatis injurias munirent, desiderarent nec viri a bello cessantes, nec feminae, quarum capitis tegumenta, ab Homero descripta, ornatum potius spectant, quam necessitatem. Virorum in capite muniendo rationem alio loco traditurus, de feminarum more in eodem ornando exponam, hoc unice monens, Laërtem ruri degentem capiti impositam habuisse αἰγείην κυνέην, id est, qualecunque tandem capitis indumentum in galeae verosimiliter formam e caprina pelle confectum [3].

§. 2. Muliebria capitis ornamenta tribus versibus ipse complexus est Homerus, ubi de Andromache mariti cadavere conspecto animi deliquium passa graphice agit ceterisque pulcherrimis haec addit:

Τῆ-

1) Vid. Od. XIII, 437. et XVII, 197. 2) Quem vide ad Od. XIII, 438. 3) Vid. Od. XXIV, 230. ibiq. Schol. et Interpr.

Τῆλε δ' ἀπὸ κρατὸς χέε δέσματα σιγαλόεντα,
Ἄμπυκα, κεκρύφαλόν τ', ἠδὲ πλεκτὴν ἀναδέσμην,
Κρήδεμνόν θ', ὅ ῥά οἱ δῶκε χρυσέη Ἀφροδίτη [1].

De quibus singulis videamus. Δέσματα generaliter sunt quaecunque capitis redimicula, qua voce cetera etiam continentur ornamenta, quae in versibus sequentibus inveniuntur [2]. De his autem qualia fuerint, quique a se invicem cum ad formam tum ad usum accurate distinguenda sint, et ob Scholiastarum atque Grammaticorum vel silentium vel discrepantiam et ob testimoniorum Homericorum inopiam extra omne dubium poni nequit. Itaque quae probabiliora visa sunt tradamus. Primum ponitur ἄμπυξ, quem interpretantur κόσμον τίνα περὶ τὴν κεφαλὴν ἀνέχοντα τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς [3], fasciam, qua comae in capitis vertice religatae continentur. Ita ordinata coma capiti, ut videtur, circumfundebant κεκρύφαλον, quo subter omnis coma latebat [4], ad quod reticulum continendum circa tempora religabant πλεκτὴν ἀναδέσμην, textile crinale, ut vulgo vertunt, id est, σειρὰν, ἣν περὶ τοὺς κροτάφους ἀναδοῦνται. καλεῖται δ' ὑπ' ἐνίων καλαυδάκη [5]. Ultimum in Andromachae ornamentis est κρήδεμνον, κεφαλόδεσμον [6], textum aliquod λιπαρόν [7], quo complicato frontem, explicato totum caput velare po-

1) Il. XXII, 408 seqq. 2) De v. σιγαλόεντα cons. Heyn. ad Il. V, 226. 3) Vid. Apoll. Lex. Eustath et Schol. A. B. Leid. ad Il. l. l. Cf. Heyn. ad eundem Il. l. ibiq. cit. auct. et *Köpp.* ad *Il.* V, 358. 4) Incerta sunt omnia. Cf. auct. l. ab Heyn. Var. Lectt. et Observ. ad Il. XXII, 468. et Köpp. ad Il. l. l. Vid. K. Kärcher., Kurzgefasstes Handbuch des Wissenwürdigsten aus der Mythol. und Archaeol. p. m. 148. eique operi adjunctae hujus aliarumque rerum ad Myth. et Archaeol. pertinentium effigies, Handzeichnungen Part. III. Tab. VII. fig. 6, 7, 8. 5) Schol. V. A. B. Leid. Cf. Interpr. ad Il. XXII, 468. Videtur in hac (ἀναδέσμη) calantica latere, ait Heyn. ad Il. l. l., κρήδεμνον δὲ πάλιν τὸ μαφόριον. Cf. K. Kärcher. Op. cit. l. l. 6) Schol. B. L. cet. ad Il. XIV, 184. Hesych. κεφαλόδεσμος, ᾧ χρῶνται αἱ γυναῖκες. Cf. Apoll. Lex. 7) Passim ita dicitur e. g. Od. I, 334.

. . . . . ἐπεὶ κατέδυ λαμπρὸν φάος ἠελίοιο,
. . . . . κακκείοντες ἔβαν οἶκόνδε ἕκαστος [1].

§. 11. Ubi convivae discesserant, mensae et cetera, quibus in epulis usi erant, removebantur. Μετὰ δὲ τὴν ἀναχώρησιν αἱ δμωαὶ ἀπὸ μὲν σῖτον πάλιν ἦρον καὶ τράπεζαν, καὶ δέπας, ut ait Athenaeus [2] et ipse tradit Homerus:

Αἱ δ' ἀπὸ μὲν σῖτον πολὺν ἥρεον, ἠδὲ τραπέζας
Καὶ δέπα, ἔνθεν ἄρ' ἄνδρες ὑπερμενέοντες ἔπινον [3].

CAPUT SEXTUM.

DE VESTIBUS.

§. 1. A victu ad amictum transeamus, qui aut promissior fuit et amplior, quo totum corpus tegeretur, aut brevior et minor, quo quaedam tantum corporis partes coöperirentur. In illo genere principem locum habent χιτὼν et χλαῖνα. Χιτὼν vestis dicebatur, quae ut viris ita feminis propria proxime corpori adhaerebat, τὸ προσεχῶς κεχυμένον τῇ σαρκὶ ἱμάτιον, unde et Athenaeus ἐγχέσαρκον [4] carni quasi adstrictam vestem dixit. Superne autem induitur, quod vocant ἐνδῦναι [5]. Agamemnon

Ὀρθωθεὶς ἔνδυνε περὶ στήθεσσι χιτῶνα [6].

De Ulysse, hospitis personam mentitus ipse Laërtiades ad Penelopen refert:

Τὸν

1) Il. I, 605 seq. 2) L. I. p. 12. A. 3) Od. XIX, 61 seqq. al. Cf. h. c. §. 4. 4) Libr. XIII. p. 590. F. Χιτῶνα περὶ χροΐ δύνειν Od. XV, 60 seq. XIX, 232. 5) Vid. Il. II, 42. V, 736. Od. l. l. etc. 6) Il. X, 21. quem σιγαλόεντα, μαλακὸν, καλὸν, τερμιόεντα aliisve epith. designat Poëta.

Τὸν δὲ χιτῶν' ἐνόησα περὶ χροῒ σιγαλόεντα,
Οἷόν τε κρομύοιο λοπὸν κατὰ ἰσχαλέοιο· [1]
Τὼς μὲν ἔην μαλακὸς, λαμπρὸς δ' ἦν, ἠέλιος ὥς [2].

Minoris fere longitudinis tunica fuit quam χλαῖνα, aliquando tamen promissior, ut ad pedes usque pertineret, unde Iones, quibus forte prae ceteris in usu fuit, a Poëta ἑλκεχίτωνες nominantur [3]. Ejusmodi talaris tunicae mentionem iterum facit Homerus Odysseae libro undevicesimo quam τερμιόεντα vocat [4].

§. 2. Post χιτῶνα venit χλαῖνα, quae tunica amplior fuit, quam χιτῶνι superinduerent, crassior vestis, lanea, villosa et plerumque tincta, ad frigus arcendum comparata et a viris, non item a feminis, adhibita. Eumaeus χλαῖναν habebat πυκνὴν καὶ μεγάλην

Ἕννυσθαι, ὅτε τις χειμὼν ἔκπαγλος ὄροιτο [5].

Quem χλαινῶν usum ut nobis significaret Homerus, ἀνεμοσκεπέας [6] et ἀλεξανέμους [7] eas nuncupavit. Manifesta res est ex Ulyssis ad subulcum querelis, quibus praeter unum χιτῶνα nihil vestimenti, ne χλαῖναν quidem, sibi superesse lugebat, qua hiberni frigoris vim a corpore arceret:

. . . . ἀλλά με χεῖμα
Δάμναται· οὐ γὰρ ἔχω χλαῖναν· παρά μ' ἤπαφε δαίμων
Οἰοχίτων' ἔμεναι· νῦν δ' οὐκ ἔτι φυκτὰ πέλονται [8].

Quam ob causam διπλῆ s. δίπλαξ saepius fuit, cui duplicato corpus involveretur, tantaque longitudine insignis, ut ab humeris, in quibus fibula erat constric-

1) Clare inde liquet, inquit Feith. Ed. Stöb. p. 314, χιτῶνα fuisse ἰχίσαρκον, quod Ulysses ait, se χιτῶνα sensisse circa corpus, velut membranam cepae. Alii de vestis mollitie sunt interpretati. Vid. Eustath., Ern. al. ad Od. XIX, 233. 2) Od. XIX, 233 seqq. 3) Vid. Il. XIII, 685. 4) Od. L. l. vs. 243. 5) Od. XIV, 521 seqq. Cf. L. l. vs. 480 seqq. et 529. 6) Vid. Il. XVI. 224 seqq. 7) Vid. Od. XIV, 529. 8) Od. L. l. vs. 487 seqq. De χλαίνῃ in sedibus adhibita supra vidimus h. L. c. 5. §. 1. De ejusdem in lectis usu infra agemus h. L. c. 8. §. 3.

περιτραχήλιον dixit Eustathius [1], monile igitur quod collum ambiret variaque esset arte elaboratum, ut in Aphrodites hymno monuit Homerus:

Ὅρμοι δ' ἀμφ' ἁπαλῇ δειρῇ περικαλλέες ἦσαν,
Καλοὶ, χρύσειοι, παμποίκιλοι [2].

Penelopae, cum singuli proci dona mitterent, Eurymachus donavit

Ὅρμον . . . . . πολυδαίδαλον . . . . .
Χρύσειον, ἠλέκτροισιν ἐερμένον, ἠέλιον ὥς [3].

Iris nuntia ad Latonam mittitur, quae ei polliceatur,

. . . . μέγαν ὅρμον
Χρυσείοισι λίνοισιν ἐερμένον, ἐννεάπηχυν [4].

§. 4. Coronas, στεφάνας, quoque gestasse mulieres, inquit Feithius, liquet ex Iliad. Libr. XVIII. [5].

Καί ῥ' αἱ μὲν καλὰς στεφάνας ἔχον.

Quod pace Viri Doct. ita universe adfirmari non posse equidem dixerim. Quantum enim memini, στεφάνας inter mundum muliebrem nullo nisi hoc loco recenset Homerus, quo, si quid video, non de vulgari et communi feminarum ornatu mentio est, sed de eo, qui puellis chorum celebrantibus convenit. Verius igitur et cautius ita videtur statuendum, ut in rebus sacris occupatae παρθένοι caput στεφάνῃ redimitum habuerint. Scholiastes, στεφάναι, inquit, οἰκεῖος ὁ κόσμος ἐπί τε ἀῤῥένων καὶ γυναικῶν [6]. De virorum στεφάνῃ suo loco monebimus [7].

§. 5. Ruri degens et in opere agresti occupatus Laërtes sutili et turpi tunica indutus traditur, manus χειρῖσι, chirothecis, insertas habens, ne a rubis laederentur.

. . .

1) Ad Il. XVIII, 401. 2) Vs. 88 seq. 3) Od. XVIII, 294 seq. 4) Hymn. in Phoeb. vs. 103 seqq. De Eriphyles ὅρμῳ vid. Od. XI, 325 seq. 5) Vs. 597. 6) Schol. V. ad Il. l. l. ad q. cf. ceteri Schol., ex quibus D. interpretatur γυναικεῖοι κόσμοι. Aphrodite, ut Dea, χρυσοστέφανος dicitur Hymn. II. vs. 1. Athenaeus, Homerus, ait, nullos heroas στεφανουμένους εἰσάγει Libr. I. c. 15. F. 7) Vid. L. IV. c. 8. §. 1. med.

. . . . περὶ δὲ κνήμησι βοείας
Κνημῖδας ῥαπτὰς δέδετο, γραπτῦς ἀλεείνων·
Χειρῖδάς τ' ἐπὶ χερσὶ, βάτων ἕνεκα [1].

Quae χειρῖδες, interprete Eustathio, dicuntur τὰ τῶν χειρῶν καλύμματα ἐκ δερμάτων, manuum ex corio integumenta, nec tantum adversus spinas adhibita esse affirmat Idem, sed etiam ἐπὶ ἔργων εὐχερείᾳ, ad juvanda negotia: nam et sagittarios iis usos esse, itemque τοὺς πλύνοντας δὲ καὶ τοὺς ζυμοῦντας, qui lavatione et fermentatione occupati erant [2]. De κνημῖσι, quibus contra sentium injurias pedes munitos habuit Laërtes, quominus plura dicamus, perpetuus facit earum in bello usus, de quo alibi erit agendum [3]. Alias pedibus fere subligabant cum viri tum feminae calceamenti genus, quod πέδιλα nuncupavit Homerus, id est ὑποδήματα [4]. Ita lecto surgens Agamemnon principes εἰς βουλὴν convocatum abiturus

Ποσσὶ . . ὑπὸ λιπαροῖσιν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα [5].

Quem morem Nestor, Menelaus, ceteri omnes observarunt, ut de quibusdam tradidit Poëta, de aliis non monuit [6]. Mane enim foras exibant, in primis viri, qui, quae agebant, publice fere factitabant. Ubi vero diutius otiose domi desidebant, πέδιλα solvebant, quemadmodum Eumaei exemplo intelligitur, qui Telemachi jussu domo in urbem profecturus

. . . . εἵλετο χερσὶ πέδιλα·
Δησάμενος δ' ὑπὸ ποσσὶ πόλινδ' ἴεν [7].

Na-

1) Od. XXIV, 227 seq. ibiq. Schol. 2) Eustath. ad Od. l. l. Cf. Athen. L. XII. c. 3. ibiq. Casaub. not. Caeterum, inquit Feithius Ed. Stöb. p. 329, chirothecarum, quibus hodie utimur, nullus fuit apud antiquiores Graecos usus, ut constat ex Xenoph. Cyrop. L. VIII. init. De annulis nullam mentionem fecit Poëta. Quod affirmat Idem cit. Plin. Hist. Nat. L. XXXIII. c. 1. 3) Vid. L. IV. c. 8. §. 4. 4) Vid. Schol. ad l. mox laud. Cf. Suidas et Hesych. in v. πέδιλα. 5) Il. II, 44. Cf. X, 22. 6) Ex quo Homeri silentio ne quid contra nostram sententiam efficias, vide sis Nitzsch. ad Od. IV, 306. contra Voss. Op. l. disputantem. 7) Od. XVI, 154 seq. Cf. XIV, 23 seq.

Navi peregre profectus Telemachus a pedibus quoque πέδιλα solverat [1], quae redux ad Eumaeum abiturus ὑπὸ ποσσὶν ἐδήσατο [2]. Ut mortales ita etiam coelicolae. Exemplo sint Hermes et Here, de quibus singulis Poëta:

Ποσσὶ . . ὑπὸ λιπαροῖσιν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα [3].

Hoc vero nomine hominum Deorumque πέδιλα, ut cetera fere omnia, diversa habebantur, quod vilioribus et minus splendidis illi, hi contra solidissimis atque splendidissimis, verbo ἀμβροσίοις, uterentur. Eumaeus enim, ut hoc utar, πέδιλα pedibus aptat τάμνων δέρμα βόειον, εὔχροες [4]: Hermae contra erant ἀμβρόσια, χρύσεα,

. . . . τά μιν φέρον ἠμὲν ἐφ' ὑγρὴν,
Ἠδ' ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν, ἅμα πνοιῇς ἀνέμοιο [5].

CAPUT OCTAVUM.

DE LECTIS.

§. 1. Vestes exuebant, quoties libatione Diis post mensam facta cubitum abibant, easque in cubiculo ἐκ πασσάλου [6] suspendebant. Quae ex Telemachi exemplo intelliguntur, qui dormiturus mollem tunicam exuit et aniculae tradidit, quae

. . . . τὸν πτύξασα καὶ ἀσκήσασα . . .
Πασσάλῳ ἀγκρεμάσασα παρὰ τρητοῖσι λέχεσσι,
Βῆ ῥ' ἴμεν ἐκ θαλάμοιο [7].

§. 2.

1) Vid. Od. XV, 549 seqq. 2) Vid. Od. l. l. cl. vs. 554. alia cuique Homerum legenti obvia. 3) Il. XIV, 186. Hermes πέδιλα dicuntur κοῦφα Hymn. in Herm. vs. 83, 86. 4) Vid. Od. XIV, 24. 5) Od. I, 95 seq. 6) Od. IV, 439 seqq. In sedem depositae vestes dicuntur Hymn. in Aphr. vs. 165. 7) Od. I, 439 seqq. De θαλάμος vid. infra c. 10. §. 4, 6.

§. 2. Lecti autem potissimum erant lignei, quod testatur Ulysseus ille, quem ex olea ipse fabricaverat, et auro, argento atque ebore exornaverat, funiculos ex loro bubulo hinc inde aptans e fulcris, quae ἑρμῖνας vocat. Quae singula ipsum Laërtiadem narrantem audiamus:

Καὶ τότ' ἔπειτ' ἀπέκοψα κόμην τανυφύλλου ἐλαίης·
Κορμὸν δ' ἐκ ῥίζης προταμὼν, ἀμφέξεσα χαλκῷ
Εὖ καὶ ἐπισταμένως, καὶ ἐπὶ στάθμην ἴθυνα,
Ἑρμῖν' ἀσκήσας· τέτρηνα δὲ πάντα τερέτρῳ.
Ἐκ δὲ τοῦ ἀρχόμενος λέχος ἔξεον, ὄφρ' ἐτέλεσσα,
Δαιδάλλων χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ ἠδ' ἐλέφαντι,
Ἐκ δ' ἐτάνυσσα ἱμάντα βοὸς, φοίνικι φαεινόν. 1.

Qua ratione, inquit Feithius, λέχεα τρητὰ, lectos perforatos, subinde appellat Homerus 2, τετρυπημένα πρὸς τὴν τῶν σχοινίων δέσιν, ob foramina in spondis facta, per quae τόνοι, funes, trajiciebantur, qui sustinerent ipsum lectum 3. Eodem fere modo τρητοῖς ἐν λεχέεσσι explicat Ernest., ut sint fulcra perforata, quae funiculis jungi possint ad stragulas vestes sustinendas 4. In eorum verborum explicatione mire variant et trepidant adeo Scholiastae ac Grammatici 5. Cum Feithio et Ernesto facit Hesychius 6. Contra Heynius, qui, simplicissimum erat videre, inquit, τερεῖν latius dictum esse pro sculpere, fabricari: esse adeo τρητὸν λέχος idem, quod κλισίη δινωτὴ et εὔτυκτος: quo generaliori verbo tota ars totumque opus declaratur 7. Huic assentitur Schol. br. qui habet καλῶς κατεσκευασμένον 8. Utri sententiae albus calculus adjiciendus sit, adfirmare non ausim, cum suus utrique locus esse possit. A vero ta-

1) Od. XXIII, 195 seqq. 2) Vid. Od. I, 440. X, 12 seqq. Il. III, 448. XXIV, 720 seqq. 3) Vid. Feith. Ed. Stöb. p. 334. cit. Schol. ad Il. III. vs. l. 4) Vid. Ern. ad Il. XXIV vs. l., qui addit » ut intelligit etiam Cl. Riccius Disp. Hom. Tom. II. p. 149. «
5) Vid. eos ap. Heyn. Var. Lectt. et Observ. ad Il. III, 448. et l. l.
6) In v. τρητοῖσι 7) Vid. Heyn. Var. Lectt. et Observ. ad Il. l. l.
8) Ad. Il. XXIV, 720 seqq.

tamen haud longe, ut videtur, aberraveris, si in his veteres utilitatem non magis spectasse quam ornatum, huic certe illam conjunxisse, statueris [1].

§. 3. Quibus lecti [2] sternebantur, hoc versu conjunxit Homerus:

Δέμνια καὶ χλαῖναι καὶ ῥήγεα σιγαλόεντα [3].

Erant tamen et alia his molliora et numero plura, quibus incumbebant ditiores, cum e contrario pauperiores ne iis quidem semper gauderent, quae vs. l. continentur. De singulis videamus.

Δέμνιον sive δέμνια (plurali enim numero saepius usus est Poëta) vel lectum notant cum omni ejus apparatu, vel στρώματα s. στρωμνὴν designant, id est, eam strati partem, quae ipsis fulcris et funiculis, quae diximus, imponitur, cui dormientes incubant: unde ab Eustathio dicuntur ὑποκεῖσθαι δίκην κλίνης [4]. Δεμνίοις injiciebant ῥήγεα καλὰ πορφύρεα [5], quae sunt βαπτὰ ἱμάτια, ἢ ὑφάσματα, ἢ καὶ ἄλλων τὰ περιστρώματα καὶ πάντα τὰ βαπτὰ [6]. Variant tamen in ea re testimonia, quae cum in Iliade tum in Odyssea inveniuntur. Nonnunquam enim δέμνια vel ovium et leonum vel ursorum aliorumque animalium pellibus tecta dicuntur, quae κώεα nuncupantur. Aliquando primum κώεα, tum χλαῖναι in strato memorantur, quibus denique immissa traduntur ῥήγεα, vestes purpureo fere colore tinctae [7], iisque denuo super insternunt τάπητας [8], ve-

1) Köpp. ad Il. III, 448 vertit: im schön durchbrochenen Bette: das gewöhnliche Beywort der fürstlichen Betstellen, weil sie mit durchbrochenen Arbeit gezieret waren. 2) Εὐνή, λέχος, λέκτρα, δέμνια. 3) Vid. Od. XI, 188. XIX, 318. al. in Odyss. In Iliade autem non nisi semel vox δέμνια occurrit Il. XXIV, 644. 4) Ad Il. XXIV, vs. 1. Cf. Schol. ad Od. l. l. 5) Ut Il. XXIV, 645 seq. Od. IV, 297 seq. etc. 6) Vid. Eustath. ad Il. l. l. et Od. III, 349. Cf. ceteri Schol. qui addunt: ῥῆξαι γὰρ οἱ ἀρχαῖοι ἔλεγον τὸ βάψαι. Alibi ῥήγεα σιγαλόεντα dicuntur ut Od. XXIII, 180. 7) Vid. Od. XXIII, 179 seq. Il. IX, 617. Hymn. in Aphr. vs. 159 seqq. 8) Vid. Il. et Od. l. l. etc.

vestes item stragulas, sed prioribus, quae hirsutae forte erant, molliores, unde οὖλαι nominantur [1]. Ceterum capiti supponebant τάπητας, ut ex ipsius Homeri verbis apparet, ubi de Diomede dormiente,

Αὐτὰρ, inquit, ὑπὸ κρατέσφι τάπης τετάνυστο φαεινὸς [2].

Pro quo in Phoenicis lecto adfuit λίνοιο λεπτὸν ἄωτον [3]. Λέχος, quod pluribus vestibus stragulis tectum mollitie ceteris excellebat, πυκινὸν dixit Homerus [4], qualis ejusdem Phoenicis lectus fuit, cui instrata erant

Κώεά τε, ῥῆγός τε, λίνοιο τε λεπτὸν ἄωτον [5].

Decubituri corpus χλαίνῃ tegebant, quae in eum usum lecto imposita jacebat, et οὔλη fuisse traditur, i. e., lanea, δασεῖα καὶ οὐλότητα ἔχουσα [6]. Quod indusium, ut ita dicam, Polluci est ἐνεύναιον περιβόλαιον seu ἱμάτιον εὐναῖον καὶ παρευναῖον μέγα καὶ δασὺ [7]. Ejus autem usum ipse Poëta indicat dicens:

Χλαίνας τ' ἐνθέμεναι οὔλας καθύπερθεν ἕσασθαι [8].

§. 4. Nec tamen aut semper aut omnibus eodem modo lecti sternebantur. Quod quominus fieret vel rerum prohibebat opportunitas vel vestium stragularum, apud pauperiores praesertim, inopia. Otiose enim et quiete domi desidentibus, ex iisque ditioribus tantum, contigit, ut molli strato, quod diximus, corpus imponerent. Unde fit, ut in Odyssea πυκινῶν λέχεων frequens mentio fiat, in Iliade contra rarior. Immo rarissimus erat omnibus numeris absolutus ille, quem descripsimus, lecti apparatus. Vulgaria contra et communia sunt, quae saepius laudavit Poëta,

Δέμ-

1) Vid. Il. XVI, 224. 2) Il. X, 156. 3) Il. IX, 657. 4) Vid. Il. L. l., 617. Od. III, 349. al. 5) Il. L. l. vs. 657. Cf. Od. XIII, 73. et Hesych. in v. πυκινὸν. Minus recte Eustath. exponit: ἵνα φέρειν ἔχῃ στεῤῥῶς τὰ ἐπικείμενα, ad Od. XXIII, 179. 6) Cf. Schol. ad Il. XVI, 224. 7) Vid. Pollux L. VII. c. 13. cll. L. X. c. 27. 8) Quae Il. XXIV, 646. et Od. IV, 296. leguntur. Cf. Od. XIV, 520 seqq. XIX, 317. XX, 143. XXIII, 180.

Δέμνια καὶ χλαῖναι καὶ ῥήγεα σιγαλόεντα· [1]

vel χλαῖναι tantum et ῥήγεα καλά [2], quibus qui careat πενιχρός merito vocetur. Hinc Nestor ad Athenen et Telemachum, cum in navem, qua patriam peterent, essent abituri, ne a me discedatis, inquit,

Ὥστέ τευ ἢ παρὰ πάμπαν ἀνείμονος, ἠὲ πενιχροῦ,
Ὧι οὔτε χλαῖναι καὶ ῥήγεα πόλλ' ἐνὶ οἴκῳ,
Οὔτ' αὐτῷ μαλακῶς, οὔτε ξείνοισιν ἐνεύδειν [3].

In bello heroes nullo dilectu facto iis, quae praesto erant, fessi incumbebant. Quod Diomedis exemplo constet, quem Agamemnon et Menelaus, imminentis periculi sollicitudine somno excussi, noctu adierunt et armatum extra tentorium cubantem invenerunt:

. . . . . . ὑπὸ δ' ἔστρωτο ῥινὸν βοὸς ἀγραύλοιο
Αὐτὰρ ὑπὸ κράτεσφι τάπης τετάνυστο φαεινός [4].

Pauperiores denique in pellibus tantum vel in foliis coacervatis somnum carpebant. Ita Ulysses apud Eumaeum, qui hospiti

. . . . τίθει . . . πυρὸς ἐγγὺς
Εὐνήν, ἐν δ' οἰῶν τε καὶ αἰγῶν δέρματ' ἔβαλλεν [5].

et singulari sua in eundem pietate ductus

. . . . . . ἐπὶ . . χλαῖναν βάλεν αὐτῷ
Πυκνὴν καὶ μεγάλην, ἥ οἱ παρεχέσκετ' ἀμοιβάς [6].

Idem Ulysses mendici partes agens in sua ipsius domo

Οὐκ ἔθελ' ἐν λέκτροισι καὶ ἐν ῥήγεσσι καθεύδειν
Ἀλλ' ἐν ἀδεψήτῳ βοέῃ καὶ κώεσιν οἰῶν.
Ἔδραθεν ἐν προδόμῳ· χλαῖναν δ' ἐπιέσσαμεν ἡμεῖς [7].

AN-

1) Vid. Od. XI, 188. XIX, 318. al. 2) Vid. e. g. Od. III, 551. In his vero, ut in ceteris, ex Poëtae silentio nihil auctoritatis petere certive quid affirmare licet, nisi reliquarum vestium defectum nominatim significaverit, aut de pauperiorum lectis ipsi sermo fuerit. Tot tantisque tenebris plurima, quae eorum temporum mores, instituta, cetera spectant, obsita esse vehementer dolemus. 3) Od. III, 348 seqq. Cf. Od. XI, 187 seqq. 4) Il. X, 155 seq. 5) Od. XIV, 518 seq. 6) Od. L. l., 520 seq. Utrum Poëtam an subulcum magis admirer et vero deligam, quoties illum Odysseae librum legi, dubius haereo. 7) Od. XX, 141 seqq. Sunt autem Eurycleae verba ad Telemachum.

Quae pauperum et δμώων cubandi ratio plenius etiam notatur iis, quae in inferis Ulyssis mater filio de patre ipsam interroganti respondit;

. . . . ὅγε χεῖμα μὲν εὕδει, ὅθι δμῶες, ἐνὶ οἴκῳ,
Ἐν κόνι, ἄγχι πυρὸς, κακὰ δὲ χροῒ εἵματα εἶται·
Αὐτὰρ ἐπὴν ἔλθῃσι θέρος, τεθαλυῖά τ' ὀπώρη,
Πάντῃ οἱ κατὰ γουνὸν ἀλωῆς οἰνοπέδοιο
Φύλλων κεκλιμένων χθαμαλαὶ βεβλήαται εὐναί [1].

CAPUT NONUM.

DE LAVATIONE ATQUE UNCTIONE.

§. 1. Frequentissima erat heroicis temporibus corporis lavatio et unctio, qua non tantum corporis sordes abluerent, sed et animum recrearent. Utrumque veteres spectasse testatur Eustathius, cum βαλανεῖον introductum esse affirmat, ut esset ῥύπου μὲν ἀποθετικὸν, ἀναψυχῆς δέ τινος αἴτιον [2]. Praeter maximum enim, quo elucebant Graeci, studium pulcri atque decori, publica eorum vita frequentataeque corporum sub dio exercitationes in causa fuisse videntur, qua re collectum pulverem abstergerent corporibusque laborando et sudando debilitatis amissum vigorem ac robur redderent et augerent [3]. Quam qui-

1) Od. XI, 189 seqq. De Sellis, qui Zei Dodonaei ὑποφῆται austeriorem vitae rationem sectabantur χαμαιεῦναι, vidimus L. 1. c. 10. §. 2. 2) Vid. Eustath. ad Il. X, 577. cll. vs. 574 seq. 3) Ἐλαίῳ δ' ἐχρίσαντο, inquit Eustath. ad Od. III, 466, οἱ λουσάμενοι ἐμπλάττοντες τοὺς σωματικοὺς πόρους, ὡς ἂν μετὰ λοῦτρον ἀπέχοιεν τὴν ὑγρότητα.

quidem corporis curam ad pulchritudinem et nitorem plurimum facere existimabant [1].

§. 2. Hinc igitur perpetuum fere est apud Homerum [2], ut, qui a proelio redeunt aut alioqui e longinquo itinere in aedes alicujus divertuntur, laventur et ungantur, indeque ad epulas concedant [3]. Ita Diomedes et Ulysses, a Trojanorum castrorum nocturna exploratione redeuntes,

. . . . λοεσσαμένω καὶ ἀλειψαμένω λίπ' ἐλαίῳ,
Δείπνῳ ἐφιζανέτην [4].

Telemachus et Pisistratus in Menelai aedes adventantes ab ancilla loti et uncti ad epulandum invitantur [5]. Idem factum, quotiescunque hilaritate tristitiam temporum condire volebant; quemadmodum Penelope, quam lacrimis missis se lavare et faciem sibi inungere jubet Eurynome:

. . . . ἐπεὶ κάκιον πενθήμεναι ἄκριτον αἰεί [6].

§. 3. Aqua etiam marina se abluere et reficere solebant heroes, quod de Diomede et Ulysse tradit Homerus:

Αὐτοὶ δ' ἱδρῶ πολλὸν ἀπενίζοντο θαλάσσῃ
Ἐσβάντες, κνήμας τ' ἠδὲ λόφον, ἀμφί τε μηρούς·
Αὐτὰρ ἐπεί σφιν κῦμα θαλάσσης ἱδρῶ πολλὸν
Νίψεν ἀπὸ χρωτὸς, καὶ ἀνέψυχθεν φίλον ἦτορ,
Ἔς κ. τ. λ. [7].

Nimirum quia admodum καθαρτικὴ haec aqua habebatur

1) Cf. Heyn. Exc. IX. ad Il. I, 529. Idem notat Stöber. ad h. l. De cadaverum lavatione et unctione diximus L. 1. c. 12. §. 3.
2) Vid. praeter plurimos locos, qui ex Odyss. huc citandi forent, in primis Il. X, 572 seqq. XVIII, 350 seq. Probe velim teneas hos locos, ait Stöber. in not. ad Feith. p. 341., ex quibus forte argui possit erroris Athenaeus qui L. 1. p. 18. fin. ex Homero observasse sibi videtur, nullum in Iliade reperiri exemplum eorum, qui ante pastum manus lavarint: quasi id esset tantum hominum otiosorum, quorum vita in Odyss. potissimum designatur.
3) Cf. infra c. 13. §. 4.
4) Il. X, 577 seq.
5) Vid. Od. IV, 49 seq. Cf. Od. XVII, 88. Athen. L. IV. p. 178. E.
6) Od. XVIII, 173. cll. vs. praec.
7) Il. X, 572 seqq.

tur et nervis utilissima, ut asserit Athenaeus: κάπεν μὲν θαλάττῃ λύσαντες, ἥ μάλιστα τοῖς νεύροις ἐστὶ πρόσφορος [1]. Alioqui et in fluviis lavabantur heroes, ut Agenor

. . . . λοεσσάμενος ποταμοῖο,

Ἱδρῶ ἀποψυχθεὶς [2].

§. 4. Saepius vero domi calidis balneis utebantur, unde Diomedes et Ulysses, quos supra memoravimus, postquam mari se abluissent,

Ἔς ῥ' ἀσαμίνθους βάντες εὐξέστας λούσαντο [3].

quibus maris spuma et sordibus corpus purgarent. Andromache aquam lebete calefieri curat

. . . . ὄφρα πέλοιτο

Ἕκτορι θερμὰ λοετρὰ μάχης ἐκ νοστήσαντι [4].

Nestor ad Machaonem vulneratum, bibe, inquit, αἴθοπα οἶνον

Εἰσόκε θερμὰ λοετρὰ ἐϋπλόκαμος Ἑκαμήδη . . . .

Θερμήνῃ [5].

Telemachum lavit pulchra Polycaste, Nestoris filia natu minima;

Αὐτὰρ ἐπεὶ λοῦσέν τε, καὶ ἔχρισεν λίπ' ἐλαίῳ,

Ἀμφὶ δέ μιν φᾶρος καλὸν βάλεν ἠδὲ χιτῶνα [6].

Puellae enim plerumque lavandi et unguendi officio fungebantur, lotisque et unctis vestes induendas praebebant, quod in vita heroica nil habuit quod offenderet regiisve filiabus indignum haberetur. Quin immo; sua in Deos transferentes, Hebae ipsi illud in coelo ministerium tribuerunt, ut monet Poëta, qui, belli Deum, inquit,

. . . Ἥβη λοῦσε, χαρίεντα δὲ εἵματα ἕσσε [7].

Eodem munere alibi famulae fungebantur, ut in Itha-

1) L. I. p. 24. C. Cf. Eustath. ad Il. l. l. et dicta L. 2. c. 3. Vid. et Od. VI, 85. cll. vs. 91 seqq. 2) Il. XXI, 560. De v. ἀποψυχθεὶς vid. Heyn. et Köpp. ad Il. XI, 620. 3) Il. X, 576. Cf. infra c. 11. §. 4. 4) Il. XXII, 443 seq. 5) Il. XIV, 6 seq. 6) Od. III, 464 seq. Eadem occurrunt Od. VIII, 454 seq. Cf. de Phaeacibus Od. l. l. vs. 249 seqq. 7) Il. V, 905. al. Cf. Athen. L. I. p. 10. D.

Ithaca [1] et Menelai [2] Laërtisque domo [3]. Aqua autem, qua lavarentur, τρίποδι infusa, qui inde λοετροχόος dicitur, igne calefieri solebat, quam in ἀσάμινθον deinceps effundebant, quemadmodum de Arete ceterisque ancillis, Ulyssi ἀσάμινθον parantibus, memoriae traditum est.

. . . . Ἀρήτη δὲ μετὰ δμωῇσιν ἔειπεν,
Ἀμφὶ πυρὶ στῆσαι τρίποδα μέγαν ὅττι τάχιστα.
Αἱ δὲ λοετροχόον τρίποδ' ἵστασαν ἐν πυρὶ κηλέῳ.
Ἐν δ' ἄρ' ὕδωρ ἔχευαν, ὑπὸ δὲ ξύλα δαῖον ἑλοῦσαι.
Γάστρην μὲν τρίποδος πῦρ ἄμφεπε, θέρμετο δ' ὕδωρ [4].
Αὐτόδιον δ' ἄρα μιν ταμίη λούσασθαι ἄνωγεν
Ἔς ῥ' ἀσάμινθον βάνθ' [5].

Quanti autem quotidianam lavationem ea aetate fecerint ex iis apparet, quae prioribus adduntur:

. . . . ὁ δ' ἄρ' ἀσπασίως ἴδε θυμῷ
Θερμὰ λοέτρ'· ἐπεὶ οὔτι κομιζόμενός γ' ἐθάμιζεν,
Ἐπειδὴ λίπε δῶμα Καλυψοῦς ἠϋκόμοιο·
Τόφρα δέ οἱ κομιδή γε, θεῷ ὥς, ἔμπεδος ἦεν [6].

§. 5. Post lavationem corpus inungebant, ut ex locis superiore paragrapho laudatis cuique, ni fallor, abunde patuit. Non erant autem unguenta Iliacis temporibus, teste Plinio [7], qualia posterioribus seculis in usu fuerunt. Oleum duntaxat pingue et nitidum, λίπα ἔλαιον [8], adhibebant, cui odorem seu aliud quid rosaceum immixtum esse legimus, unde ῥοδόεν ἔλαιον dicebatur, quo Aphrodite Hectoris cadaver inunxit, ut a putredine et corruptela amicum mortuum tueretur [9]. Alias ἔλαιον ἀμβρόσιον nuncupatur ἑδανον

1) Vid. Od. XVII, 88. wo es unverheirathete Köningstöchter gar nicht giebt, inquit Nitzsch. ad Od. III, 464. Cf. VIII, 454 seqq. 2) Vid. Od. IV, 49. 3) Od. XXIV, 364 seq. 4) Od. VIII, 433 seqq. 5) Od. L. l. vs. 449 seq. 6) Od. L. l. vs. 450 seqq. 7) Hist. Nat. L. XIII. c. 1. 8) Vid. Il. X, 577 ibiq. Heyn. et Köpp. 9) Vid. Il. XXIII, 186.

ἐον [1] et τεθυωμένον, suave et odoribus conditum, quo unguenti loco usa est Here:

. . . . ἀλείψατο δὲ λίπ' ἐλαίῳ
Ἀμβροσίῳ, ἑδανῷ, τό ῥά οἱ τεθυωμένον ἦεν [2].

Hujus loci meminit quoque Athenaeus, qui multus est in re unguentaria exponenda, et Homerum χρῆσιν τῶν μύρων novisse contendit, etsi illa addito epitheto ἔλαια nuncupet [3]. Eadem fere habet Scholiastes [4], qui Poëtam vocem μύρον ignorasse (quippe qua primum Archilochus usus traditur [5]) conficiendi tamen unguenti rationem novisse scribit: nam τὸ ῥόδινον μύρον declaravit per ῥοδόεν ἔλαιον [6]. Ut ut est, unguentum, qualecunque tandem, quantum ad gratiam conciliandam valeret, haud ignorans Homerus, non tamen εἰσήγαγε μύροις ἀλειφομένους τοὺς ἥρωας (nisi quod post lavationem eo corpus illinerent) πλὴν τὸν Πάριν [7], qui fuit κάλλεϊ στίλβων [8].

§. 6. Vestes, ut vidimus, a puellis post lavationem et unctionem afferebantur [9], quas saepius lavabant mulieres, nec ancillae tantum, ut de Phoenissa illa, quacum raptus erat Eumaeus, et de aliis constat [10], at puellae etiam nobilissimae, qualis Nausicaë, Phaeacum regis filia pulcherrima eademque pudicissima, quae Homero teste cum ancillis ex urbe curru vecta vestes lotum erat profecta. De quibus Poëta:

. . . . ταὶ δ' ἀπ' ἀπήνης
Εἵματα χερσὶν ἕλοντο, καὶ ἐσφόρεον μέλαν ὕδωρ·
Στεῖβον [11] δ' ἐν βόθροισι [12] θοῶς ἔριδα προφέρουσαι.

Αὐ-

1) De v. ἀμβρόσιος vid. Heyn. Exc. IX. ad Il. L. I. de v. ἑδανὸν Buttmanni. Lexil. tom. II. p. 14 seq. 2) Il. XIV, 171 seq. Cf. Od. XVIII, 190 seqq. 3) Vid. Athen. L. XV. p. 688. D. 4) Ad Il. XXIII, 186. 5) Vid. Athen. l. l. 6) Cf. Heyn. Var. Lectt. et Observ. ad Il. XIV, 172. et XXIII, 186. 7) Ex Ejusd. Athenaei sententia L. I p. 18. F. 8) Vid. Il. III, 392. 9) Vid. h. c. §. 4. 10) Vid. Od. XIV, 419 seqq. al. 11) Lavandi modum animadvertas, hac voce significatum. 12) Βόθροι Hesych. sunt ὀρύγματα γῆς. Cf. Eustath. ad Od. VI, 40.

Αὐτὰρ ἐπεὶ πλῦνάν τε, κάθηράν τε ῥύπα πάντα,
Ἑξείης πέτασαν παρὰ θῖν' ἁλὸς, ἧχι μάλιστα
Λάϊγγας ποτὶ χέρσον ἀποπλύνεσκε θάλασσα [1].

Quae vestes lotae eo loco, quo erant dispositae;

. . . . ἠελίοιο μένον τερσήμεναι αὐγῇ [2]

ut eas dein rite complicatas domum aveherent, πτύξασαι εἵματα καλὰ [3]. In eam rem Trojanis prope urbem labra saxea erant structa, ut notavit Homerus:

. . . . πλυνοὶ [4] εὐρέες ἐγγὺς ἔασι
Καλοὶ, λαΐνεοι, ὅθι εἵματα σιγαλόεντα
Πλύνεσκον Τρώων ἄλοχοι, καλαί τε θύγατρες,
Τὸ πρὶν ἐπ' εἰρήνης, πρὶν ἐλθεῖν υἷας Ἀχαιῶν [5].

Candidis purisque vestibus indui decorum habebatur, praesertim apud Phaeaces, quibus inde verosimiliter εἵματα ἐξημοιβὰ gratissima fuisse dicuntur [6]. Eorum regem in primis illud decere existimabant, et universe omnes, quoties laetitiae se daturi essent [7]. Amabilem Nausicaën haec patri indicantem audiamus, cum ab eo, ut currus sibi instrueretur [8], rogaret,

. . . . . . ἵνα, inquit, κλυτὰ εἵματ' ἄγωμαι
Ἐς ποταμὸν πλυνέουσα, τά μοι ῥερυπωμένα κεῖται.
Καὶ δέ σοι αὐτῷ ἔοικε μετὰ πρώτοισιν ἐόντι
Βουλὰς βουλεύειν καθαρὰ χροῒ εἵματ' ἔχοντα.
Πέντε δέ τοι φίλοι υἷες ἐνὶ μεγάροις γεγάασιν,
Οἱ δύ' ὀπυίοντες, τρεῖς δ' ἠΐθεοι θαλέθοντες·

Οἱ

1) Od. VI, 90 seqq. 2) Od. L. l. vs. 98. 3) Vid. Od. L. l. vs. 111. 4) Πλυνοὶ, πύελοι, ἐν αἷς τὰς ἐσθῆτας ἔπλυνον· ἢ βόθροι, ὅπου πλύνουσι. Hesych. in v. Eustathius ad Od. VI, 40. habet: πλυνοὶ δὲ, παρὰ μὲν ἄλλοις, σκάφαι τινὲς χρήσιμοι πλύνειν· παρὰ δὲ Ὁμήρῳ, βόθροι, ἐν οἷς ἔπλυνον. Od. L. l. vs. 86 dicuntur ἐπηετανοὶ, ὡς δι' ὅλου ἔτους κοίλους μένοντας, καὶ μὴ ἀναπληρουμένους, οἷα εἰκὸς πάσχειν τὰ ζβεβοθρευμένα δι' ὀρύξεως, interpr. Eustath. ad l. l. 5) Il. XXII, 153 seqq. 6) Vid. Od. VIII, 248. 7) Cf. L. II. c. 14. §. 5. 8) Πολλὸν γὰρ ἄπο πλυνοί εἰσι πόληος Od. VI, 40. cll. vs. 84 seq.

Οἱ δ' αἰεὶ ἐθέλουσι νεόπλυτα εἵματ' ἔχοντες
Ἐς χορὸν ἔρχεσθαι· τὰ δ' ἐμῇ φρενὶ πάντα μέμηλεν [1].

CAPUT DECIMUM.

DE COMAE ORNATU.

§. 1. Ad corporis cultum cura quoque pertinet, quam in coma posuerunt, qua alenda et ornanda Graeci haud parum decoris sibi conciliare existimabant. Quare Homerus passim celebrat καρηκομόωντας Ἀχαιούς [2], id est, κομόωντας τὰ κάρηνα καὶ πολύτριχας, interprete Eustathio, qui addit: ἔθος ἦν αὐτοῖς, κόμην τρέφειν, οὐ μόνον εἰς κάλλος, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ φοβερόν. Οὕτω γὰρ καὶ λέων χαιτήεις φοβερώτερος τοῦ μὴ χαίτην ἔχοντος [3].

§. 2. Flava praecipue coma eo tempore celebrata erat, quam in Achille [4], Menelao [5] et Meleagro [6], qui inde ξανθοὶ nominantur, laudavit Homerus. Nec minus placebant crispi capilli, quos ideo Athenen, cum Ulyssi gratiam conciliaret, amico suo tribuisse finxit Poëta:

Οὔλας ἧκε κόμας, ὑακινθίνῳ ἄνθει ὁμοίας [7].

§. 3. Comas varie ornabant et pectebant, ut de Here traditur, quae χαίτας πεξαμένη [8] apte eas composuit in cincinnos, πλοκάμους s. πλοχμούς, qui passim prae-

1) Od. L. l. vs. 59 seqq. 2) Vid. e. g. Il. II, 11, 28, 51, 55. al. 3) Eustath. ad Il. L. l. vs. 11. 4) Vid. Il. I, 197. ibiq. Schol. 5) Vid. Il. III, 284. IV, 183, 210. 6) Vid. Il. II, 642. 7) Od. VI, 231. Οὖλαι δὲ κόμαι, αἱ συνεστραμμέναι. Eustath. ad Od. l. l. Eadem de causa Eurybaten dixit οὐλοκάρηνον Od. XIX, 246. 8) Vid. Il. XIV, 175 seq.

praedicantur. Exemplo sint quae de eadem Zeij conjuge leguntur:

. . . . . . χερσὶ πλοκάμους ἔπλεξε φαεινοὺς [1]
Καλοὺς, ἀμβροσίους, ἐκ κράατος ἀθανάτοιο [2].

Qui cincinni aureis vel argenteis, id est, auro argentove ornatis fasciis plerumque vinciebantur. Euphorbo Trojano κόμαι erant

. . . . χαρίτεσσιν ὁμοῖαι,
Πλοχμοί θ', οἳ χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ ἐσφήκωντο [3].

Ceteroquin cincinnos in cornu formam aliquando effingebant, quod notare videtur Poëta, cum Paridem dicat κέρᾳ ἀγλαὸν [4], οὐ τῇ τριχὶ ψιλῶς, inquit Scholiastes, ἀλλ' ἐμπλοκῆς τι γένος· εἰς κέρατος (γὰρ) τρόπον ἀνεπλέκοντο οἱ ἀρχαῖοι [5].

§. 4. In certam formam nonnulli comam praecidebant. In his Abantes, qui Euboeam incolebant, et ab Homero a ceteris distinguuntur epitheto ὄπιθεν κομόωντες [6], i. e., qui in posteriore capitis parte capillos alebant, in anteriore contra resecabant. Cujus moris causam veteres ab Abantum cum Curetibus pugna repetierunt, qua olim Curetes illos coma in fronte promissa apprehensos oaecidisse narrantur [7]. Thraces etiam, quos laudat Homerus, in coma ornanda suo more utebantur. Erant enim ἀκροκόμοι, cincinnos in vertice capitis habebant erectos, vel comam in summo capite nodo constrictam gerebant [8].

§. 5.

1) Eustathius exponit τοὺς ὑπερξανθίζοντας ad Il. XIV, 175 seq.
2) Il. L. l. vs. 176 seq. 3) Il. XVII, 51 seqq. Quo respicit Plinius cum apud Homerum virorum crinibus aurum implexum dicit. Hist. Nat. L. XXIII. c. 1. 4) Vid. Il. XI, 385. 5) Schol. A. ad Il. l. l. Vid. Heyn. Var. Lett. et Observ. quo loco varias interpretum sententias collectas exhibet. Ipsi Viro Cl. antiquis assentiendum videtur qui habent ἀγαλλόμενος, ἀγλαϊζόμενος τῷ τόξῳ. Mihi, ut quod sentio dicam, non item. 6) Vid. Il. II, 542. ad q. l. cf. Schol. et Interpr. 7) Vid. Schol. Eustath. ad l. l. Strabo L. X., p. 713, C. alii, quos vid. ap. Heyn. Var. Lectt. et Observ. ad Il. l. l.
8) Vid. Schol. et Interpr. ad Il. IV, 533.

§. 5. Moris praeterea priscis fuit, ut provectiore aetate comas, tanquam ἀπαρχὰς, patriis fluminibus abscissas consecrarent [1]. Quod votum infantes suscipiebant, ut adulti solverent. Ita in Patrocli funere Achilles

Στὰς ἀπάνευθε πυρῆς ξανθὴν ἀπεκείρατο χαίτην,
Τήν ῥα Σπερχειῷ ποταμῷ τρέφε τηλεθόωσαν [2].

Quam tamen non ipse Achilles sed ipsius pater Peleus Sperchio consecraverat quum sospes in patriam rediisset filius. Hic vero, in patriam se non rediturum, a matre monitus, paternum ipse votum patrio flumini solvit. Ejus loci meminit quoque Pausanias, eumque ritum omnibus Graecis communem fuisse colligit [3]: de quo tamen nihil monuit Homerus.

CAPUT UNDECIMUM.

DE DOMO [4].

§. 1. Omnium, quae in Homerica antiquitate illustranda veniunt, maxime ambigua et tenebris offu-

1) Vid. Schol. ad Il. XXIII, 140 seqq. qui fuse haec explicuerunt. 2) Il. l. l. 3) Vid. Attic. L. 1. c. 37. 4) De qua praeter Scholiastas, Grammaticos et Interpretes recentiores ad locos ex utroque Homeri poëmate in seqq. laudandos, vid. J. H. Voss, Homers Odyssee überzetst, cui operi Ulysseae domus tabulam et descriptionem subjunxit: K. Kärcher, Kurzgefasstes Handbuch und Handzeichnungen des Wissensw. aus der Mythol. und Archaeol. vierter Abschnitt. p. 182 seqq. et Homericae domus effigies, quam exhibet Tab. IV. fig. 1. In quo opere plurima reprehendit J. Horner in opere Philol. cui titulus, Jahrbücher für Philologie und Paedagogik: eine kritische Zeitschrift

fusa sunt, quae de domo in Poëtae carminibus occurrunt, in quibus enucleandis et inter se conciliandis frustra saepius desudarunt viri Doctissimi. Paucissima quippe de architecturae, heroicis quidem temporibus, conditione nobis innotuerunt: varia sunt hic illic dispersa ac vix conjungenda, quae tradidit Homerus: plurima turbant Scholiastae nec alter alteri convenit; quibus, ne plura dicam, factum est, ut suam quisque fere interpres domus formam sibi animo fingeret, ad quam Poëtae verba exacta explicaret vel contorqueret. Omnes, inquit Ernestus, descriptiones aedificiorum, etiam ab artis peritis factae, ambiguae sunt et vix intelligendae. Nos quidem plurimorum, qui de aedibus Homericis egerunt, sententia cognita, Homeri ejusque interpretum auctoritatem secuti, quae probabiliora visa sunt, trademus. Me peritiores, quid statuendum sit, judicent. Quod priusquam aggrediamur, principum praesertim virorum aedes ab Homero describi meminerint Lectores, ne eadem ratione atque artificio ceterorum omnium domus exstructas sibi fingant: quas quidem tenues et minore aut nulla fere arte conspicuas fuisse suspicamur, quales commemorare neque epici carminis natura ferebat nec Poëtae animus et consilium.

§. 2. Domum extrinsecus ambit murus s. septum, ἐρ-

schrift in Verbindung mit einem Verein von Gelehrten, herausgegeben von M. J. Jahn. Leipzig. 1826. Tom. 1. P. 2. p. 419 seqq. Hier ist wieder, inquit Censor, der durchaus imaginäre Palast des Odysseus aus dem Vossischen Homer mit einige Erweiterungen als Beyspiel einer Antiken Privatwohnung im Grundriss gegeben. Homericarum aedium formam descripsit Köppen., Erklar. Anmerk. zum Homer, ad Il. IX, 469 seqq. et Barthélemy, Voyage du jeune Anacharsis en Grece, Tom. III. c. 25. p. m. 107 seqq. Edit. Bipont.

ἑρκίον s. ἕρκος, τὸ περὶ αὐλὴν τεῖχιον [1], pinnis, θριγκοῖσι [2], munitum, quod χόρτος quoque dicitur [3]. In medio septo, quod ante domum aulam cingit, porta inest, θύραι εὐεργέες, duplicibus valvis, σανίδες δικλίδες, id est; διχόθεν κλειόμεναι itaque δίθυροι [4]. Quae valvae intus continentur vecte duplici [5], quae longitudine forium latitudinem non excedens per annulos, sive ligneos sive ferreos, minimum duos, utrisque forium tabulis insertos in sinistram dextramve partem moveri libere poterat. Mediae vero inter utrasque valvas posti quintus erat immissus annulus, per quem, reliquis latiorem, a dextra et sinistra parte singulae vectes clavis vel lori extrinsecus pendentis ope ita conjungebantur, ut altera alteram in annulo subiret vel praeteriret; nec tamen vectium extremitates annulos remotiores excederent, quo fiebat, ut fores introrsum moveri atque adeo aperiri non possent. Sic v. c. de duplicibus vectibus in Graec. castrorum porta Homerus:

. . . . δοιοὶ . . ἔντοσθεν ὀχῆες
Εἶχον ἐπαμοιβοὶ, μία δὲ κληῒς ἐπαρήρει [6].

Itaque qui fores claudit pessulos, ut diximus, seu vectes transversas in annulo conjungit, ut introrsum fores contineant. In quem usum, ut modo vidimus, etiam adhibebant lorum, ἱμάντα, quod vecti extremae affixum per portae foramen inserebatur, quo attrahendo vectes seu pessulos in annulo, mediae inter utrasque valvas posti impacto, componebant. Quod Homerus dixit θύρας κληῗδι κληῗσσαι [7], ἐπὶ κληῗδα τανύσσειν ἱμάντι [8] vel ἐπιῤῥήσσειν [9]. Unde etiam vectis, seu

1) Ut ait Eustath. ad Od. XXII, 376. quem cf. ad Il. IX, 469. Ipse quoque Homerus dixit αὐλῆς τειχίον Od. XVI, 343. Hinc αὐλὴ εὐερκὴς Il. IX, 468. Od. XXI, 389. 2) Vid. Od. VIII, 87. XVII, 267. 3) Vid. Schol. et Heyn. Var. Lectt. et Observ. ad Il. XI, 773. 4) Vid. Schol. ad Od. II, 345. 5) Quam modo κληῗδα Il. XII, 455 seq., modo ὀχῆα et plurali numero ὀχῆας passim nuncupabant. 6) Il. XII, 455 seq. 7) Vid. Od. XXI, 241. 8) Vid. Od. I, 442. Cf. IV, 802, 838. 9) Vid. Il. XXIV, 454, 456.

seu malis, obex nominatur ἐπιβλής, ut in his:

. . . . θύρην δ' ἔχε μοῦνος ἐπιβλὴς
Εἰλάτινος, τὸν τρεῖς μὲν ἐπιῤῥήσσεσκον Ἀχαιοὶ [1].

Quod si una vectis foribus esset obducenda, recte nonnulli duos ἱμάντας fuisse statuunt ἐξηρτημένους διά τινων τρήσεων, ὃν μὲν ἐκ δεξιῶν, ὃν δὲ ἐξ ἀριστερῶν· εἰς τὸ δύνασθαι ἀνοῖξαι καὶ κλεῖσαι [2]. Quae si duae fuerint, nobis quidem unum lorum satis fuisse videtur. Alter enim ἱμάς clavis (de qua mox videbimus) usum impedivisset, nec ἱμάντι in foribus aperiundis sed in claudendis utebantur, si quid recte video, quoniam pessulos s. vectes conjunctas ἱμάντι tantum distrahere non possent, quantum ad fores aperiundas disjungendae fuissent. Quibus rationibus moti Eustathio assentimur, qui ad Odyss. Libr. I. vs. 442. κληῖδα, inquit, λέγει οὐ σκεῦος ἀπὸ σιδήρου, ἀλλὰ μοχλὸν, ἐντὸς μὲν τῆς θύρας ἐξημμένον, καὶ ἐπὶ τὰ κάτω καθειμένον ἤτοι κεχαλασμένον, ἱμάντι δὲ ἔξωθεν σπώμενον καὶ ἀνελκόμενον καὶ ἐπιζυγοῦντα τὴν θύραν [3]. Ea ratione foribus obductis vectibus, ἱμάς fere totus exstractus e foramine extra portam dependebat, quem itaque collectum involvebant annulo, qui κορώνη vocabatur. Hinc de Penelope Ulyssei thalami fores apertura Homerus:

Αὐτίκ' ἄρ' ἥγ' ἱμάντα θοῶς ἀπέλυσε κορώνης,
Ἐν δὲ κληῖδ' ἧκε, θυρέων δ' ἀνέκοπτεν ὀχῆας,
Ἄντα τιτυσκομένη [4].

Quo quidem loco, ut in aliis, κληΐς clavem significat. Loro igitur ἐκ κορώνης soluto fores aperturi, foramini alteri in porta facto inserebant clavem aeream, χαλκείην [5], cui

1) Il. XXIV, 453 seq. Quo casu media postis non adfuisse videtur adeoque nec annulus posti infixus. Praeteribat ergo forium juncturas unus ille obex et annulis alterius januae inserebatur. 2) Schol. ad Od. I, 442. 3) Passov. in Lex. in v. clavem in claudenda janua quoque adhibitam statuit, cum dicat: der Schlüssel befand sich an der äussern Seite der Thür, und wurde, wenn man das Zimmer verliess, herumgedreht, wodurch der inwendig angebrachte Riegel, ὀχεύς, vorgeschoben ward, und dann herausgezogen. Cf. Schneider Lex. in v. κλεὶς. 4) Od. XXI, 46 seqq. 5) Vid. Od. L. l. vs. 7.

cui capulus eburneus erat praefixus: κώπη δ' ἐλέφαντος ἐπῆεν [1]. Fuit autem adunca, qua vectium foribus obductarum altera saltem retro moveretur, ut hac in alterutram postem reducta porta pateret. Qua in re nobiscum facit magnus Huetius [2], qui multis erudite disputat de veterum clavibus, ostenditque fuisse genus quoddam clavium, quae curvae fuerint instar curvarum falcium: eas januis clausis per foramen fuisse insertas ad excutiendos pessulos et repagula, et eburneos vel ligneos capulos illis fuisse praefixos, unde intelligatur, claves eas fuisse praelongas, quod probat ex Homero et ejus interprete Eustathio [3]. In quibus repagulis removendis viribus et robore utendum esse, propriis vocibus significavit Poëta, cum diceret ἀνακόπτειν ὀχῆας θύρετρα, κληῗδι πλήσσειν [4] vel ἐπιῤῥήσσειν [5], similia.

§. 3. Ante fores, quas diximus, sedilia lapidea adsunt, quibus saepius consident, ut Nestor:

Ἐκ δ' ἐλθὼν, κατ' ἄρ' ἕζετ' ἐπὶ ξεστοῖσι λίθοισιν,
Οἵ οἱ ἔσαν προπάροιθε θυράων ὑψηλάων,
Λευκοί, ἀποστίλβοντες ἀλείφατος [6].

et cum Menelao Telemachus [7], cui assidens de erroribus suis exposuerat [8]. Ejusmodi sedilibus insidet etiam Eumaeus [9], et Proci

Ἐκ δ' ἦλθον μεγάροιο παρὲκ μέγα τειχίον αὐλῆς,
Αὐτοῦ δὲ προπάροιθε θυράων ἑδριόωντο [10].

§. 4. Per portam apertam in atrium, αὐλὴν, pervenimus, quod est locus apertus et vacuus, τόπος ὑπαίθριος, ut ait Athenaeus [11]. Spatium autem ante αὐλὴν, quod portam ingresso permeandum est ut αὐλὴν ipsam in-

1) Vid. Od. l. l. 2) In Demonstratione Euangelica, cap. IV, ubi agit de loco Jsaiae XXII, 22. 3) Ita Graevius in prooemio extr. ad Callimachi Hymnos. Cf. Schol. ad l. l. 4) Vid. Od. XXI, 47, 50. 5) Vid. Il. XXIV, 454, 456. seq. quod Il. VI, 89 simpliciter est θύρας οἰγνύναι. 6) Od. III, 406 seqq. 7) Vid. Od. XV, 62 seq. 8) Vid. Od. IV, 311 seqq. 9) Vid. Od. XIV, 5. 10) Od. XVI, 343 seq. 11) Vid. pag. 189. E.

intro eas, πρόθυρα dicitur [1], quamvis eadem voce aliquando locus quidam intra αὐλὴν, adeoque ipsius atrii pars significari videatur [2]. Πρόθυρον, inquit Ernestus [3], est atrium et αὐλὴ vestibulum subdivale. Πρόθυρα et πρόδομος, ex Vossii sententia, omnino ad eas aedificii partes referenda sunt, quae intrantibus ex adverso sunt, et generali notione vel spatium ante fores aedificiis vacuum vel aedium partem aliquam designant [4]. Adventantes hospites ἐν προθύροισι exspectant fere, donec adsint, qui ipsos amice exceptos intro ducant [5]. Ἐν αὐλῇ canes excubant [6]; mulorum, equorum, boumque stabula exstant [7] et οἴκημα exsurgit, quod θόλος dicitur, in quo supellectilia seponuntur. Est autem, teste Scholiasta, κυκλότερον οἴκημα, εἰς ὃ τὰ καθ' ἑκάστην ἡμέραν εἰς χρῆσιν πίπτοντα ἀπετίθεντο, οἷον κρατῆρας καὶ ἐκπώματα καὶ τὰ ὅμοια [8]. Ubi priorem αὐλῆς partem permeaveris, in interiorem ejus partem aditus patet per fores, quas Homerus nominat αἰθούσης θύρας [9] vel αὐλείας θύρας [10], quae atrii partes interiores silice stratae sunt. Τυκτὸν enim δάπεδον inibi fuisse notavit Poëta [11], quod etiam οὐδὸν αὔλειον dixit [12]. Quo αὐλῆς χόρτῳ in Pe-

1) Vid. Od. I, 103. XIV, 34 Il. XI, 777. XVIII, 496. 2) Vid. Od. XVIII, 101, 386. XX, 355. XXII, 474. Cf. Nitzsch. ad Od. IV, 20 seqq. 3) Ad Od. XX, 355. Cf. Passov. Lex. in v. πρόθυρον et αὐλή. 4) Vid. Voss. l. l. 5) Vid. Od. I, 103. IV, 20, 36, 43. Il. XI, 777. XVIII, 496. al. 6) Vid. Od. XVII, 291. Cf. Il. X, 183 seqq. Χρύσειοι καὶ ἀργύρεοι κύνες ἦσαν, δῶμα φυλασσέμεναι μεγαλήτορος Ἀλκινόοιο Od. VII, 91, 93. 7) Vid. Il. V, 140. X, 183 seqq. Od. XVII, 298. XX, 164. Cf. Od. IV, 39 seq. cll. 50; 43. Equis caret Ithaca Od. IV, 607. ad q. l. cf. Nitzsch. Vid. de Ithaca Od. XX, 27. XIII, 242 seqq. de cujus insulae descriptione Homerica adeas R. P. Knight Op. l. §. XLIX. p. 42 seq. 8) Ad Od. XXII, 442. 9) Vid. Od. XVIII, 101 seq. 10) Vid. Od. L. l. vs. 239. et XXIII, 49. 11) Vid. Od. IV, 627. XVII, 168. Eo loco caprae alligabantur, quas procis edendas adduxerat Melanthius Od. XX, 176, 189. cll. vs. 164. 12) Vid. Od. I, 104.

Pelei regia Διὸς Ἑρκείου ara erat exstructa, in qua Zeo libabat senex

Σπένδων αἴθοπα οἶνον ἐπ' αἰθομένοις ἱεροῖσι 1.

Eodem loco Phaeacum regi Alcinoö fons fuit, qui

. . . . ὑπ' αὐλῆς οὐδὸν ἵησι . . . .

Πρὸς δόμον ὑψηλὸν, ὅθεν ὑδρεύοντο πολῖται 2.

Aulae conjuncta est porticus, αἴθουσα, quae totam αὐλὴν cingit, unde interdum vocatur αἴθουσα εὐερκέος αὐλῆς 3. In qua porticu plures fores adsunt, quae ducunt ad θαλάμους, quos sigillatim positos patrisfamilias filii atque generi occupant. Itaque thalami δόμου 4, id est, totius domus intra ἕρκος partem efficiunt. In Priami regia quinquaginta ejusmodi θάλαμοι regis filiis, duodecim generis exstructi erant:

. . . . ἐν αὐτῷ 5

Πεντήκοντ' ἔνεσαν θάλαμοι ξεστοῖο λίθοιο,
Πλησίοι ἀλλήλων δεδμημένοι· ἔνθα δὲ παῖδες
Κοιμῶντο Πριάμοιο παρὰ μνηστῇς ἀλόχοισι·
Κουράων δ' ἑτέρωθεν ἐναντίοι ἔνδοθεν αὐλῆς
Δώδεκ' ἔσαν τέγεοι θάλαμοι κ. τ. λ. 6

In aula media vel alia quacunque ejus parte Telemacho thalamus fuit, de quo Poëta:

Τηλέμαχος δ', ὅθι οἱ θάλαμος περικαλλέος αὐλῆς
Ὑψηλὸς δέδμητο, περισκέπτῳ ἐνὶ χώρῳ,
Ἔνθ' ἔβη εἰς εὐνὴν, πολλὰ φρεσὶ μερμηρίζων 7.

Atrii pars, qua porticus ante μεγάρου fores porrigitur et introitus patet εἰς μέγαρον, nominatur πρόδομος 8. Ὑπ' αἰθούσῃ, in porticus parte proxime ipsum μέγαρον attin-

1) Il. XI, 775 seqq. Cf. Od. XXII, 534. et nos L. 1. c. 2. §. 2. 2) Od. VIII, 130 seq. 3) Il. IX, 468. Cf. Od. XXII, 449. et XXIII, 49. De vocis etymo vid. Scholiast. et Interpr. recent. 4) Quae tamen vox interdum etiam certam et definitam domus partem designat. 5) Δόμον dicit. 6) Il. VI, 243 seqq. ad q. l. vid. Heyn. et Köpp. Cf. Il. IX, 473 et Nitzsch. ad Od. III, 369. de cujus opera Cl. Dissen. retulisse video in Götting. Gelehr. Anz. Febr. 1827. p. 178. 7) Od. I, 425 seqq. 8) Vid. Il. IX, 469. Od. IV, 302.

tingente, ἐν προδόμῳ δόμου [1], hospitibus lecti sterni solerit. Quod Priami exemplo intelligatur, cui seni ejusque praeconi lectum parari jussit Achilles ὑπ' αἰθούσῃ [2], qui hospites, ut versibus aliquot interjectis ait Homerus,

. . . . ἐν προδόμῳ δόμου αὐθόθι κοιμήσαντο [3].

In vestibulo ante μέγαρον ea locum habuisse videntur, quae Odysseae libro decimo octavo de Ulysse traduntur [4], nec desunt, qui eodem loco in Laërtiadae et Menelai regia ἀσάμινθον adfuisse statuant [5]. In Alcinoi palatio extra aulam, ἔκτοσθεν αὐλῆς, itaque in spatio, ut videtur, quod inter αὐλὴν ejusque septum relinquitur, conspicuus fuit

. . . . μέγας ὄρχατος ἄγχι θυράων
Τετράγυος· περὶ δ' ἕρκος ἐλήλαται ἀμφοτέρωθεν·
Ἔνθα δὲ δένδρεα μακρὰ πεφύκει· κ. τ. λ. [6].

§. 5. Aula superata intrantibus adversum tenet primaria totius aedificii pars, τὸ μέγαρον inquam, in quo domi desides viri degunt, sese conveniunt, epulantur et hospites amice exceptos liberaliter quacunque ratione honorare certatim student. Hujus μεγάρου parietes, quos aulam ingressi prospiciunt, seu frontispicium, ut ita dicam, quod est ὑπ' αἰθούσῃ [7], variis ornamentis ex aere aliove fulgenti metallo confectis inductum splendet [8]. Qua de causa parietes illi παμφανόωντα ἐνώπια ab Homero vocantur [9]. Sunt, inquit Hesychius, τὰ κατ' ἀντικρὺ τοῦ πυλῶνος φαινόμενα μέρη, ἃ καὶ διεκόσμουν ἕνεκα τῶν παρόντων [10]. Eusta-

1) Vid. Od. IV, 302. cll. vs. 297 seqq. et XV, 5. 2) Vid. Il. XXIV, 644. 3) Il. L. l. vs. 673. Cf. Od. IV, 297 seqq. VII, 336, 345. XX, 1 seqq. 4) Vid. Od. XVIII, 19—100. 5) In his Voss. l. l. Cf. Nitzsch. ad Od. IV, 48. De ὀρσοθύρῃ vid. h. §. extr. 6) Od. VII, 112 seqq. Cf. quae sequuntur usque ad vs. 132. 7) Vid. Il. VI, 243. 8) Aere enim, auro, argento aliisque ejusmodi, ut principum palatia, ita Deorum templa late fulgent. Vid. infra h. §. extr. 9) Vid. Il. VIII, 435. XIII, 261. Od. IV, 42. XXII, 121. 10) Vid. Hesych. in v. ἐνώπια. Cf. Pollux L. II. c. 53. et Heyn. Var. Lectt. et Observ. ad Il. VIII, 435. et XIII, 260.

stathius contra ἐνώπια λέγει τοὺς ἑκατέρωθεν τῆς εἰσόδου τοίχους [1]. Ex quibus aliisque plurimis, quae referre me quidem taedet, qui certi quid effecerit magnus mihi erit Apollo. Ad certiora pergamus. Ad ea ἐνώπια acclinabant currus [2], arcus, et arma. Ulysses

Τόξον μὲν πρὸς σταθμὸν ἐϋσταθέος μεγάροιο
Ἔκλιν' ἑστάμεναι, πρὸς ἐνώπια παμφανόωντα [3].

Idomeneus ad Merionem, in tentorio, inquit,

Δούρατά γ', αἴκ' ἐθέλησθα, καὶ ἓν, καὶ εἴκοσι δήεις,
Ἑσταότ' . . . . πρὸς ἐνώπια παμφανόωντα [4].

Quo loco τὸ παμφανόωντα vel de hastarum et aliorum ornamentorum ex pariete pendentium splendore et fulgore interpreteris, vel cum Heynio explices, simpliciter, ut ait, de pariete, qui lucem excipit per fores admissam. Nam ipsum δῶμα, ut addit, atrium, lucem non nisi per fores apertas accipiebat aut igni in foco accenso [5]: unde etiam necessitas erat agendi pleraque ante fores, in vestibulo, non ut nos, in cubiculo, quippe luce per fenestras sparsa [6]. Aderant ἐν μεγάρῳ focus, ἐσχάρη, in quo ignem alebant [7], et λαμπτῆρες, quas alii ἐσχάρας μετεώρους ἐφ' ὧν ἔκαιον interpretantur, Eustathius vero easdem fuisse censet, ἃς νῦν οἱ ἀγροτικοὶ λυχνίας φασίν· ἐφ' ὧν δᾷδες κείμεναι κατὰ δόρπον ἀνάπτονται· ἢ ξύλα ξηρὰ διὰ τὸ ἄκαπνον· ἢ καὶ ἄμφω ἀναμίξ [8]. Quos λαμπτῆρας procis, quibus

. . . . τερπομένοισι μέλας ἐπὶ ἕσπερος ἦλθεν,
. . . . τρεῖς ἕστασαν ἐν μεγάροισιν
Ὄφρα φαείνοιεν· περὶ δὲ ξύλα κάγκανα θῆκαν,
Αὖα πάλαι, περίκηλα, νέον κεκεασμένα χαλκῷ·
Καὶ δαΐδας μετέμισγον· ἀμοιβηδὶς δ' ἀνέφαινον
Δμωαὶ Ὀδυσσῆος ταλασίφρονος [9].

Medio tecto, quo fumus abiret, foramen inerat, ὀπαῖα di-

1) Ad Od. XXII, 121. 2) Vid. Il. VIII, 435. Od. IV, 42. 3) Od. XXII, 120 seq. 4) Il. XIII, 260 seq. 5) Et lampadibus, vid. h. §. extr. 6) Heyn. Var. Lectt. et Observ. ad Il. VIII, 436. Cf. Köpp. ad l. l. 7) Vid. Od. VII, 153. XX, 123. al. 8) Quem vide ad Od. XVIII, 306. 9) Od. L. l. vs. 305 seqq.

dictum [1], id est, ut post alias ejus vocis interpretationes notat Eustathius, ὀπὴν τὴν ἐν μέσῳ τῆς ὀροφῆς, ἣν καὶ κάπνην καὶ καπνοδόκην ἐκάλουν [2]. Ut ceterae principum aedium partes, ita et μέγαρον splendidissime est ornatum, seu parietes cogites, seu ceteram supellectilem, quam in Menelai regia demirantur Nestoris et Ulyssis filii, quorum hic ad Pisistratum:

Φράζεο, Νεστορίδη, τῷ ἐμῷ κεχαρισμένε θυμῷ,
Χαλκοῦ τε στεροπὴν κὰδ δώματα ἠχήεντα,
Χρυσοῦ τ', ἠλέκτρου τε, καὶ ἀργύρου, ἠδ' ἐλέφαντος.
Ζηνός που τοιήδε γ' Ὀλυμπίου ἔνδοθεν αὐλή.
Ὅσσα τάδ' ἄσπετα πολλά· σέβας μ' ἔχει εἰσορόωντα [3].

In qua supellectili in primis celebrantur sedes [4] ad parietes undequaque dispositae, quibus ipsi insidebant, ceterosque adventantes excipiebant.

Ἐν δὲ θρόνοι περὶ τοῖχον ἐρηρέδατ' ἔνθα καὶ ἔνθα
Ἐς μυχὸν ἐξ οὐδοῖο διαμπερές [5].

Nec minore pretio habiti sunt crateres splendidi [6], qui τὸ μέγαρον intranti ad sinistram compositi sunt in loco, quem ἀνδρῶνα dixit Scholiastes [7]. Hinc inter procos Antinous:

Ὄρνυσθ' ἑξείης ἐπιδέξια πάντες ἑταῖροι,
Ἀρξάμενοι τοῦ χώρου, ὅθεν τέ περ οἰνοχοεύει [8].

et de Phemio Homerus:

Ἤτοι ὁ φόρμιγγα γλαφυρὴν κατέθηκε χαμᾶζε,
Μεσσηγὺς κρητῆρος ἰδὲ θρόνου ἀργυροήλου [9].

In

1) Vid. Od. I, 320. et auct. cit. ab Nitzsch. ad l. l. Cf. Schol. et Interpr. quorum alii aliter locum explicuerunt. 2) Ad Od. l. l. 3) Od. IV, 71 seqq. Cf. de Alcinoi regia Od. VII, 80 seqq. De metallis vid. nos passim, Heyn., Köppen. et Nitzsch. ad varios Iliadis et Odysseae locos: G. G. S. Köpke, über das Kriegswesen etc. Cap. 2. §. 4 seqq. p. m. 55 seqq. et A. L. Millin, Mineralogie Homerique, quem librum Germ. reddidit F. Th. Rink. Köningsberg und Leipzig. Ab. 1793. Cf. Goguet. Op l. passim. De electro egregia est Gesneri disput. in comm. Acad. Scient. Götting. Tom. III. p. 67 seqq. 4) De quibus fusius egimus L. III. c. 5. §. 1 seq. 5) Od. VII, 95 seq. 6) De quibus plura vid. L. III. c. 2. §. 4, 5. 7) Ad Od. XXI, 142. 8) Od. L. l. vs. 141 seq. Cf. L. III. c. 5. §. 6. 9) Od. XXII, 340 seq.

In multam saepe noctem convivia celebrantibus heroibus fulgebant faces, δᾷδες [1], quae in Alcinoi regia aureis miro artificio elaboratis lucernis, juvenum formam referentibus, fuerunt impositae:

Χρύσειοι δ' ἄρα κοῦροι ἐϋδμήτων ἐπὶ βωμῶν
Ἕστασαν, αἰθομένας δαΐδας μετὰ χερσὶν ἔχοντες,
Φαίνοντες νύκτας κατὰ δώματα δαιτυμόνεσσιν [2].

Domus pavimentum, δάπεδον [3], lapidibus fuit stratum, quod Homerus epithetis verbo appositis, ut sunt κραταίπεδον οὖδας [4] et λάϊνον οὐδόν [5], significavit. Columnae quoque per μέγαρον dispositae adstabant, quae superiorem aedium contignationem sustinerent, ut pluribus locis in Odyssea testatum fecit Poëta [6]. Ad patrem exempli gratia Ulysses:

Ὦ

1) Cubitum ituris feminae facibus fere praelucent. Vid. Od. I, 428 seqq. XIX, 48. Cf. Od. II, 150. 2) Od. VII, 100 seqq. Mira profecto artis documenta. Cf. not. 6. ad h. c. §. 4. 3) Τὸ τοῦ μεγάρου ἔδαφος interpr. Eustath. ad Od. XI, 419. 4) Vid. Od. XXIII, 46. Ex Vossii sententia δάπεδον ante μεγάρου introitum fuit. Certi quid haud affirmaverim equidem. 5) Vid. Od. VIII, 80. XVI, 41. XVII, 30. 6) In Iliade nusquam columnarum in aedificiis usus memoratur: unde R. Payne Knight Op. l. §. XLVII. p. m. 40 seq., atque ideo, inquit, ignotum fuisse Poëtae antiquiori (hoc scilicet argumento utitur, ut Iliadem Odyssea antiquiorem et a praecedentis aevi poëta conditam esse evincat, quam causam pluribus defendentem adeas §. XLII seqq. p. m. 38 seqq.) colligere licet: vix enim in Priami aedium tam magnifica descriptione (Il. VI, 242 — 50) eum siluisset, si cognosset. Cf. Id. pag. 60 seqq. Eodem argumento utitur Thiersch., ut Achaeos Trojanis cultiores fuisse probet. Vid. Ejus diss., uber Homers Europäischen Ursprung. in Op. Phil. Jahrb. der Phil. und Paedag. Tom. I. P. 2. p. 463. a 1826. » Atqui, inquit Hermann. in praef. ad edit. Homeri ap. Tauchnitz. 1826. p. 7., atqui non esse totam Iliadem aut Odysseam unius poëtae opus, ita extra omnem dubitationem positum puto, ut, qui secus sentiat, eum non satis lectitasse illa carmina contendam." Quod ut nobis secus videtur, ita et aliis, qui Homerum se lectitasse et percepisse, si per modestiam liceret, vere contendere possent. Qui de diversa Iliadis et Odysseae aetate variorum sententias cognoscere cupiat, adeat Dr. Bern. Thierschii de eo argumento disputationem; in qua quae a criticis variis de Odyssea passim disputata sunt uno in conspectu posita diligentius, quam in libello de forma Odysseae

 pri-

Ὦ πάτερ, ἦ μέγα θαῦμα τόδ' ὀφθαλμοῖσιν ὁρῶμαι·
Ἔμπης μοι τοῖχοι μεγάρων, καλαί τε μεσόδμαι,
Εἰλάτιναί τε δοκοὶ καὶ κίονες ὑψόσ' ἔχοντες,
Φαίνοντ' ὀφθαλμοῖς, ὡσεὶ πυρὸς αἰθομένοιο [1].

Quarum quidem columnarum uni adsidere solet ἀοιδός, ut in Alcinoi domo:

Τῷ δ' ἄρα Ποντόνοος θῆκε θρόνον ἀργυρόηλον.
Μέσσῳ δαιτυμόνων, πρὸς κίονα μακρὸν ἐρείσας [2].

Inest autem vel uni vel pluribus columnis πάσσαλος, paxillus, in quo vestes, arma, instrumenta musica aliaque ejusmodi suspendunt, quemadmodum in his:

Κὰδ δ' ἐκ πασσαλόφιν κρέμασεν φόρμιγγα λιγεῖαν,
Αὐτοῦ ὑπὲρ κεφαλῆς [3], καὶ ἐπέφραδε χερσὶν ἑλέσθαι
Κήρυξ [4].

Patre jubente Priami filii

. . . . . . ἀπὸ πασσαλόφι ζυγὸν ᾕρεον ἡμιόνειον [5].

De δουροδόκῃ, qua ensem deponebant, infra nobis erit videndum [6].

In sinistra ejusdem μεγάρου parte ὀρσοθύρη adfuisse videtur, de qua nec certi nec perspicui quid facile afferri possit. Qui velit, Scholiastas, grammaticos, et interpretes recentiores evolvat. Universe dicam, quae habeo. Ὀρσοθύρη exitus foras patuit per αὐλήν. Ad socios enim Agelaus,

Ὦ

primaria fieri potuit, recensuit. Inserta autem est disputatio Jahn. Jahrb. für Phil. und Paed. Tom. III. P. 2. p. 95 seqq. Cf. W. Müller, Homerische Vorschule §. 12. p. 180. (de quo vid. Jahn. Op. l. Tom. III. P. 1. p. 18 seqq.), Wachstmuth. Op. cit. Tom. I. p. 92. (de quo vid. Jahn. Op. l. loco cit. p. 66 seqq.) et v. Limburg Brouwer, over het gevoelen van B. Constant enz. Mnemos. 3. Verz. D. II. p. 209 seqq.

1) Od. XIX, 36 seqq. Columnae, inquit R. Payne Knight, Op. l. §. XLVII. p. m. 41, quae in Ulyssis aula sive triclinio stabant, arborum trunci, medio aedificio erecti ad tigna tecti imbricati sustinenda fuisse videntur. 2) Od. VIII, 65 seq. Eadem leguntur Od. L. l. vs. 472 seq. Cf. Od. I, 154. 3) Ἀοιδοῦ scilicet, de quo sup. vs. dixerat. 4) Od. VIII, 67 seqq. 5) Il. XXIV, 268. 6) Vid. L. IV. c. 9. §. 1. Cf. Od. I, 27.

Ὦ φίλοι, inquit, οὐκ ἂν δή τις ἀν' ὀρσοθύρην ἀναβαίη,
Καὶ εἴποι λαοῖσι; βοὴ δ' ὤκιστα γένοιτο;
Τῷ κε τάχ' οὗτος ἀνὴρ νῦν ὕστατα τοξάσσαιτο [1].

Eadem porta in Ulyssis aedibus ad superiores θαλάμους, ut ad Laërtiadae armarium [2], adscendebant ἀνὰ ῥῶγας μεγάροιο [3]. Unius Eustathii ad vocem ὀρσοθύρη adnotationem hic inserere lubet. Ὀρσοθύρη, inquit, θύρα τις ἐπίσημος, ὑψηλοτέραν πρόσβασιν ἔχουσα, εἰς ἣν οὐχ οἷόν τε ἀνελθεῖν τινα μὴ διὰ κλίμακα ἴσως ἢν ἄλλως πως ἀνορούσαντα καὶ ἀναθορόντα εἰς αὐτήν· ὅθεν καὶ Ὀρσοθύρη ἐκαλεῖτο, ἤγουν θύρα εἰς ἣν ὄρνυταί τις, θέλων ἰδεῖν ἐκεῖθεν. Τινὲς δὲ τὴν Ὀρσοθύρην ἐκτομάδα θύραν ἡρμήνευσαν, δι' ἧς εἰς ὑπερῷον ἀναβαίνουσι, θρώσκοντες ἐπ' αὐτῆς. — Ἔφερε δὲ ἡ τοιαύτη Ὀρσοθύρη τὸν ἀνελθόντα εἰς αὐτὴν ἐπὶ τὰς μετὰ τὸν πρόδομον θύρας τῆς αὐλῆς, ἧς τὰς πύλας δεσμῷ βυβλίνῳ Φιλοίτιος ἐπέδησε [4], καὶ ἐπὶ λαῦραν [5]. Quae λαύρα in qua domus parte obvia, qualis, et in quem usum adhibita fuerit, definire non ausim. Eustathio aliisque Scholiastis est δημοσία στενωπὸς, vel στενὴ ὁδὸς, δι' ἧς οἱ λαοὶ ῥέουσι καὶ φέρονται, οἱονεὶ ἄμφοδον [6]. Nec desunt, qui λαύρῃ illos transiisse statuant, qui τὸ μέγαρον ipsum transire nollent [7]. Homero teste, in primo μεγάρου limine, ἀκρότατον παρ' οὐδὸν μεγάροιο, ἦν ὁδὸς ἐς λαύρην [8], quam mox dicit ἀργαλέον στόμα λαύρης [9], porta angusta a domo (μεγάρῳ) ipsa sejuncta [10], qua in angiportum, ἐς λαύρην, aditus patebat. In cujus angiporti parte extrema, qua proxime ad feminarum οἶκον pertinebat, fores parietibus insertae fuisse videntur, quae gynaeceum a ceteris aedium partibus sejungebant [11].

§. 6.

1) Od. XXII, 132 seqq. 2) Vid. Od. XIX, 17 seqq. XXII, 109, 144 seqq. Il. V, 735. VI, 321. VIII, 375. 3) Vid. Od. XIX, 17, 31. XXII, 143. al. 4) Od. XXI, 391. 5) Eustath. ad Od. XXII, 126. ad q. l. conf. Ern. - 6) Quos vide ad Od. L. l. vs. 126, 128. 7) J. H. Voss. l. c. qui vertit » durchgänglicher Seitenhof, um das Gastzimmer zu vermeiden." Od. L. l. vs. 128. 8) Vid. Od. L. l. vs. 126 seqq. 9) Vid. Od. L. l. vs. 137. 10) Σανίδες δ' ἔχον εὖ ἀραρυῖαι· Od. L. l. vs. 128. 11) Vid. Od. L. l. vs. 394. cll. sup. vs.

§. 6. Τῷ *μεγάρῳ* succedit [1] mulierum *θάλαμος* s. *οἶκος* [2], quem a ceteris separatim inhabitabant [3]. Ibi inter famulas interdiu fere lanificio aliisve ejusmodi laboribus intentae versabantur matronae [4], quod de se ipsa affirmat Penelope, cum dicit,

Ἤματα μὲν . . τέρπομ' ὀδυρομένη, γοόωσα,
Ἐς τ' ἐμὰ ἔργ' ὁρόωσα καὶ ἀμφιπόλων ἐνὶ οἴκῳ [5].

Ex hac aedium parte, quae *ἐν μεγάρῳ* fiebant, omnia cognosci poterant [6], quae causa est, quod sub mendici persona latentem Ulyssem ab Antinoo percuti audiat Penelope *ἐν θαλάμῳ* degens:

Τοῦ δ' ὡς οὖν ἤκουσε περίφρων Πηνελόπεια
Βλημένου ἐν μεγάρῳ, μετ' ἄρα δμωῇσιν ἔειπεν [7].

De qua Icarii filia iterum Poëta:

Ἡ δὲ κατάντηστιν [8] *θεμένη περικαλλέα δίφρον*
Ἀνδρῶν ἐν μεγάροισιν ἑκάστου μῦθον ἄκουεν [9].

Ἐκ *μεγάρου* in feminarum *οἶκον* transitus patebat per portam, cujus posti adstitit verecunda Ulyssis conjux:

. . . ὅτε δὴ μνηστῆρας ἀφίκετο δῖα γυναικῶν,
Στῆ ῥα παρὰ σταθμὸν τέγεος πύκα ποιητοῖο,
Ἄντα παρειάων σχομένη λιπαρὰ κρήδεμνα [10].

Qui mulierum thalamus columnis suffultus et *ἐσχάρῃ* instructus erat. De matre enim pia Nausicaë:

. . . . ἡ δ' ἧσται ἐπ' ἐσχάρῃ ἐν πυρὸς αὐγῇ,
Ἠλάκατα στρωφῶσ' ἁλιπόρφυρα, θαῦμα ἰδέσθαι,
Κίονι κεκλιμένη· δμωαὶ δέ οἱ εἵατ' ὄπισθεν [11].

Iis

1) Vid. Od. VI, 304 seq. XVII, 506, 551 seqq. 2) Vid. Od. I, 357, 360. XIX, 514. passim. Cf. Nitzsch. ad Od. I, 356 seqq. Voss., *οἶκος*, inquit, generatim notat aedem: saepe cubiculum majus, cui *ἐσχάρη* inest: totum aedificium dicitur *δωμάτα*, *μέγαρα*, cujus partes *θάλαμοι*, non *οἶκοι* dicuntur. 3) Vid. Od. I, 356, 360. XIX, 514. XVII, 36, 506. 4) Vid. Od. VI, 305 seqq. XVII, 505 seq. XVIII, 315. 5) Od. XIX, 513 seq. 6) Vid. Od. IV, 680. XVII, 36. XX, 387 seqq. 7) Od. XVII, 492 seq. 8) Id est *ἀντικρὺς τοῦ ἀνδρῶνος ἐν τῇ γυναικωνίτιδι*, Schol. ad Od. XX, 387. 9) Od. XX, 387 seqq. 10) Od. I, 332 seqq. Cf. Od. XV, 515 seq. XVI, 415. XVII, 96. XVIII, 203. de Nausicaa VIII, 458. 11) Od. VI, 305 seqq.

Iis columnis innitebatur superior gynaecei pars, ὑπερῷον, quo solitudinem quaerentes matronae, famulis plerumque comitantibus, secedere et per scalas adscendere solebant. Penelope, ut dolorem ex sortis iniquitate perceptum lacrymis libere effunderet,

Εἰς ὑπερῷ' ἀνέβαινε σὺν ἀμφιπόλοισι γυναιξίν [1].

de qua iterum Poëta:

Κλίμακα δ' ὑψηλὴν κατεβήσατο οἷο δόμοιο [2],
Οὐκ οἴη, ἅμα τῇγε καὶ ἀμφίπολοι δύ' ἕποντο [3].

Dormitum eo abit eadem Ulyssis conjux: Μήτηρ, inquit Telemachus,

Μήτηρ εἰς ὑπερῷ' ἀναβῇ, κοίτου τε μέδηται [4].

ibidemque telam texit omnium ore celebratam [5]. Ἐν ὑπερῴῳ cum belli Deo concubuit Astyoche [6], et Polymela [7], Helenaeque amplexu gavisus est adulter Paris [8].

In aedium praeterea parte ea, quam a viris sejunctae inhabitabant feminae, θάλαμοι quoque inveniebantur, qualis Ulysseus, quem aditura Penelope

Κλίμακα . . ὑψηλὴν προσεβήσατο οἷο δόμοιο' . . .
Βῆ δ' ἴμεναι θάλαμόνδε σὺν ἀμφιπόλοισι γυναιξίν,
Ἔσχατον· ἔνθα δέ οἱ κειμήλια κεῖτο ἄνακτος [9].

In his eximius ille, qui Eurycleae fidissimae curis mandatus et in terram aliquantum depressus erat, quem cellam adeo seu caveam dixeris. Eo descendit Telemachus, quod ita extulit Homerus:

. . . . . . ὁ δ' ὑψόροφον θάλαμον κατεβήσατο πατρὸς

Εὐ-

1) Od. IV, 760. cll. vs. seqq. et XXI, 5. 2) Δόμος enim et θάλαμος saepe in Homero notant ὑπερῷον, ut vel ex cll. Od. II, 357. XV, 760, 787, 802. XXI, 5. et Il. III, 422 seq. cuique patebit. Cf. Nitsch. ad Od. I, 328. 3) Od. I, 330 seq. 4) Od. II, 357. 5) Vid. Od. XV, 516 seqq. 6) Vid. Il. II, 514. 7) Vid. Il. XVI, 184. 8) Vid. Il. III, 447 seqq. In eadem aedium parte θαλάμους significat Poëta, cum ἐν μυχῷ δόμου Alcinoum et Atriden cum uxoribus dormivisse dicit Od. III, 402. IV, 304. VII, 346. Il. XXII, 440. De Ulyssis thalamo, λέχει ἀσκητῷ, quem ipse fabricaverat ἐλαίῃ ἀμφιβαλών, vid. Od. XXIII, 189 — 201. et Voss. l. c. 9) Od. XXI, 5, 8 seq. cll. vs. 42 seqq. XXI, 387. et XXIII, 41.

Εὐρὺν, ὅθι νητὸς χρυσὸς καὶ χαλκὸς ἔκειτο,
Ἐσθής τ' ἐν χηλοῖσιν, ἅλις τ' εὐῶδες ἔλαιον.
Ἐν δὲ πίθοι οἴνοιο παλαιοῦ ἡδυπότοιο
Ἕστασαν, ἄκρητον, θεῖον ποτὸν, ἐντὸς ἔχοντες,
Ἑξείης ποτὶ τοῖχον ἀρηρότες· . . . . .
Κληϊσταὶ δ' ἔπεσαν σανίδες πυκινῶς ἀραρυῖαι,
Δικλίδες· ἐν δὲ γυνὴ ταμίη κ. τ. λ. [1].

De Priamo Idem:

Αὐτὸς . . ἐς θάλαμον κατεβήσατο κηώεντα,
Κέδρινον, ὑψόροφον, ὃς γλήνεα πολλὰ κεχάνδει [2].

Ut ceteras totius aedificii partes ita feminarum θάλαμον cingebat αὐλὴ, cum spatium quod inter illam et ἕρκος medium erat arboribus nonnunquam consitum esset [3] et vario mulierum usui inserviret atque vacaret. Eodem loco in Ulyssis regia cortes, in quibus anseres alebant [4].

§. 7. Tectorum denique forma plana fuisse videtur nec fastigiata, adeo ut in iis cubarent, quemadmodum Elpenor, qui

. . . . . . ἄνευθ' ἑτάρων ἱεροῖς ἐν δώμασι Κίρκης,
Ψύχεος ἱμείρων, κατελέξατο οἰνοβαρείων·
Κινυμένων δ' ἑτάρων ὅμαδον καὶ δοῦπον ἀκούσας,
Ἐξαπίνης ἀνόρουσε, καὶ ἐκλάθετο φρεσὶν ᾗσιν
Ἄψοῤῥον καταβῆναι ἰὼν ἐς κλίμακα μακρήν·
Ἀλλὰ καταντικρὺ τέγεος πέσεν [5].

Ad quem locum Eustathius: πίπτει δὲ καταντικρὺ τέγεος ὁ Ἐλπήνωρ ἐν ὑπαίθρῳ ἄνω ἀνακείμενος, διὰ τὸ τὰ δώματα μὴ κεραμωτὰ, ἀλλ' ὁποῖα καὶ νῦν, ὡς εἰκὸς, μυριαχοῦ, ὧν ταῖς δοκοῖς γῆ ἐπαμᾶται· ὡς ἐντεῦθεν, τὴν στέγην χρήσιμον εἶναι καὶ πρὸς τὸ ἐγκοιμᾶσθαι [6].

1) Od. II, 337 seqq. 2) Il. XXIV, 191 seq. 3) Vid. Od. XXIII, 190. 4) Vid. Od. XV, 160, 173. XIX, 536. 5) Od. X, 554. cll. vs. praec. 6) Ad Od. L. l.

CAPUT DUODECIMUM.

DE HOSPITII JURE.

§. 1. Domum et larem familiarem habere ac tueri, in votis habebant heroes Homerici, quibus

. . . οὐδὲν γλύκιον ἧς πατρίδος οὐδὲ τοκήων
Γίνεται, εἴπερ καί τις ἀπόπροθι πίονα οἶκον
Γαίῃ ἐν ἀλλοδαπῇ ναίει ἀπάνευθε τοκήων [1].

Infelicium igitur eos miserebat maxime, qui fati malignitate domo exules et rei inopes oberrarent, ita ut omnes omnino heroas in hospites reverentia, amore et comitate se invicem quasi superare certantes mireris et vero diligas. Quo pio officio religiose in omnes functus a Poëta laudatur Axylus

Ἀφνειὸς βιότοιο, φίλος δ' ἦν ἀνθρώποισιν·
Πάντας γὰρ φιλέεσκεν, ὁδῷ ἔπι οἰκία ναίων [2].

Memori enim animo haec optimus quisque tenebat:

Ἀντὶ κασιγνήτου ξεῖνός θ' ἱκέτης τε τέτυκται
Ἀνέρι, ὅστ' ὀλίγον περ ἐπιψαύει πραπίδεσσι [3].

Praeter hanc a natura hominum animis insitam, juvenilique in primis hominum aetati propriam in omnes benivolentiam et vero humanitatem, alia (ne de religionis in hospitii jura tuenda efficacitate dicam [4]) accedebant, quae hujus aevi homines ad hospites benigne excipiendos magis etiam et suaderent et ducerent. Hospites scilicet colebant ut par pari redderent, eosque vicissim exciperent, quorum hospitio

1) Od. IX, 34 seqq. Patriae amoris testimonia plurima eaque illustria ubivis in utroque Poëtae carmine occurrunt. 2) Il. VI, 14 seq. 3) Od. VIII, 546 seq. cll. sup. vs. sunt autem Alcinoï verba ad Phaeacum principes. 4) De qua vid. h. c. §. 2.

tio ipsi antea erant usi [1], vel ut benigne exceptis beneficii reddendi cupidinem excitarent et dulce adeo officium injungerent, quo ducti ipsos, si quando indigerent, eodem animo prosequerentur et quacunque ratione adjuvarent [2]. Adde, quod publicis, quae hodie adsunt, deversoriis careret illa aetas. Quod si igitur peregre proficiscebantur, in amicorum aedes sese recipiebant, quibuscum sibi intercedebat hospitii vinculum, ab omnibus pie cultum et religiose observatum.

§. 2. Pertinebat autem Graecorum in ea re humanitas ad omnes, qui iniquo fato agitati patria carerent et alienarum opum indigerent, adeoque ad singulos, qui ad eos se recepissent. Nam tutelae, supplicis instar, illis erat hospes quicunque, quem negligere, nedum auxilio suo destituere, nefas habebant, quo Deorum iram sibi contraherent gravissimam. Erant enim illi in numinum tutela. Ita hospitii jura religio augebat, confirmabat, sanciebat [3]. Unde factum, ut Ulysses mendicus, ab Antinoo percussus, inopum furias in improbi poenas advocaret, cum diceret:

Ἀλλ' εἴπου πτωχῶν γε θεοὶ καὶ ἐρινύες εἰσίν,
Ἀντίνοον πρὸ γάμοιο τέλος θανάτοιο κιχείη [4].

De Hercule, qui Iphitum hospitem occiderat, Poëta:

Σχέ-

1) Vid. Od. IV, 30 seqq. al. 2) Dieser Grund, inquit Nitzsch. ad Od. III, 30—35, musste sehr stark sein in einer Zeit, wo das Gemeinwesen und Völkerrecht fast keine, das Haus und der Familienanhang fast allein Sicherheit gewährten, und wo der Reisende weder sonst ein Unterkommen finden, noch Geld oder Geldeswerth so viel mit sich nehmen konnte, um seine Bedürfnisse ein zu tauschen. Der Wirth gab oder lieh hier gewissermassen auf künftige Wiedervergeltung im Hause des Gastes, oder durfte bei der aus dem allgemeinen Bedürfniss entstandenen Sitte von jedem Besuchten den Lohn seiner Gastlichkeit erwarten. 3) Cf. P. v. Le Brouwer, over het gevoelen van B. Constant enz. Mnem. 3. Vers. D. II. bl. 233 volg. 4) Od. XVII, 475 seq. cll. vs. 462 et 481.

Σχέτλιος, οὐδὲ θεῶν ὄπιν ᾐδέσατ', οὐδὲ τράπεζαν,
Τήν οἱ παρέθηκεν [1].

Quae Eumaeo, eadem cuique bono, de hospitii jure sententia fuit:

Ξεῖν', οὔ μοι θέμις ἔστ', οὐδ' εἰ κακίων σέθεν ἔλθοι,
Ξεῖνον ἀτιμῆσαι· πρὸς γὰρ Διός εἰσιν ἅπαντες
Ξεῖνοί τε πτωχοί τε· δόσις δ' ὀλίγη τε φίλη τε
Γίγνεται ἡμετέρη [2].

Ex quibus Zeum praecipue hospites curare et tueri iis hominibus persuasum fuisse animadvertas, cui quidem Deo inde Ξενίου et Ἱκετήσιου nomen fuit.

Ζεὺς . . ἐπιτιμήτωρ ἱκετάων τε ξείνων τε,
Ξείνιος, ὃς ξείνοισιν ἅμ' αἰδοίοισιν ὀπηδεῖ [3].

Antinoum reprehendens Echeneus, quod Ulyssem supplicem humi ad focum sedere sinat, in sede eum collocari jubet, ita pergens:

. . . . σὺ δὲ κηρύκεσσι κέλευσον
Οἶνον ἐπικρῆσαι, ἵνα καὶ Διῒ τερπικεραύνῳ
Σπείσομεν, ὅσθ' ἱκέτῃσιν ἅμ' αἰδοίοισιν ὀπηδεῖ [4].

Qua religione motus Aegypti rex Ulyssem, ut ipse fingit, a civibus defendit, qui ipsum interficere cupiebant:

. . . . Διὸς δ' ὠπίζετο μῆνιν
Ξεινίου, ὅς τε μάλιστα νεμεσσᾶται κακὰ ἔργα [5].

Eadem irae divinae gravitate opprimuntur, qui in eos, a quibus hospitio erant excepti, aliquid deliquissent. Longum est omnia enumerare. Menelaum cogitemus a Zeo precantem, ut Paridem, qui πρότερος κάκ' ἔοργε, interficere sibi liceat,

Ὄφρα τις ἐρρίγῃσι καὶ ὀψιγόνων ἀνθρώπων,
Ξεινοδόκον κακὰ ῥέξαι, ὅ κε φιλότητα παράσχῃ [6].

Illustre praesertim est Graecorum exemplum, qui

1) Od. XXI, 28 seq. Cf. VII, 160 etc. 2) Od. XIV, 56 seqq. et VI, 208 seqq. Hinc αἰδὼς et αἰδεῖσθαι propria vocabula sunt de reverentia hospitibus et supplicibus debita. Cf. Heyn. ad Il. IX, 636. 3) Od. IX, 270 seqq. Cf. XIII, 213. XIV, 283 seqq. 4) Od. VII, 163 seqq. cll. vs. praec. 5) Od. XIV, 283 seq. 6) Il. III, 353 seqq. cll. vs. 350 seqq.

quam graviter hospitii jura violata vindicanda esse censerent, omni posteritati tradiderunt, cum armis Trojam peterent, ut adulteri scelus nefandum ipsa urbis gentisque Trojanae internecione punirent. Ipsum audiamus Trojanos increpantem Menelaum:

Ἄλλης μὲν, inquit, λώβης τε καὶ αἴσχεος οὐκ ἐπιδευεῖς,
Ἣν ἐμὲ λωβήσασθε, κακαὶ κύνες· οὐδέ τι θυμῷ
Ζηνὸς ἐριβρεμέτεω χαλεπὴν ἐδδείσατε μῆνιν
Ξεινίου· ὅστε ποτ' ὔμμι διαφθέρσει πόλιν αἰπήν [1].

Hanc hospitalitatis religionem augebat etiam vulgaris opinio, qua Deos, humana forma latentes, mortalibus aliquando interesse arbitrabantur. In cujus dicti fidem proci cujusdam ad Antinoum, qui Ulyssem male multaverat, orationem attulisse satis erit. Ad hunc igitur ille:

Ἀντίνο', οὐ μὲν κάλ' ἔβαλες δύστηνον ἀλήτην,
Οὐλόμεν', εἰ δή που τις ἐπουράνιος θεός ἐστι;
Καί τε θεοὶ ξείνοισιν ἐοικότες ἀλλοδαποῖσι,
Παντοῖοι τελέθοντες, ἐπιστρωφῶσι πόληας,
Ἀνθρώπων ὕβριν τε καὶ εὐνομίην ἐφορῶντες [2].

§. 3. Tanti autem hospitalitatem fecerunt, ut vinculum, quo vivi hospites inter se juncti essent, ne post mortem quidem solvi, sed pie coli a posteris vellent. Erat igitur quasi hereditarium, ut necessitatem, quam inter se contraxissent majores, servarent et colerent filii ceterique ex ipsis oriundi. Cujus a parentibus susceptae et a posteris servatae hospitalitatis, splendidum gratumque testimonium nobis Glauci ac Diomedis exemplo reliquit Homerus, qui heroes, cum alter alterius nomen audivisset, se inde ab avis hospitio junctos agnoscunt. Quo cognito

. . . . γήθησεν βοὴν ἀγαθὸς Διομήδης·
Ἔγχος μὲν κατέπηξεν ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ

Αὐ-

1) Il. XIII, 622 seqq. 2) Od. XVII, 483 seqq.

Αὐτὰρ ὁ μειλιχίοισι προσηύδα ποιμένα λαῶν·
Ἦ ῥά νύ μοι ξεῖνος πατρώϊός ἐσσι παλαιός [1].
Τῷ νῦν σοὶ μὲν ἐγὼ ξεῖνος φίλος Ἄργεϊ μέσσῳ
Εἰμὶ, σὺ δ' ἐν Λυκίῃ, ὅτε κεν τῶν δῆμον ἵκωμαι.
Ἔγχεσι δ' ἀλλήλων ἀλεώμεθα καὶ δι' ὁμίλου [2].

Multi enim mihi, quos interficiam, Trojani adsunt, tibique Achivi, quos petas:

Τεύχεα δ' ἀλλήλοις ἐπαμείψομεν· ὄφρα καὶ οἵδε
Γνῶσιν, ὅτι ξεῖνοι πατρώϊοι εὐχόμεθ' εἶναι [3].

Suavissimus est in plurimis locus, et qui totus legatur dignissimus. Hostili igitur animo posito heroës

Χεῖράς τ' ἀλλήλων λαβέτην, καὶ πιστώσαντο [4].

Amicitia juncta juveniliter exsultans Glaucus non armorum suorum pretium cogitat, pro hoste hospitem se invenisse unice gaudens. Arma enim cum amico in amicitiae fidem commutans decuplo majora Diomedi donat, quod sui aevi sermone ita carpsit Poëta:

. . . . . Γλαύκῳ Κρονίδης φρένας ἐξέλετο Ζεύς [5].

CAPUT DECIMUM TERTIUM.

DE HOSPITES EXCIPIENDI RITIBUS.

§. 1. Adventantes hospites manibus prehendebant blandisque verbis comiter salutabant. Ita Athenen et Telemachum exceperunt Pylii,

Οἳ . . ὡς οὖν ξείνους ἴδον, ἀθρόοι ἦλθον ἅπαντες,
Χερσίν τ' ἠσπάζοντο [6].

et Ulyssem Autolyci filii

Χερ-

1) Il. VI, 212 seqq. 2) Il. L. l. vs. 224 seqq. 3) Il. L. l. vs. 230 seq. 4) Il. L. l. vs. 233. 5) Il. VI, 234. Cf. Od. I, 187. et XV, 197. 6) Od. III, 34 seq.

Χερσίν τ' ἠσπάζοντο, ἔπεσσί τε μειλιχίοισι [1].

Dextram potissimum amicis porrigebant, ut ipse Homerus notat dicens,

Δεξιῇ ἠσπάζοντο ἔπεσσί τε μειλιχίοισι [2].

Unde Achilles, quo omnem seni Priamo timorem eximeret,

. . . . . . ἐπὶ καρπῷ [3] χεῖρα γέροντος
Ἔλλαβε δεξιτερὴν, μήπως δείσῃ ἐνὶ θυμῷ [4].

Ut universe dicam, quotiescunque amice se invicem alloquerentur, dextram prehendere solebant, ut Menelaum affaturus Agamemnon:

Δεξιτερῆς ἕλε χειρὸς, ἔπος τ' ἔφατ', ἐκ τ' ὀνόμαζεν [5].

Quo pertinet etiam toties in utroque carmine repetitus versus:

Ἔν τ' ἄρα οἱ φῦ χειρὶ, ἔπος τ' ἔφατ', ἔκ τ' ὀνόμαζε [6].

In salutatione praeterea vox solennis fuit χαῖρε, qua a male ominatis verbis caverent, suamque in hospites benivolentiam significarent. Huic preces addere solebant quibus bona quaeque iis exoptabant. Ita Athenen excepit Telemachus:

Χαῖρε, ξεῖνε· παρ' ἄμμι φιλήσεαι [7].

et in primis Ulyssem Alcinous:

Χαῖρε, πάτερ ὦ ξεῖνε· ἔπος δ' εἴπερ τι βέβακται
Δεινὸν, ἄφαρ τὸ φέροιεν ἀναρπάξασαι ἄελλαι.
Σοὶ δὲ θεοὶ ἄλοχόν τ' ἰδέειν, καὶ πατρίδ' ἱκέσθαι,
Δοῖεν· ἐπειδὴ δηθὰ φίλων ἄπο πήματα πάσχεις· [8]

cui respondens Ulysses:

Καὶ σὺ, φίλος, μάλα χαῖρε, θεοὶ δέ τοι ὄλβια δοῖεν [9].

§. 2. Accedebant alia, in iis oscula [10], quibus suum

1) Od. XIX, 415. 2) Il. X, 542. 3) Non volam sed carpum adventantis prehendere moris fuisse videtur. Ita quoque Od. XVIII, 257. δεξιτερὴν ἐπὶ καρπῷ ἑλών. Cf. vs. 16. Ulyssis manum ἐπὶ καρπῷ osculatur Dolius Od. XXIV, 397. Cf. Heyn. ad Il. XXIV, 671. 4) Il. XXIV, 671 seq. 5) Il. VII, 108. 6) Vid. Il. VI, 253, 406. XIV, 232. Od. II, 302. VIII, 291. al. 7) Od. I, 123. 8) Od. VIII, 408 seqq. 9) Od. L. l. vs. 413. Cf. XXIV, 401. 10) Ea fere ab hospitibus, uti solet, invicem dabantur: videtur tamen, qui alterum hospitio excipit, nisi supplex advenerit, eum al-

suum in hospites amorem et laetitiam significarent. Moris autem erat varias corporis partes deosculari, praecipue caput, oculos, humeros, manus: quemadmodum fecit Eumaeus, cum Telemachum salvum redeuntem gaudens excipiebat.

Κύσσε δέ μιν κεφαλήν τε καὶ ἄμφω φάεα καλὰ,
Χεῖράς τ' ἀμφοτέρας [1].

Ulyssis famuli, qui fidem ipsi servaverant,

. . . . . . ἐπεὶ εἰσιδέτην, εὖ τ' ἐφράσσαντο ἕκαστα,
Κλαῖον ἄρ', ἀμφ' Ὀδυσῆα δαΐφρονα χεῖρε βαλόντε,
Καὶ κύνεον ἀγαπαζόμενοι κεφαλήν τε καὶ ὤμους [2].

et ipse adeo Ulysses

Ὣς . . αὔτως . . κεφαλὰς καὶ χεῖρας ἔκυσσε [3].

Dolius ejusque filii dominum reducem salutaturi

. . ὡς . . Ὀδυσῆα ἴδον, φράσσαντό τε θυμῷ,
Ἔσταν ἐνὶ μεγάροισι τεθηπότες·

at senex, blandis domini verbis

Ὦ γέρον, ἵζ' ἐπὶ δεῖπνον· ἀπεκλελάθεσθε δὲ θάμβευς

auditis,

. . . . ἰθὺς κίε, χεῖρε πετάσσας
Ἀμφοτέρας· Ὀδυσεῦς [4] δὲ λαβὼν κύσε χεῖρ' ἐπὶ καρπῷ [5].

Si quando curribus vecti advenissent hospites, equos currusque curabant et ipsos ξείνους domum introducebant famuli. Ita, cum Nestoris filius et Telemachus ad Menelai domum pervenerant, haec famulos jussit Menelaus:

. . . . λύ' ἵππους
Ξείνων, ἐς δ' αὐτοὺς προτέρω ἄγε θοινηθῆναι [6].
Οἱ δ' ἵππους μὲν ἔλυσαν ὑπὸ ζυγοῦ ἱδρώοντας·

Καὶ

alloquendo et deosculando praevertisse. Od. XVI, 14. XXIII, 214. etc. Stöber. ad Feith. p. m. 377. 1) Od. XVI, 15 seq. 2) Od. XXI, 222 seqq. Eadem de Telemacho reduce leguntur Od. XVIII, 35 seqq. 3) Od. XXI, 225. Cf. dicta L. II. c. 20. §. 4. 4) Ἐν γενικῇ Αἰολικῇ, inquit Eustathius, ἢ Δωρικῇ εἴρηται κατὰ κρᾶσιν μετὰ περισπωμένου τόνου τὸ Ὀδυσεῦς· καὶ δηλοῖ ὅτι ὁ Δολίος τὴν τοῦ Ὀδυσσέως λαβὼν ἐφίλησε χεῖρα. 5) Od. XXIV, vs. 396 seqq. 6) Od. IV, 35 seq.

Καὶ τοὺς μὲν κατέδησαν ἐφ' ἱππείῃσι κάπησι [1],
Ἅρματα δ' ἔκλιναν πρὸς ἐνώπια παμφανόωντα [2].
Αὐτοὺς δ' εἴσηγον θεῖον δόμον [3].

§. 3. Manu prehensos hospites et domum introductos considere jubebant. Nestor, ut exemplis dicta illustremus et confirmemus, Nestor, inquam, cum Patroclum foribus adstantem videret,

. . . . ἀπὸ θρόνου ὦρτο φαεινοῦ,
Ἐς δ' ἄγε χειρὸς ἑλὼν, κατὰ δ' ἑδριάασθαι ἄνωγε [4].

Achilles legatos ab Agamemnone missos

Εἷσεν ἐν κλισμοῖσι, τάπησί τε πορφυρέοισιν [5].

Quibus statim vinum miscere jussit Patroclum, ita amicum allocutus:

Μείζονα δὴ κρητῆρα, Μενοιτίου υἱὲ, καθίστα,
Ζωρότερον δὲ κέραιε, δέπας δ' ἔντυνον ἑκάστῳ.
Οἱ γὰρ φίλτατοι ἄνδρες ἐμῷ ὑπέασι μελάθρῳ [6].

Qua de re Athenaeus: δοκεῖ γὰρ ἔχειν πρὸς φιλίαν τι ὁ οἶνος ἑλκυστικὸν, παραθερμαίνων τὴν ψυχὴν καὶ διαχέων, διόπερ οὐδὲ πρότερον ἠρώτων, οἵτινες εἶεν, ἀλλ' ὕστερον· ὡς τὴν ξενίαν αὐτὴν τιμῶντες, ἀλλ' οὐ τοὺς ἐν μέρει καὶ καθ' ἕκαστον ἡμῶν [7]. Et recte quidem ille. Nam communis hic omnibus mos fuit, quem significavit Nestor, cum diceret:

Νῦν δὴ κάλλιόν ἐστι μεταλλῆσαι καὶ ἔρεσθαι
Ξείνους, οἵ τινές εἰσιν, ἐπεὶ τάρπησαν ἐδωδῆς [8].

Hinc Telemachus, ubi solenniter Athenen salutasset,

. . . . αὐτὰρ ἔπειτα
Δείπνου πασσάμενος, μυθήσεαι, ὅττεό σε χρή [9].

Eu-

1) Od. IV, 39 seq. 2) De his vid. h. L. c. XI, §. 6. 3) Od. L. l. vs. 42 seq. 4) Il. XI, 645. 5) Il. IX, 200. Cf. Od. I, 125, 130 seqq. al. 6) Il. L. l. vs. 202 seqq. Eosdem legatos in castra reduces poculis excipiunt Graecorum principes Il. L. l. vs. 666 seq. Cujus tamen rei exempla rariora apud Homerum esse, ad Feith. p. m. 379. adnotavit Stöber., nisi Il. l. l. et ubi ob hospitis adventum Diis vino libatum fuisse dicit Od. VIII, 164 seq. Alioquin id plerumque fiebat parato simul convivio. Vid. nos. h. c. §. 4. 7) Vid. Athen. L. V. p. 185. C. 8) Od. III, 69 seqq. Cf. XIV, 109 seqq. 9) Od. I, 123 seq. Cf. III, 40 seqq. XIV, 78. XVI, 52 seqq.

Eumaeus ad Ulyssem,

'Αλλ' ἕπεο, inquit, κλισίην δ' ἴομεν, γέρον, ὄφρα καὶ αὐτὸς
Σίτου καὶ οἴνοιο κορεσσάμενος κατὰ θυμὸν,
Εἴπῃς, ὁππόθεν ἐσσὶ, καὶ ὁππόσα κήδε' ἀνέτλης [1].

quem, ubi cibo potuque se recreasset, invitat, ut de suis rebus exponat:

'Αλλ' ἄγε μοι σὺ, γεραιὲ, τὰ σαυτοῦ κήδε' ἔνισπε,
Καί μοι τοῦτ' ἀγόρευσον ἐτήτυμον, ὄφρ' εὖ εἰδῶ,
Τίς; πόθεν εἰς ἀνδρῶν; πόθι τοι πόλις, ἠδὲ τοκῆες;
Ὁπποίης δ' ἐπὶ νηὸς ἀφίκεο; πῶς δέ σε ναῦται
Ἤγαγον εἰς Ἰθάκην; τίνες ἔμμεναι εὐχετόωντο;
Οὐ μὲν γάρ τι σε πεζὸν ὀΐομαι ἐνθάδ' ἱκέσθαι [2].

Convivio hospites excipientes nec Deos neglexisse, vel me tacente, ipsi intelligitis.

§. 4. Ingressos hospites plerumque lavabant, ungebant et novis vestibus induebant. Telemachum enim et Pisistratum, in Menelai regiam ubi advenissent,

. . . . δμωαὶ λοῦσαν καὶ χρῖσαν ἐλαίῳ,
'Αμφὶ δ' ἄρα χλαίνας οὔλας βάλον ἠδὲ χιτῶνας [3].

Eundem Ulyssis filium Piraeus

. . . . ἦγεν εἰς οἶκον.
Αὐτὰρ ἐπεί ῥ' ἵκοντο δόμους εὖ ναιετάοντας,
Χλαίνας μὲν κατέθεντο κατὰ κλισμούς τε θρόνους τε·
Ἐς δ' ἀσαμίνθους βάντες ἐϋξέστας λούσαντο.
Τοὺς δ' ἐπεὶ οὖν δμωαὶ λοῦσαν καὶ χρῖσαν ἐλαίῳ,
'Αμφὶ δ' ἄρα χλαίνας οὔλας βάλον ἠδὲ χιτῶνας [4].

quibus peractis sedes capiebant, cum sedentibus χέρνιβα [5] afferrent famulae et mensam apponerent.

Ἔκ ῥ' ἀσαμίνθου βάντες ἐπὶ κλισμοῖσι κάθιζον·

Χέρ-

1) Od. XIV, 45 seqq. 2) Od. L. l. vs. 185 seqq. 3) Od. IV, 49. Cf. quae diximus h. L. C. 9. 4) Od. XVII, 84 seqq. 5) Χέρνιβον· οὐχ ὥς τινες τὸ ἀγγεῖον· ἐπιφέρει γὰρ πρόχοον θ' ἅμα· ἀεὶ δὲ παρὰ τῷ ποιητῇ τὸ ὕδωρ δηλοῖ. Schol. B. M. ad Il. XXIV, 304.

Χέρνιβα δ' ἀμφίπολος προχόῳ ἐπέχευε φέρουσα,
Καλῇ, χρυσείῃ, ὑπὲρ ἀργυρέοιο λέβητος,
Νίψασθαι· πὰρ δὲ ξεστὴν ἐτάνυσσε τράπεζαν [1].

Assidentes hospites ut positis cibis ex libidine uterentur amice et liberaliter invitabant, ut Eumaeus:

Ἔσθιε νῦν, ὦ ξεῖνε, τά τε δμώεσσι πάρεστι
Χοίρεα [2].

Sub noctem cubitum abituris repetita aliquando est lavatio, praesertim pedum, quod Ulyssi ab Euryclea praestari jussit Penelope [3]. De Telemacho contra et Pisistrato in Menelai regia cubituris ne verbum quidem de lavatione addidit Homerus [4]. Summo quoque mane cubitu surgentem Ulyssem Penelopes jussu lavarunt atque unxerunt ancillae. Ad has enim Icarii filia:

Ἠῶθεν δὲ μάλ' ἦρι λοέσσαι τε χρῖσαί τε,
Ὡς κ' ἔνδον παρὰ Τηλεμάχῳ δείπνοιο μέδηται
Ἥμενος ἐν μεγάρῳ [5].

Denique idem factum hospitibus discedentibus. Telemachus enim ad Athenen hospitem:

Ὄφρα λοεσσάμενός τε, τεταρπόμενός τε φίλον κῆρ,
Δῶρον ἔχων ἐπὶ νῆα κίῃς [6].

Sic Ulyssem abeuntem lavasse dicitur Calypso:

Τῷ δ' ἄρα πέμπτῳ πέμπ' ἀπὸ νήσου δῖα Καλυψώ,
Εἵματά τ' ἀμφιέσασα θυώδεα, καὶ λούσασα [7].

§. 5. Discedendi veniam petebant hospites ipsi, ut Ulysses, qui ad Phaeacum regem,

Ἀλκίνοε, inquit, κρεῖον, πάντων ἀριδείκετε λαῶν,
Πέμπετέ με σπείσαντες ἀπήμονα· χαίρετε δ' αὐτοί [8].

et ad Menelaum Telemachus:

Ἤδη νῦν μ' ἀπόπεμπε φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν
Ἤδη γάρ μοι θυμὸς ἐέλδεται οἴκαδ' ἱκέσθαι [9].

Nec

1) Od. XVII, 90 seqq. et IV, 51 seqq. Cf. I, 130 seqq. XV, 133 seqq. et nos supra c. 5 et 9. 2) Od. XIV, 80 seq. 3) Vid. Od. XIX, 357 seqq. cll. vs. 386 seqq. 4) Vid. Od. IV, 294 seqq. 5) Od. XIX, 320 seqq. 6) Od. I, 310 seq. 7) Od. V, 263 seq. Cf. IV, 252 seqq. 8) Od. XIII, 38 seq. Cf. IV, 594. al. 9) Od. XV, 65 seq.

Nec diutius eos detinere hospitium praebentibus licebat, quod scite admodum et prudenter Telemacho declaravit Menelaus:

Τηλέμαχ', οὔτι σ' ἔγωγε πολὺν χρόνον ἐνθάδ' ἐρύξω
Ἱέμενον νόστοιο· νεμεσσῶμαι δὲ καὶ ἄλλῳ
Ἀνδρὶ ξεινοδόκῳ, ὅς κ' ἔξοχα μὲν φιλέῃσιν,
Ἔξοχα δ' ἐχθαίρῃσιν· ἀμείνω δ' αἴσιμα πάντα.
Ἶσόν τοι κακόν ἐσθ', ὅς τ' οὐκ ἐθέλοντα νέεσθαι
Ξεῖνον ἐποτρύνῃ, καὶ ὃς ἐσσύμενον κατερύκῃ.
Χρὴ ξεῖνον παρεόντα φιλεῖν, ἐθέλοντα δὲ πέμπειν [1].

§. 6. Hospiti abituro coenam, nisi semper, aliquando certe parabant. Quod a Menelao factum traditur, qui, discessum petente Telemacho, famulas jussit

Δεῖπνον ἐνὶ μεγάροις τετυκεῖν ἅλις ἔνδον ἐόντων
Ἀμφότερον, κῦδός τε καὶ ἀγλαΐη, καὶ ὄνειαρ,
Δειπνήσαντας ἴμεν πολλὴν ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν [2].

Diis saltem libabant cum discedentes, tum ii, quorum hospitio erant usi. Cujus moris ne plura ex Homero exempla depromam, legatos ad Achillem missos cogitetis, quorum

. . . . ἕκαστος ἑλὼν δέπας ἀμφικύπελλον
Σπείσαντες παρὰ νῆας ἴσαν πάλιν [3].

Eadem mente Alcinous, Ulysse profecturo, vinum misceri jubebat,

. . . . ὄφρ', inquit, εὐξάμενοι Διῒ πατρὶ
Τὸν ξεῖνον πέμπωμεν ἑὴν ἐς πατρίδα γαῖαν [4].

Quo mixto libant Phaeacum βουληφόροι omnes et ipse Ulysses, qui, quod moris fuit, discessurus bona omnia illis apprecabatur, vel solenni formula χαίρετε ὑμεῖς [5], vel pluribus verbis in hunc modum:

Ὑμεῖς . . αὖθι μένοντες εὐφραίνοιτε γυναῖκας
Κουριδίας καὶ τέκνα· θεοὶ δ' ἀρετὴν ὀπάσειαν

Παν-

1) Od. XV, 68 seqq. 2) Od. L. l. vs. 77 seqq. cll. vs. 94 seqq. et XIII, 24 seqq. 3) Il. IX, 652 seqq. Cf. nos L. I. c. 8. §. 7. not. 9. 4) Od. XIII, 50 seq. Cf. XV, 148 seqq. 5) Vid. Od. XIII, 39.

Παντοίην· καὶ μήτι κακὸν μεταδήμιον εἴη 1.

regisque uxorem Areten allocutus Laërtiades:

Χαῖρέ μοι, ὦ βασίλεια, διαμπερὲς, εἰσόκε γῆρας
Ἔλθῃ, καὶ θάνατος, τά τ' ἐπ' ἀνθρώποισι πέλονται.
Αὐτὰρ ἐγὼ νέομαι· σὺ δὲ τέρπεο τῷδ' ἐνὶ οἴκῳ,
Παισί τε, καὶ λαοῖσι, καὶ Ἀλκινόῳ βασιλῆϊ 2.

Ita et Telemacho in patriam redituro plurimam salutem impertit Menelaus:

Τηλέμαχ', ἤτοι νόστον, ὅπως φρεσὶ σῇσι μενοινᾷς,
Ὣς τοι Ζεὺς τελέσειεν, ἐρίγδουπος πόσις Ἥρης 3.

et Helena:

. . . . σὺ δέ μοι χαίρων ἀφίκοιο
Οἶκον ἐϋκτίμενον, καὶ σὴν ἐς πατρίδα γαῖαν 4.

Pisistrato et Telemacho currui equis juncto insidentibus, postquam vinum Diis libasset, Menelaus:

Χαίρετον, ὦ κούρω, καὶ Νέστορι ποιμένι λαῶν
Εἰπεῖν 5.
Τὸν δ' αὖ Τηλέμαχος πεπνυμένος ἀντίον ηὔδα·
Καὶ λίην κείνῳ γε, διοτρεφές, ὡς ἀγορεύεις,
Πάντα τάδ' ἐλθόντες καταλέξομεν· αἲ γὰρ ἐγὼν ὣς
Νοστήσας, Ἰθάκηνδε κιὼν, Ὀδυσεῖ ἐνὶ οἴκῳ
Εἴποιμ', ὡς παρὰ σεῖο τυχὼν φιλότητος ἁπάσης
Ἔρχομαι 6.

§. 7. Cumulabantur praeterea abeuntes amici cibo, potu, aliis, quibus in itinere opus esset 7. Praesertim vero in amicitiae et hospitii memoriam muneribus donabantur, (ἥτε ξείνων θέμις ἐστίν 8) quae ξεινήϊα vocantur, et varia fuerunt. Telemacho abeunti craterem argenteum, aureis labris munitum, dedit Menelaus 9, peplum Helena,

Μνῆμ' Ἑλένης χειρῶν, πολυηράτου ἐς γάμου ὥρην,
. . ἀλόχῳ φορέειν 10.

Ulys-

1) Od. XIII, 44 seqq. 2) Od. L. l. vs. 59 seqq. 3) Od. XV, 111 seq. 4) Od. L. l. vs. 128 seq. 5) Od. L. l. vs. 151 seq. cll. vs. antec. 6) Od. L. l. vs. 154 seqq. 7) Vid. Od. XIII, 67, 72 seq. al. 8) Od. IX, 268. 9) Vid. Od. XV, 115 seqq. 10) Od. L. l. vs. 126. cll. vs. praec.

Ulyssi a Phaeacum insula patriam petenti Alcinous aureum ἄλεισον [1], tripodes, lebetes, aurum vestesque textas praebuerunt Phaeacum primores [2]. Galeam

'Αμφιδάμας . . . Μόλῳ δῶκε ξεινήϊον εἶναι,

cui quidem ex prioribus possessoribus dignitas accedebat [3]. Cinyres Agamemnoni thoracem [4], Ulyssi ensem παγχάλκεον Euryalus [5], patris arcum donavit Iphitus, quem ense et hasta vicissim ornavit Laërtiades [6]. Oenëo denique craterem reddidit Bellerophon, cui baltheum donaverat prior [7]. Ita fiebat, ut, qui plurimas regiones obiissent, haud contemnendas hinc inde divitias corrogarent. Quod Penelopae de marito nuntiasse a Poëta fingitur Ulysses, cum mendici partes in Laërtiadae regia ageret. Haec enim ille ad Penelopen:

. . . . καί κεν ἐνθάδ' 'Οδυσσεὺς
Ἤην· ἀλλ' ἄρα οἱ τό γε κέρδιον εἴσατο θυμῷ,
Χρήματ' ἀγυρτάζειν πολλὴν ἐπὶ γαῖαν ἰόντι·
Καί μοι κτήματ' ἔδειξεν, ὅσα ξυναγείρατ' 'Οδυσσεύς·
Καί νυ κεν ἐς δεκάτην γενεὴν ἕτερόν γε βόσκοι,
Ὅσσα οἱ ἐν μεγάροις κειμήλια κεῖτο ἄνακτος [8].

CAPUT DECIMUM QUARTUM.

DE SUPPLICATIONE.

§. 1. Magna fuerunt, ut vidimus, ex hospitalitate in hospites profecta bona: magis autem ejusdem hu-

1) Od. VIII, 403. 2) Vid. Od. XIII, 217 seqq. cl. VIII, 389 seqq. 3) Vid. Il. X, 269. 4) Vid. Il. XI, 19 seqq. 5) Vid. Od. VIII, 403. 6) Vid. Od. XXI, 131 seqq. 7) Vid. Il. VI, 218 seq. 8) Od. XIX, 283 seqq. et 293 seqq. qui totus locus cf. inde a vs. 278.

humanitatis vis et dignitas in iis eluxit, qui supplices in alicujus domum confugerant, Graecis *ἱκέται* nuncupati, qui parum ab hospitibus diversi eodem nonnunquam nomine insigniebantur. Omnes *ξεῖνοι* etenim *ἱκέται* et summa religione colendi:

Ζεὺς γὰρ ἐπιτιμήτωρ ἱκετάων τε, ξείνων τε,

qui supplices pariter atque hospites curat, iis illatas injurias gravissime ulciscitur [1], cujusque ira ad eum pertinet, qui supplicum preces

. . . . . . ἀνήνηται, καί τε στερεῶς ἀποείπῃ,
Λίσσονται δ' ἄρα ταί γε Δία Κρονίωνα κιοῦσαι,
Τῷ Ἄτην ἅμ' ἕπεσθαι, ἵνα βλαφθεὶς ἀποτίσῃ [2].

Qui contra

. . . . . . αἰδέσεται κούρας Διὸς [3], *ἆσσον ἰούσας,*
Τόνδε μέγ' ὤνησαν, καί τ' ἔκλυον εὐξαμένοιο [4].

§. 2. Per Zeum ipsum plerumque supplicabant, ut in his notavit Poëta:

Λίσσομαι ἠμὲν Ζηνὸς Ὀλυμπίου, ἠδὲ Θέμιστος [5].

et

Ἀλλά σε πρὸς Ζηνὸς γουνάζομαι [6].

Aliquando generatim per Deos, ut Polyphemo Ulysses, his verbis usus:

Ἀλλ', αἰδοῖο, φέριστε, θεούς· ἱκέται δέ τοι εἰμέν 7.

vel per res carissimas, per parentes, uxores, liberos, possessiones, *τῶν ὕπερ*, inquit ad Achivos recedentes fortis Nestor,

Τῶν ὕπερ ἐνθάδ' ἐγὼ γουνάζομαι οὐ παρεόντων
Ἑστάμεναι κρατερῶς [8].

Per

1) Cf. dicta h. L. c. 12. §. 1, 2. 2) Il. IX, 506 seqq. 3) Scil. *Λιταί*. 4) Il. L. l. vs. 504 seq. 5) Od. II, 68. ad q. l. vid. Nitzsch. de Themide, de qua inter alia haec habet Vir. Doct. » Indess ist allerdings ihr Wesen noch ganz unentwickelt im Homer, und es gilt bei ihm historisch, was Plut. ad princip. inerudit. T. XII. p. 94. Hutt. über die spätere Mythe deutend sagt: *εἰ δὲ δεῖ ταῦτ' εἰκάζειν, ὁ μὲν Ζεὺς οὐκ ἔχει τὴν Δίκην πάρεδρον, ἀλλ' αὐτὸς Δίκη καὶ Θέμις ἐστὶ* etc. 6) Hymn. in Aphr. vs. 215 7) Od. IX, 269. Cf. XV, 261. 8) Il. XV, 665. Cf. XXII, 338.

Per caput, genua, et ψυχὴν quoque obsecrabant. Quo modo ad Ulyssem Theoclymenus

Λίσσομ', inquit, ὑπερ θυέων καὶ δαίμονος, αὐτὰρ ἔπειτα
Σῆς τ' αὐτοῦ κεφαλῆς, καὶ ἑταίρων, οἵ τοι ἕπονται,
Εἰπέ μοι εἰρομένῳ νημερτέα, μηδ' ἐπικεύσῃς,
Τίς; πόθεν εἰς ἀνδρῶν; πόθι τοι πόλις, ἠδὲ τοκῆες; [1].

Achillem

. . . . . . ὀλιγοδρανέων προσέφη κορυθαίολος Ἕκτωρ·
Λίσσομ' ὑπὲρ ψυχῆς, καὶ γούνων, σῶν τε τοκήων,
Μή με ἔα παρὰ νηυσὶ κύνας καταδάψαι Ἀχαιῶν [2].

Singulare denique est, quod per exsertam mammam Hectori supplicat Helena:

Ἕκτορ, τέκνον ἐμὸν, τάδε τ' αἴδεο, καί μ' ἐλέησον
Αὐτήν· εἴ ποτέ τοι λαθικηδέα μαζὸν ἐπέσχον,
Τῶν μνῆσαι, φίλε τέκνον· ἄμυνε δὲ δήϊον ἄνδρα [3].

§. 3. Eo manus tendebant supplicantes, unde auxilium sibi petebant, ut Achilles, qui

. . . . μητρὶ φίλῃ ἠρήσατο χεῖρας ὀρεγνύς [4].

Peneleo Ilioneus

. . . . ἕζετο χεῖρε πετάσσας [5].

§. 4. Ut ab injuria tutos se praestarent supplices, eosque, quos adierant, religionis ipsis debitae admonerent, insigne quoddam secum ferebant, quo muniti securi et tuti inimicos etiam adirent. Inde est, quod Chryses, Trojanorum hostium castra, ut filiam redimat, petiturus, manu tenuisse dicatur σκῆπτρον χρυσέον, cui superne illigatum erat στέμμα [6] Ἀπόλλω-

1) Od. XV, 261 seqq. 2) Il. XXII, 338 seqq. 3) Il. L. I. vs. 80 seqq. 4) Il. I, 351. Cf. L. I. c. 6. §. 6. 5) Il. XIV, 495. 6) Στέμμα et στέφος, inquit Gregorius Dankovsky in not. ad Il. I, 14., cui posteriori formae stëp, boh. scep, sl. surculus insititius, nobilitans, hinc Graecis, corona, respondet. Homeri vs. 14.

Στέμμα τ' ἔχων ἐν χερσὶν ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος

ita vertit:

Surculumque tenens in volis foras radiantis Meridiei.

Sol meridianus, inquit, radios in omnes plagas diffundit, hinc ἑκηβόλος. Cf. not. ad vs. 37. Nova profecto et mira, ut plurima. Viri Cl., literarum Graecarum in R. Academia Posoniensi Professoris, Ope-

λωνος, i. e., infula, qua se Apollinis sacerdotem adeoque amice excipiendum esse cuique palam faceret [1].

§. 5. Ad ejus genua se prosternebant, cui supplicabant, quae manibus aut tenebant aut amplectebantur [2]. Unde haec:

Γούνων ἁψάμενοι λιτανεύσομεν, αἴκ' ἐλεήσῃ [3].

et

Αὐτὰρ ὅγ' ἀμφοτέρῃσι λαβὼν ἐλίσσετο γούνων [4].

similia. Hominis enim genibus, ut ait Plinius [5], quaedam et religio inest, observatione gentium: haec supplices attingunt: ad haec manus tendunt: haec ut aras adorant [6]. Mentum quoque, quem misericordiae sedem sibi fingebant, manibus attingere moris fuit, ita quidem ut aliquando altera manu genua, altera mentum tenerent. Ut Thetis

. . πάροιθε (Διὸς) καθέζετο, καὶ λάβε γούνων
Σκαιῇ· δεξιτερῇ δ' ἄρ' ὑπ' ἀνθερεῶνος ἑλοῦσα
Λισσομένη προσέειπε Δία Κρονίωνα ἄνακτα [7].

De Dolone Homerus:

Operi, ex quo haec descripsimus, titulus est: Homerus Slavicis dialectis cognata Lingua scripsit. Ex ipsius Homeri carmine ostendit G. Dankovsky. Folium I. Il. I, 1—100. Folium II. Il. I, 50—100. Fol. III, Il. I, 100—159. Slavice et Graece idem sonans et significans, adjecta nova versione latina et commentario graeco-slavico. Prostat Vindobonae apud J. G. Heubner, an. 1829. et 1830.

1) Vid. Il. I, 14 seqq. ibiq. interpr. 2) Hinc vox γουνάζεσθαι omnes supplicationis ritus designat ut Il. I, 427. Od. XXII, 344. al. 3) Il. XXIV, 357. 4) Od. X, 264. 5) Hist. Nat. L. XI. c. 45. segm. 103. 6) In eum sensum Homeri verba Od. I, 267. ἀλλ' ἤτοι μὲν ταῦτα θεῶν ἐν γούνασι κεῖται explicanda videntur Ch. Walz., qui in opere Jahrb. für Phil. und Paed. Vol. VI. Part. 2. p. 221 seqq. an. 1828 haec habet »Die Knie der Götter, auf denen der Andächtige seine Gaben niederlegte, die er, flehend um Schutz und Beistand, umfasste, wurden als den Sitz der Gnade betrachtet: von hier aus hatte der unmächtige Mensch die Entscheidung seines Schicksals zu erwarten. Aus dieser Idee entstand später die Sitte, die Votiv-Tafeln an die knie der Götter zu kleben." Aliter Nitzsch. ad Od. l. l. 7) Il. I, 500 seqq.

. . . . . . ἔμελλε γενείου χειρὶ παχείῃ
Ἀψάμενος λίσσεσθαι [1].

Priami manum, qua ἀνδρὸς παιδοφόνοιο στόμα tangeret, patris sui recordatione motus Achilles removit:

. . . . τῷ δ' ἄρα πατρὸς ὑφ' ἵμερον ὦρσε γόοιο,
Ἀψάμενος δ' ἄρα χειρὸς, ἀπώσατο ἦκα γέροντα [2].

§. 6. Osculari quoque genua solebant. Quod Aegyptiorum regi se fecisse affirmat Ulysses, cum dicat:

Καὶ κύσα γούναθ' ἑλών· ὁ δ' ἐρύσατο καὶ μ' ἐλέησεν [3].

Thetis Zei

. . . . . . γούνατ' ἔκυσσε καὶ ἔλλαβε χειρὶ γενείου [4].

§. 7. Ad focum etiam seu larem sedere mos fuit. Quo pertinet, quod Ulysses apud Alcinoum supplex

. . . . . . κατ' ἄρ' ἕζετ' ἐπ' ἐσχάρῃ ἐν κονίῃσι
Πὰρ πυρί [5].

Quod tamen reprehendit Echeneus, ita Alcinoum allocutus:

. . . . . . οὐ μέν τοι τόδε κάλλιον, οὐδὲ ἔοικε,
Ξεῖνον μὲν χαμαὶ ἧσθαι ἐπ' ἐσχάρῃ ἐν κονίῃσιν [6].

cui obsecutus Alcinous Ulyssem

Ὦρσεν ἀπ' ἐσχαρόφιν καὶ ἐπὶ θρόνου εἷσε φαεινοῦ [7].

Cum Laërtiadae domum sub mendici et supplicis persona intrasset Ulysses in limine ad fores consedit:

Ἷζε ἐπὶ μελίνου οὐδοῦ ἔντοσθε θυράων,
Κλινάμενος σταθμῷ κυπαρισσίνῳ [8]·

et in Aeoli aedibus cum sociis, ut Idem refert, malis medelam petituri

. . . . παρὰ σταθμοῖσιν ἐπ' οὐδοῦ
Ἑζόμεθ'· οἱ δ' ἀνὰ θυμὸν ἐθάμβεον, ἔκ τ' ἐρέοντο [9]·

§. 8.

1) Il. X, 454 seq. 2) Il. XXIV, 507 seq. Cf. Schol. et Heyn. Var. Lectt. et Observ. ad l. l. 3) Od. XIV, 279. 4) Il. VIII, 371. 5) Od. VII, 153 seq. 6) Od. L. l. vs. 159 seq. Hospites plerumque ignoti et sortis inferioris id faciebant, quibus loqui vetitum: ut observat Schol. Apoll. Argon. IV. cit. Tomasin. c. IX. p. 40. Stöber. 7) Od. XVII, 339. seq. 8) Od. XVIII, 339 seq. 9) Od. X, 62 seq. cll. vs. praec. et seqq.

§. 8. Aliquando ad aras se recipiebant supplices. De Phemio saltem illud tradidit Homerus, qui, ne ab Ulysse interficeretur, ad Διὸς Ἑρκείου, aram confugere parabat. Δίχα δὲ φρεσὶ μερμήριζεν, utrum Ulyssis genua amplexus mortem deprecaretur,

Ἢ ἐκδὺς μεγάροιο, Διὸς μεγάλου ποτὶ βωμὸν
Ἑρκείου ἵζοιτο τετυγμένον, ἔνθ' ἄρα πολλὰ
Λαέρτης Ὀδυσεύς τε βοῶν ἐπὶ μηρί' ἔκαιον a.

a) Od. XXII, 334 seqq. Cf. L. I. c. 2. §. 2. et h. L. c. 11. §. 4.



A N-

ANTIQUITATIS HOMERICAE

LIBER QUARTUS.

CAPUT PRIMUM.

DE AGRICULTURA.

§. 1. Reliquum est, ut de variis negotiis atque exercitiis dicamus, quibus Homero teste heroica aetate occupabantur et delectabantur. In quibus primum locum teneat agricultura, quam eo aevo Trojanos et Graecos coluisse ex auctore apparet, quamvis neque hîc plana omnia sint et certa, plurima e contrario ambigua occurrant et occulta. De Agriculturae ortu et progressu hîc universe agendi locus non est [1]. Quae huc facientia Poëta retulerit, paucis notare nostrum erit. Singulis cum Graecis tum Trojanis heroïbus suae erant possessiones, sua pecora sibique propria agrorum portio, quos vel ipsi, a bello cessantes, colere adamabant, vel flagrante bello suis, quos domi reliquerant, servis curandos tradere solebant [2]. Agri vero suis cuique terminis erant distincti [3], in quem usum lapidibus utebantur, quemadmodum Athenes verbis nobis tradit Homerus,

1) Vid. Goguet, Op. l. Tom. III. inde a pag. m. 163. 2) Cf. Wachsmuth, Op. cit. Vol. I. p. 81. 3) Ita ut vicinos agros angustissimus terrae tractus sive via distingueret quam ἐπιξύνου ἀρούρῃ dicit Il. XII, 422.

rus, cum belli Deum ab Athene lapide petitum dicat,

Τὸν ῥ' ἄνδρες πρότεροι θέσαν ἔμμεναι οὖρον ἀρούρης [1].

De quibus finibus constituendis controversiam, si qua oriretur, mensuris dirimebant. Hinc Homerus:

. . . . . ὥστ' ἀμφ' οὔροισι δύ' ἀνέρε δηριάασθον,
Μέτρ' ἐν χερσὶν ἔχοντες, ἐπιξύνῳ ἐν ἀρούρῃ,
Ὥτ' ὀλίγῳ ἐνὶ χώρῳ ἐρίζητον περὶ ἴσης·
Ὣς ἄρα κ. τ. λ. [2].

Quas mensuras, licet quales fuerint affirmare non ausim, tamen novisse constat. Homerus enim, ut hoc utar, τέμενος meminit πεντηκοντόγυον [3]: qui γύης utrum plethrum an jugerum valuerit incertum est. Nam alii τὸ πεντηκοντόγυον explicant πεντήκοντα πλέθρων, alii πεντήκοντα ζευγῶν [4]: nonnulli addunt μικρῷ τῶν δέκα ὀργυιῶν ἔλασσον [5]: quibusdam tandem τὸ πλέθρον ἔχει πόδας ἑκατόν, πήχεις δὲ ἑξήκοντα ἓξ δίμοιρον [6], alii aliter definiunt [7]. Sed haec hactenus.

§. 2. Stercorandi artem innotuisse, ex Homero vere affirmare mihi posse videor. Ubi enim de Ulyssis cane, qui absente domino male habitus erat, mentionem carmini inserit, jacentem eum describit

Ἐν πολλῇ κόπρῳ, ἥ οἱ προπάροιθε θυράων,
Ἡμιόνων τε, βοῶν τε, ἅλις κέχυτ'· ὄφρ' ἂν ἄγοιεν
Δμῶες Ὀδυσσῆος τέμενος μέγα κοπρήσοντες [8].

Eodem sensu accepit Cicero, quae de Laërte dixit Poëta Od. XXIV, vs. 226. λιστρεύοντα φυτόν. Ita enim Ille: » de qua (stercorandi utilitate) doctus He» siodus ne verbum quidem fecit, cum de cultura agri » scriberet. At Homerus, qui multis, ut mihi vide» tur, ante seculis fuit, Laërtem colentem agrum et » eum

1) Il. XXI, 405. ad q. l. vid. Schol. et Interpr. 2) Il. XII, 421 seqq. Μέτρα Heyn. dicit virgam, perticam, decempedam. 3) Vid. Il. IX, 575. τετράγυον Od. VII, 113. XVIII, 373. Cf. Heyn. et Köpp. ad Il. l. l. 4) Vid. Schol. A. D. ad Il. XXI, 407. 5) Vid. Schol. B. L. ad Il. l. l. 6) Vid. Schol. A. ad Il. l. l. 7) Vid. Heyn. et Köpp. ad Il. IX, 575. XII, 421. XXI, 405. 8) Od. XVII, 297 seqq.

» eum stercorantem facit [1]." Est vero λιστρεύειν, Eustathio interprete, proprie περιξύειν, παρὰ τὸ λίστρον, ὅ ἐστι ξύστρον [2]. Quidquid sit, stercorandi utilitatem et artem haud ignotam fuisse ex Odysseae loco, quem dedimus, satis apparet.

§. 3. In agris arandis boves adhibebant duos, ἶσον θυμὸν ἔχοντε [3],

. . . . οἵ περ ἄριστοι,
Αἴθωνες, μεγάλοι, ἄμφω κεκορηότε ποίης,
Ἥλικες, ἰσοφόροι, τῶν τε σθένος οὐκ ἀλαπαδνόν [4].

Ambos unum jugum, ζυγὸν οἶον, jungebat, diversae tamen jugi parti utriusque capite inserto. Jugi igitur formam in hunc modum tibi fingas ⎍⎍: ita enim eos jugum sejungit, ἀμφὶς ἐέργει. In cornuum parte infima, quae ad frontem proxime pertinet, κεράεσσι πρυμνοῖσι, lora jugalia religabantur, quibus boves regeret arator [5]. Unde Homerus, Ajacem utrumque junctis viribus alterum ad alterius látus contendentem descripturus, a bobus conjugatis petita comparatione ita est usus, ut dicat:

Ἀλλ' ὥστ' ἐν νειῷ βόε οἴνοπε πηκτὸν ἄροτρον,
Ἶσον θυμὸν ἔχοντε, τιταίνετον· ἀμφὶ δ' ἄρα σφι
Πρυμνοῖσι κεράεσσι πολὺς ἀνακηκίει ἱδρώς·
Τὼ μέν τε ζυγὸν οἶον ἐΰξοον ἀμφὶς ἐέργει
Ἱεμένω κατὰ ὦλκα· τέμει δέ τε τέλσον ἀρούρης·
Ὣς κ. τ. λ: [6].

Pluris etiam mularum in aratione operam faciebant:

. . . . . . Αἳ γάρ τε βοῶν προφερέστεραί εἰσιν
Ἑλκέμεναι νειοῖο βαθείης πηκτὸν ἄροτρον [7].

un-

1) De Senect. c. 15. An Cicero, inquit Ern. ad Od. XXIV, 226., in illo ipso λαχαίνειν intellexit stercorationem? quod etiam circumfossis arboribus stercus addi solet. 2) Ad Od. L. l. 3) Vid. Il. XIII, 704. 4) Od. XVIII, 370 seqq. 5) Quod est βόας ἐλαύνειν Od. XVIII, 370. vel ζεύγεα δινεύειν Il. XVIII, 543. Secuti sumus Heyn. ad Il. XIII, 709 seqq. 6) Il. L. l. vs. 703 seqq. 7) Il. X, 352 seq. Cf. Od. VIII, 124 ibiq. Eustath. Fallitur igitur Goguet Op. l. Tom. II. p. m. 174. cum dicat » ils se servaient de

unde ταλαεργοὶ dicuntur [1]. Agrestes autem erant et indomitae, nec nisi sexennes [2] ad opera rustica adhibebantur. Has ergo domare res fuit maximi laboris, quod Homerus fatetur dicens: ἀλγίσται δαμάσασθαι [3]. Noëmon, Phronii filius, duodecim ἵππους θήλειας habebat, ὑπὸ δ' ἡμίονοι ταλαεργοὶ ἀδμῆτες, quae in Elide ipsi pascebant, quo navi abire cupiebat, ut, inquit,

. . . . τιν' ἐλασσάμενος δαμασαίμην [4].

Sed eo, unde digressi sumus, revertamur. Saepius unum eundemque agrum repetita aratione vertebant, sive illud eodem anno fieret seu diversis, quod ex Homero non liquet, qui simpliciter dicit νειὸν τρίπολον [5], nec quidquam adjungit, unde certi quid constituatur.

De aratri forma non habeo, quod affirmem. Ubi enim ejus mentionem facit Homerus, ut de re satis omnibus cognita loquitur, nec quidquam addit, nisi epitheton πηκτόν; quod explicant εὔπηκτον [6] vel τὸ τὸν γύην προσπεπηγότα ἔχον, ut opponatur τῷ αὐτόγυῳ [7], quam antiquissimam formam fuisse tradunt. Haec ex Hesiodo desumta sunt: Homericam aratri formam non nisi generatim facile quis definiverit. Aratrum simpli-

mulets préférablement aux boeufs, quand il ne fallait ouvrir la terre que legèrement, comme lorsqu'il s'agissait de donner à un champ une seconde façon" cit. Il. l. l. Est enim ἡμίονος ταλαεργὸς et βοῶν προφερέστερα ἑλκέμεναι ν. β. π. ἄ., quae posteriora. Vir. Doct. interpretatur »donner une seconde façon" quod unde pateat mihi quidem non liquet. Cf. Schol. et Interpr. inpr. Heyn. ad Il. l. l.

1) Vid. Il. XXIII, 654. Od. IV, 437. 2) Ut ait Nitzsch. ad Od. IV, 630 seqq. arg. Il. L. l. vs. 655.; quo ἡμίονον ἑξέτεα Homerus ἀδμήτην dixit. 3) Vid. Il. L. l. vs. 655. unde quanti haberentur cuique patebit. Cf. Il. II, 852. 4) Od. IV, 632 seqq. 5) Vid. Il. XVIII, 540 seq. Od. V, 127. ad q. l. Schol. νειῷ ἐνὶ τριπόλῳ exponit τρίτον ἐστραμμένῃ: trina aratione versum vertit Heyn. ad Il. l. l. ad quem cf. Köppen. Vid. Goguet Op. cit. Vol. II. p. m. 173. 6) Vid. Köppen ad Il. X, 353. 7) Vid. Schol. A. B. ad Il. l. l. et Hesych. in v. πηκτόν. Hesiodei aratri descriptionem et imaginem dedit Cl. D. I. van Lennep in vers. Belg. metr. Ἔργ. κ. Ἡμ. p. 57.

plicissimum fuisse, ipsa Homeri aetas docet, de cujus partibus, forma, vertendi ratione aliisque ejusmodi tacere nec quidquam adfirmare, quam inanibus conjecturis indulgere, praestat. Unum tamen hoc ex Homero intelligere mihi videor, ferro et aratra compacta fuisse et plurima instrumenta in agriculturae usum accommodata. Etenim in funebribus certaminibus, quae in Patrocli mortui honorem ab Achille edita sunt, sexto discus proponitur, quo qui ceteros vicisset praemium acciperet *σόλον αὐτοχόωνον* [1], rudem et impolitam ferri massam, de qua ad certantes Achilles:

Ὄρνυσθ', οἳ καὶ τούτου ἀέθλου πειρήσεσθε·
Εἴ οἱ καὶ μάλα πολλὸν ἀπόπροθι πίονες ἀγροὶ,
Ἕξει μιν καὶ πέντε περιπλομένους ἐνιαυτοὺς
Χρεώμενος· οὐ μὲν γάρ οἱ, ἀτεμβόμενός γε σιδήρου,
Ποιμὴν, οὐδ' ἀροτὴρ, εἶσ' ἐς πόλιν, ἀλλὰ παρέξει [2].

Quidquid sit, aratro qualicunque agros sulcandi artem heroicis temporibus cognitam et in agriculturae utilitatem adhibitam esse, non est quod dubitemus: in quo, quum cetera obscura sint, acquiescendum est [3].

§. 4.

1) De quo cf. A. L. Millin, Mineralogie des Homer's, aus dem Französischen mit Anmerk. und Berichtigungen von F. Th. Rink. Köningsberg und Leipzig 1793. pag. 61 seqq. 2) Il. XXIII, 831 seqq. cll. vs. 826 seqq. Frequentem ferri usum saepius ab Homero laudatum ipsi cognoscatis ex Il. IV, 485. VI, 46, 48. X, 379. XXIII, 850, 854. Od. IX, 391. XV, 328. Ferro, aqua dum canderet submergentes, duritiem conciliare noverant. *Ὡς*, inquit Homerus Od. IX, 391 seqq.,

Ὡς δ' . . ὅτ' ἀνὴρ χαλκεὺς πέλεκυν μέγαν, ἠὲ σκέπαρνον,
Εἰν ὕδατι ψυχρῷ βάπτει μεγάλα ἰάχοντα,
Φαρμάσσων· (τὸ γὰρ αὖτε σιδήρου γε κράτος ἐστίν).

Cf. Köpke Op. l. p. 66 seqq. 3) Cf. Goguet. Op. cit. Vol. II. p. m. 174. qui haec habet: elles n'avaient point de roues, et on ne voit pas qu'il y entrât aucun ferrement" et Il. XXIII, 835. non de ferro explicat, quo in aratris uterentur, sed de instrumentis in agrorum culturam adhibitis e ferro conficiendis. Cf. Idem Vol. I. p. m. 107. quo loco aratri Graeci formam exhibitam describit.

§. 4. Ubi semina agris mandata laete excreverant, et tempestiva maturitate seges profunda undarum instar in arvis fluctuaret (βαθυλήϊον τέμενος ait Homerus [1]) messis tempore ἀμητῆρες [2], sive θῆτες [3] sive ἔριθοι [4] sive ex utroque hominum ordine fuerint, in agros se conferebant, unde frugem meterent, ὀξείας δρεπάνας ἐν χερσὶν ἔχοντες [5]. Hi igitur in duos vel plures ordines, ex agri amplitudine constituendos, ita in opere suo versabantur, ut singuli ab agri parte extrema seu latere metendi initium facerent, ἐναντίοι ἀλλήλοισι [6]. Itaque ordinem quisque suum servantes metendo viam ducebant, ὄγμον ἐλαύνον [7], donec operis parte sua defuncti in medio agro sibi invicem concurrerent [8]. Dextra igitur δρεπάνην tenentes et recta in medium agrum metendo procedentes messores sinistra culmos, quot manus caperet (δράγματα), arripiebant, quos, falce desectos, eadem serie, qua erant recisi, ἐπήτριμα, in solo componebant. Quae δράγματα, non singula sed numero plura, sublata ulnis tenentes, ἐν ἀγκαλίδεσσι φέροντες [9], pueri, qui ab opere suo δραγμεύοντες vocabantur [10], diligenter colligebant, ut collecta iis traderent, qui in fasciculum, ἄμαλλαν, vinculo arcte ea constringerent, οἱ δέονται ἐν ἐλλεδανοῖσι [11], id est, δεσμοῖς, οἷς συνειλούμενα δεῖται τὰ δράγματα [12]. Qui culmos vinciebant ἀμαλλοδετῆρες [13] dice,

1) Il. XVIII, 550. 2) Vid. Il. XI, 67. 3) Vid. Nitzsch. ad Od. IV, 642—44. 4) Quo nomine insigniuntur Il. XVIII, 550. i. e. ἐργαται, γέωργοί. Schol. A. Καταχρηστικῶς καὶ οἱ μισθοῦ ἐργαζόμενοι. Hesych. Cf. Köpp. et Heyn. ad l. l. inpr. Nitzsch. ad Od. l. l. Vid. nos L. II. c. 20. §. 6. 5) Vid. Il. XVIII, 551. 6) Vid. Il. XI, 67. 7) De v. ὄγμον vid. Schol. apud Heyn. et Köpp. ad Il. l. l. 8) Agitur autem l. l. de μάκαρος ἀνδρος agro, cujus solummodo arvorum tanta poterat esse amplitudo, ut plures messorum ordines frugibus demetendis essent occupati. 9) Vid. Il. XVIII, 555. 10) Il. l. l. ὄπισθε τῶν ἀμαλλοδοτήρων adstitisse dicuntur. 11) Vid. Il. L. l. vs. 553. 12) Apoll. Lex. in v. 13) Vid. Il. L. l. vs. 553. quos οὐλοδέτας quoque dici notat Schol. B.

cebantur, inque divitis viri agro, de quo dicimus, tres numero aderant: τρεῖς δ' ἄρ' ἀμαλλοδετῆρες (messoribus) ἐφέστασαν [1].

§. 5. Desecta frumenta purgare et terere solebant, non vero domi, ut nostratium plurimi, sed in agri parte quadam, ἀλωῇ, quae eo consilio instructa atque aptata, ἐϋκτιμένη [2], et ceteris, ut videtur, agri partibus editior fuit, ne in ventilatione ante secreta denuo cum frugibus miscerentur. Noverant enim ventilabrum, πτύον, et ventilatores λικμητῆρας nuncupabant, ut in his:

Ὡς δ' ὅτ' ἀπὸ πλατέος πτυόφι μεγάλην κατ' ἀλωὴν
Θρώσκωσι κύαμοι μελανόχροες, ἢ ἐρέβινθοι [3],
Πνοιῇ ὑπὸ λιγυρῇ καὶ λικμητῆρος ἐρωῇ·
Ὥς κ. τ. λ. [4].

vel ut alio loco ab eadem re ducta comparatione cecinit Poëta:

Ὡς δ' ἄνεμος ἄχνας φορέει ἱερὰς κατ' ἀλωὰς,
Ἀνδρῶν λικμώντων, ὅτε τε ξανθὴ Δημήτηρ
Κρίνῃ, ἐπειγομένων ἀνέμων, καρπόν τε καὶ ἄχνας·
Αἱ δ' ὑπολευκαίνονται ἀχυρμιαί· ὥς κ. τ. λ. [5].

Quod ad frumenti trituram pertinet, peculiaris fuit eo tempore boum in frugibus terendis usus, ut comparatione nobis ab Homero est significatum. Ita enim ille:

Ὡς δ' ὅτε τις ζεύξῃ βόας ἄρσενας εὐρυμετώπους,
Τριβέμεναι κρῖ λευκὸν ἐϋκτιμένῃ ἐν ἀλωῇ [6].

§. 6. Praeter agros in divitiis censebantur vireta, πολυκάρπος ἀλωὴ [7], plantarum, florum omnigenorum varietate decora, et arboribus, pyris, malis, ficis, aliis

1) Vid. Il. XVIII, 554. 2) Ea voce designatur Il. XXI, 77. et XX, 496., quo loco alii legunt ἐϋτροχάλῳ, unde Köpp. τὸ ἐϋκτ. ita explicuit, ut sit solida et aequata ἀλωή. Quod sane necesse fuit: quid igitur si τὸ ἐϋτροχάλῳ glossema habeamus. 3) Itaque non unice in frumentis purgandis ventilabro utebantur. 4) Il. XIII, 588. 5) Il. V, 499 seqq. 6) Il. XX, 495 seq. 7) Vid. Od. XXIV, 220, 225. de vinea Od. VII, 122 seqq.

aliis obsita: horti denique, ὄρχατοι vel κῆπος, variarum arborum et plantarum copia insignes, qui septo utrinque erant muniti [1]. In his eximius fuit Alcinoi hortus, quem poëticis coloribus depinxit Homerus:

Ἔνθα δὲ δένδρεα μακρὰ πεφύκει τηλεθόωντα,
Ὄγχναι, καὶ ῥοιαὶ, καὶ μηλέαι ἀγλαόκαρποι,
Συκαί τε γλυκεραὶ, καὶ ἐλαῖαι τηλεθόωσαι.
Τάων οὔποτε καρπὸς ἀπόλλυται, οὐδ' ἐπιλείπει
Χείματος, οὐδὲ θέρευς, ἐπετήσιος· ἀλλὰ μάλ' αἰεὶ
Ζεφυρίη πνείουσα τὰ μὲν φύει, ἄλλα δὲ πέσσει.
Ὄγχνη ἐπ' ὄγχνῃ γηράσκει, μῆλον δ' ἐπὶ μήλῳ,
Αὐτὰρ ἐπὶ σταφυλῇ σταφυλὴ, σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ [2].
Ἔνθα δὲ κοσμηταὶ πρασιαὶ παρὰ νείατον ὄρχον
Παντοῖαι πεφύασιν, ἐπηετανὸν γανόωσαι [3].

In deliciis quoque habebantur vineae, quas uvarum pulchritudine et ubertate insignes, dum apud Homerum legimus, satis admirari non possumus [4]. Palis autem, χάμαξι, ordine dispositis, vites alligabant [5]. Ulysses patrem quinquaginta ὄρχους sibi promisisse narrat, qui sunt vitium ordines, στίχοι ἀμπέλων [6], quorum quisque διατρύγιος ἦεν, id est, ἄμπελος, ἧς οἱ καρποὶ ἐν διαφόροις καιροῖς πεπαίνονται [7]:

. . . . ἔνθα δ' ἀνὰ σταφυλαὶ παντοῖαι ἔασιν,
Ὁππότε δὴ Διὸς ὧραι ἐπιβρίσειαν ὕπερθεν [8].

Quas diximus arbores, suo, qualicunque tandem, modo (quem ob Homeri silentium ignoramus [9]) colebant et curabant, quod ita generatim dictum om-

1) Vid. Od. VII, 112 seq. et XXIV, 223 seq. 2) Od. VII, 114 seqq. Cf. XXIV, 337 seqq. ἔκτοσθεν αὐλῆς fuit Alcinoi hortus, et duobus fontibus irriguus vs. 124 seqq. Cf. s. L. II. c. 11. §. 4. extr.
3) Od. VII, 127 seq. 4) Vid. Od. L. l. vs. 123 seqq. Cf. nos L. II. c. 2. §. 2. Vitium cultura nobilis fuit Thracia. Vid. Il. IX, 71 seq. 5) Vid. Il. XVIII, 563. ad q. l. adeas Schol. D. B.
6) Vid. Od. XXIV, 340. Cf. Hesych. in v. et Schol. ad Od. VII, 127.
7) Interpr., inpr. Eustath. ad Od. XXIV, 341. 8) Od. L. l. vs. 342 seq. 9) Unum Laërtem λιστρεύοντα φυτὸν dixit et sentibus eruendis occupatum Od. XXIV, 226 seqq. Cf. h. c. §. 2.

omni dubio nobis majus est. Ad patrem enim Ulysses,

Ὦ γέρον, inquit, οὐκ ἀδαημονίη σ' ἔχει ἀμφιπολεύειν
Ὄρχατον, ἀλλ' εὖ τοι κομιδὴ ἔχει, οὐδέ τι πάμπαν,
Οὐ φυτὸν, οὐ συκῆ, οὐκ ἄμπελος, οὐ μὲν ἐλαίη,
Οὐκ ὄγχνη, οὐ πρασίη τοι ἄνευ κομιδῆς κατὰ κῆπον [1].

De vindemia cecinit Homerus, cum mira monumenta celebraret, quae stupenda Hephaesti ars in Achillis clypeo effinxerat. Quo vero tempore vindemiari consueverint, ex iis intelligi nequit. Una tantum in vinea patebat ad vites semita, ἀταρπιτὸς, qua vindemiaturi, φορῆες, pergerent:

Τῇ νίσσοντο φορῆες, ὅτε τρυγόῳεν ἀλωήν [2].

Fossa et septo utrinque vinea cingebatur [3]. Praeter vindemiatores aderant παρθενικαὶ καὶ ἠΐθεοι, qui uvas decerptas in qualis textilibus auferrent.

Παρθενικαὶ δὲ καὶ ἠΐθεοι, ἀταλὰ φρονέοντες,
Πλεκτοῖς ἐν ταλάροισι φέρον μελιηδέα καρπόν [4].

Quos inter larga messe laetos

. . . . παῖς φόρμιγγι λιγείῃ
Ἱμερόεν κιθάριζε, λίνον δ' ὑπὸ καλὸν ἄειδε [5]
Λεπταλέῃ φωνῇ· τοὶ δὲ ῥήσσοντες ἁμαρτῇ
Μολπῇ τ' ἰΰγμῷ τε, ποσὶ σκαίροντες ἕποντο [6].

§. 7. In ceteris, quas ditiores heroës tenebant, possessionibus haud minimi momenti fuerunt pecora, quae omnis generis habebant plurima, in laetis pratis pascentia, ut suavissime a Poëta in Achillis clypeo traditum exstat, in quo boves

Μυκηθμῷ ἀπὸ κόπρου ἐπεσσεύοντο νομόνδε,
Χρύσειοι δὲ νομῆες ἅμ' ἐστιχόωντο βόεσσι
Τέσσαρες, ἐννέα δέ σφι κύνες πόδας ἀργοὶ 7 ἕποντο [8]

Qui canes una cum pastoribus duos leones, taurum rapientes, insequuntur. At frustra: discerpunt taurum

1) Od. XXIV, 243 seqq. 2) Il. XVIII, 566. 3) Vid. Il. L. l. vs. 564 seq. 4) Il. XVIII, 567 seqq. cll. praec. vs. 5) De quibus verbis vid. h. L. c. 4. §. 3. 6) Il. L. l. vs. 569 seqq. 7) De his v. vid. Nitzsch. ad Od. II, 11. ibiq. auct. cit. et Heyn. ad Il. L. l. vs. 578. 8) Il. L. l. vs. 575 seqq.

rum leones et nequidquam canes ad persequendum incitant pastores:

Οἱ δ' ἤτοι δακέειν μὲν ἀπετρωπῶντο λεόντων,
Ἱστάμενοι δὲ μάλ' ἐγγὺς ὑλάκτεον, ἔκ τ' ἀλέοντο 1.

Brevitatis studio de ovibus, capris, asinis aliisque plura monere omittimus, quippe quae in primariis ditiorum bonis vel centies celebrantur. Erant autem in pratis s. pascuis stabula, σταθμοί, exstructa, ibique κλισίας κατηρεφέας ἰδὲ σηκούς, tuguria et caules, inhabitabant pastores ex servis domesticis pecoribus custodiendis praefecti, canum praesidio adversus feras stipati et tuti, quae omnia eodem in clypeo depingit Hephaestus 2, et apparent in iis, quae de Ulyssis gregibus traduntur 3.

Apium quoque opera noverant, earumque examina habuisse inde, vel me tacente, unicuique apparet, quod ab iis petita comparatione 4 saepius utatur Homerus. De quibus plura tradere auctoris silentium vetat.

§. 8. De aetate heroïca igitur affirmare licet, quod de rebus rusticis apud Ciceronem praedicat Cato, qui, nec segetibus solum, inquit, et pratis et vineis et arbustis res rusticae laetae sunt: sed etiam hortis et pomariis: tum pecudum pastu, apium examinibus, florum omnium varietate 5. Ex quibus omnibus, praecipue tamen ex re pecuaria, omnes tum temporis divitiae censebantur. Quamobrem Diomedes patris opes commendans:

. . . . ἅλις δέ οἱ ἦσαν ἄρουραι
Πυροφόροι, πολλοὶ δὲ φυτῶν ἔσαν ὄρχατοι ἀμφίς·
Πολλὰ δέ οἱ πρόβατ' ἔσκε 6.

Mortalium ditissimus dicitur Erichthonius,

Τοῦ τρισχίλιαι ἵπποι ἕλος κάτα βουκολέοντο
Θήλειαι, πώλοισιν ἀγαλλόμεναι ἀταλῇσι 7.

Quam

1) Il. XVIII, 585 seq. 2) Vid. Il. L. l. vs. 589 seqq. Cf. XI, 545 seqq. 3) Vid. Od. XIV, 100 seqq. Cf. Il. XV, 586 seqq. 4) De comparationibus Homericis egit J. T. W. Egen, ueber die Homerischen Gleichnisse etc. Magdeburg. 1790. 5) De Senect. c. 15, extr. 6) Il. XIV, 122 seqq. 7) Il. XX, 221 seq.

Quam ob causam urbes celebrantur, cujus incolae sunt

. . . . . . ἄνδρες . . πολύῤῥηνες, πολυβοῦται [1].

cum omnino homines opulenti ab Homero πολύαρνες, πολύμηλοι etc. nominentur [2].

§. 9. Etsi δμωαὶ, θῆτες, ἔριθοι, alii in re rustica ministri, praesertim ubi plurium auxilio opus erat, adhiberentur, in eadem tamen principes etiam viri operam ponere sua persona haud indignum censebant, quod Laërtis exemplo probatur [3]: regum quoque filii paternos greges pascebant, quod de septem Eetionis, Thebarum regis, filiis, quos occidit Achilles

Βουσὶν ἐπ' εἰλιπόδεσσι καὶ ἀργεννῇς ὀΐεσσι· [4]

de Iso et Antipho, Priami natis [5], de Anchise [6], Aenea [7] aliisque memoriae traditum est.

CAPUT SECUNDUM.

DE VENATU.

§. 1. Ad rem rusticam pertinet venatus, quem oppido frequenter veteres exercebant, dum ad pascendos greges in agris degebant, ut Iliadis libro undecimo [8] et aliis locis apparet. Quod Anchisae quoque exemplo confirmatur, qui ursorum et leonum, quos venando interemerat, pellibus incubuit [9]. Belli

1) Il. IX, 154. 2) Ut Il. II, 106, 705. Inde quoque factum est, ut rerum dignitas ac pretium e boum aliorumque pecorum numero aestimentur, in dotibusque et pluribus ejusmodi rebus maximi habeantur pecora. 3) Vid. Od. XXIV, 225 seqq. 4) Il. VI, 424. 5) Vid. Il. XI, 101 seqq. 6) Vid. Il. V, 313. 7) Vid. Il. XX, 188. cll. praec. vs. 8) Vs. 547 seqq. 9) Vid. Hymn. in Aphrod. vs. 160 seq.

li speciem apud antiquos referebat venatio, unde inter viri fortis exercitia ubique ab Homero refertur, cujus periculis atque laboribus exerceatur πρὸς μελέτην τῶν πολεμικῶν κινδύνων [1]. Accedebat, quae agris imminebat a feris vastitas, ita ut frugum etiam tuendarum gratia aliquando belluas venarentur, quae tum temporis totos saepius agros vastabant, quemadmodum aper ille Calydonius, ad quem tollendum plurium junctis viribus opus fuit:

Τὸν . . υἱὸς Οἰνῆος ἀπέκτεινε Μελέαγρος,
Πολλέων ἐκ πολίων θηρήτορας ἄνδρας ἀγείρας,
Καὶ κύνας· οὐ μὲν γάρ κ' ἐδάμη παύροισι βροτοῖσι·
Τόσσος ἔην, πολλοὺς δὲ πυρῆς ἐπέβησ' ἀλεγεινῆς [2]·

Quin hominibus ipsis, pastoribus praesertim, aliquando mala omnia et mors ipsa imminebant a belluis, liberius tum per agros vagantibus et grassantibus, quam hodie ob incolarum frequentiam atque exstirpatas silvas fieri solet. Quo fiebat, ut haud raro a pastoribus in eas venatio institueretur, quemadmodum in Homeri carminibus cum alibi animadvertere licet, tum ex comparatione patet, qua utitur Poëta, cum dicat:

Ἀλλ' ὅγ' ἄρ' ἔτρεσε, θηρὶ κακὸν ῥέξαντι ἐοικὼς,
Ὅστε κύνα κτείνας, ἢ βουκόλον, ἀμφὶ βόεσσι,
Φεύγει, πρίν περ ὅμιλον ἀολλισθήμεναι ἀνδρῶν·
Ὣς τρέσε Νεστορίδης [3].

§. 2. Vario autem armorum genere instructi venatum abibant. Ad Cyclopes postquam cum sociis pervenisset Ulysses, insulam, inquit, admirati perlustravimus:

Ὦρσαν δὲ Νύμφαι, κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο,
Αἶγας ὀρεσκῴους· [4]

quas ut vidimus, ut καμπύλοις τόξοις καὶ αἰγανέαις [5] δολιχαύλοις armati eas persecuti sumus:

. . . .

1) Vid. Athen. L. I. p. 24. C. 2) Il. IX, 539 seqq. 3) Il. XV, 586 seqq. Cf. XI, 547 seqq. al. 4) Od. IX, 154 seq. 5) Ἡ αἰγανέα, inquit Eustath. ad Od. IV, 626, εἶδος ἀκοντίου ἐπιτηδείου εἰς αἰγῶν θήραν.

. . . . Διὰ δὲ τρίχα κοσμηθέντες
Βάλλομεν· αἶψα δ' ἔδωκε θεὸς μενοεικέα θήρην,
Νῆες μέν μοι ἕποντο δυώδεκα, ἐς δὲ ἑκάστην
Ἐννέα λάγχανον αἶγες· ἐμοὶ δὲ δέκ' ἔξελον οἴῳ [1].

Idem canit Poëta, ubi Ulysses, cum Autolyci filiis venatum profectus, hastam in aprum torquet, a quo vulneratus abiit [2]. Jacula in leonem a pastoribus emissa dicuntur:

. . . . θαμέες . . . ἄκοντες
Ἀντίοι ἀΐσσουσι θρασειάων ἀπὸ χειρῶν [3].

Quibus, quia maximum animalibus terrorem ignis injicit, faces addebant, quas in ferum jacularentur,

. . . . τάς τε τρεῖ ἐσσύμενός περ [4].

§. 3. Canum quoque opera in venatione magno fuit pretio habita [5]. Qua in re Argi illius Ulyssei velocitas et sagacitas summis laudibus efferuntur:

Οὐ μὲν γάρ τι φύγεσκε βαθείης βένθεσιν ὕλης
Κνώδαλον, ὅ, ττι ἴδοιτο· καὶ ἴχνεσι γὰρ περιήδη [6].

Venatum abeunti Ulyssi canes praecedebant ἴχνη ἐρευνῶντες, ipse autem

Ἤϊεν ἄγχι κυνῶν, κραδάων δολιχόσκιον ἔγχος [7].

Erant alioqui principibus etiam κύνες τραπεζῆες, quos deliciarum ergo nutriebant:

. . . . . . ἀγλαΐης δ' ἕνεκεν κομέουσιν ἄνακτες [8].

Ex

1) Od. IX, 157 seqq. cll. praec. versibus. Venatum autem abierat Ulysses, ἵνα δειπνήσειαν ἑταῖροι vs. 155. Cf. Od. XII, 329 seqq. Il. IV, 105 seqq. Vid. nos L. III. c. 1. §. 3. 2) Vid. Od. XIX, 439 seqq. 3) Il. XI, 551 seq. et XVII, 661 seq. 4) Il. XI, 552. et XVII, 662. 5) Vide l. sup. §. laud. 6) Od. XVII, 316 seq. 7) Od. XIX, 436, 438. 8) Od. XVII, 310. Quos tamen minoris aestimabant, ut testantur quae ad Eumaeum de cane suo ait Ulysses:

Καλὸς μὲν δέμας ἐστὶν, ἀτὰρ, τόδε γ' οὐ σάφα οἶδα,
Εἰ δὴ καὶ ταχὺς ἔσκε θέειν ἐπὶ εἴδεϊ τῷδε,
Ἦ αὔτως, οἷοί τε τραπεζῆες κύνες ἀνδρῶν
Γίγνονται.

Od. L. l. vs. 307 seqq. Ueberhaupt, inquit Nitzsch. ad Od. II, 11 seqq., passt alles, was wir von den Hunden im Homer lesen nur auf grosse und giebt ihnen eine besondere Wildheit.

Ex quo genere novem in Patrocli rogum immisit Achilles [1]. Comitantur autem fere heroas prodeuntes, quod supra alicubi me notare memini.

§. 4. Aucupio heroës operam dedisse contendit Athenaeus [2], qui columbis et turdis eos retia et laqueos tetendisse, atque ad ὀρνεοθηρευτικὴν sese exercuisse affirmat, columba ex malo navis funiculo suspensa, quam sagitta procul arcu emissa peterent [3]. De quo certamine, ab Achille in Patrocli funebribus edito, accuratius infra agemus, ubi de variis ludorum generibus dicendum erit [4]. Nec desunt qui αἰγυπιοὺς, vultures vel aquilas minores [5], in aucupio ab heroibus adhibitos esse statuunt [6], quos ad aves minores captandas consulto emitterent! Quod intelligere sibi videntur ex Odysseae libro vigesimo secundo, quo in procos irruentem cum sociis Ulyssem ita describit auctor:

Οἱ δ᾽, ὥστ᾽ αἰγυπιοὶ γαμψώνυχες, ἀγκυλοχεῖλαι,
Ἐξ ὀρέων ἐλθόντες ἐπ᾽ ὀρνίθεσσι θορῶσι,
Ταὶ μέν τ᾽ ἐν πεδίῳ νέφεα πτώσσουσαι ἵενται,
Οἱ δέ τε τὰς ὀλέκουσιν ἐπάλμενοι, οὐδέ τις ἀλκὴ
Γίγνεται, οὐδὲ φυγή· χαίρουσι δέ τ᾽ ἀνέρες ἄγρῃ [7]·

Piscatu quoque delectatos esse arguit idem Athenaeus ex Ulyssis sociis, qui venabantur

Ἰχθῦς, ὄρνιθάς τε, φίλας ὅ, τι χεῖρας ἵκοιτο,
Γναμπτοῖς ἀγκίστροισιν [8].

Ad quem locum 9 rectissime Eustathius, δῆλον δὲ, inquit,

1) Vid. Il. XXIII, 173 seq. Cf. s. L. I. c. 13. §. 4. 2) L. I. pag. 25. C. 3) Cf. dicta L. III. c. 1. §. 3. 4) Vid. L. IV. c. 6. §. 8. 5) Ut vertit R. Payne Knight Proleg. §. XLVII, p. 41. qui inter artes et scientias, in Odyssea memoratas, rudes adhuc et agrestes, auctas tamen et gradum aliquem paullo eminentiorem adeptas, hunc aquilarum minorum in aucupio usum retulit, ut, quod mireris, Iliadem Odyssea antiquiorem esse probaret: quod mihi quidem non probavit. 6) Eo potissimum argumento usi, quod vs. 306 Poëta dicat, χαίρουσι δέ τ᾽ ἀνέρες ἄγρῃ· rationibus tamen, inquit Ern. ad l. l., ut opinor, haud satis idoneis: quae et mihi stat sententia. 7) Od. XXII, 302 seqq. 8) Od. XII, 330 seqq. 9) Od. l. l. vs. 329, 332.

quit, ὡς εἰ μὴ ἀνάγκη ἦν τοιαύτη, οὔτε ἰχθυοφάγουν οἱ παλαιοὶ, οὔτε ὀρνίθων ἐτεχνῶντο θῆραν [3]. Ad piscatum refert Athenaeus [4], quae Iliadis libro quinto comparatione a retibus petita Hectorem monet Sarpedon:

Μήπως, ὡς ἀψῖσι λίνου ἁλόντε πανάγρου,
Ἀνδράσι δυσμενέεσσιν ἕλωρ καὶ κύρμα γένησθε [5].

Ulysses per domum inquirens,

. . . . εἴτις ἔτ' ἀνδρῶν
Ζωὸς ὑποκλοπέοιτο, ἀλύσκων κῆρα μέλαιναν [6],

ad unum omnes interfectos invenisse fingitur

. . . . ὥστ' ἰχθύας, οὕσθ' ἁλιῆες
Κοῖλον ἐς αἰγιαλὸν πολιῆς ἔκτοσθε θαλάσσης
Δικτύῳ ἐξέρυσαν πολυωπῷ [7].

Retibus igitur piscati sunt. Δίκτυον autem πολυωπόν Scholiastis est πολλὰς τρύπας ἔχον, cujusmodi rete alio nomine ἀψῖδες λίνου dicitur Iliadis loco supra laudato [8], quae Homeri verba alii explicant τοῖς ἅμμασι καὶ ταῖς συναφαῖς τοῦ λίνου [9], aliis vero ἀψῖδες δικτύου sunt αἱ καμπαὶ καὶ ἀγκάλαι [10]. Nec retibus tantum, sed tremula item arundine pisces captabant. Arundini scilicet adnectebant funiculum, cujus pars inferior, ne a piscibus corroderetur, cornu bovino fuit muni-

3) Cf. dicta L. III. c. 1. §. 3, 4. Saepius jactata est a Schol. de his disputatio, ut ad Il. XVI, 747. et Od. l. l. Vanam eam et inanem dicit Heyn. ad Il. l. l., qui, bene, inquit, monetur in eodem Scholio (A. B. ad Il. l. l.) potuisse heroas vesci piscibus: rem tamen nimis tenuem esse quam ut ab Homero memorata esset: ita nec oleribus nec avibus vesci dicuntur heroës: quis tamen (exinde) neget eos ex his victum tolerare potuisse? 4) Vid. l. s. l. 5) Il. V, 487 seq. Alii ad aves hoc referunt, nonnulli ad feras. adn. Feith. Ed. Stöb. p. m. 414. 6) Od. XXII, 381 seq. 7) Od. L. l. vs. 384 seqq. 8) Ut affirmat R. Payne Knight Proleg. p. 42 in nota, cui totus locus Il. V, 478—92 insititius et serioris cujusdam poëtae esse videtur. In artibus humilioribus quoque et agrestibus, inquit Idem, p. 41 seq., usus retis, δικτύου πολυωποῦ, in piscatu, progressus indicat, qui, utcunque spernendi in hac satietate et fastidio rerum, iis aetatibus non nisi tarde et pluribus irritis conatibus fiebant. 9) Vid. Schol. br. ad Il. l. l. 10) Vid. Eustath. ad Il. V, 478 seq.

nita, cuique massam plumbeam appendebant, quo celerius et altius in mare hamus descenderet. Hinc comparatione desumta de Iride canit Homerus:

Ἡ δὲ, μολυβδαίνῃ ἰκέλη, ἐς βυσσὸν ὄρουσεν,
Ἥτε, κατ' ἀγραύλοιο βοὸς κέρας, ἐμβεβαυῖα
Ἔρχεται ὠμηστῇσιν ἐπ' ἰχθύσι κῆρα φέρουσα [1].

Denique ne ostrearum quidem capturam ignoraverunt heroës. Cebrionis enim e curru lapsum cum urinatore e nave desiliente ita comparat Poëta:

Ὢ πόποι, ἦ μάλ' ἐλαφρὸς ἀνήρ· ὡς ῥεῖα κυβιστᾷ,
Εἰ δή που καὶ πόντῳ ἐν ἰχθυόεντι γένοιτο,
Πολλοὺς ἂν κορέσειεν ἀνὴρ ὅδε, τήθεα διφῶν,
Νηὸς ἀποθρώσκων, εἰ καὶ δυσπέμφελος εἴη [2].

CAPUT TERTIUM.

DE MULIERUM EXERCITIIS.

§. 1. Domesticas res curabant mulieres, suo quaeque operi sedulo intenta. Commune omnium studium in lana ducenda telaque texenda versabatur. Ita namque Andromachen, a pugna maritum avertere conantem, domum recedere jubet Hector, suas ut res ageret:

Ἀλλ' εἰς οἶκον ἰοῦσα τὰ σαυτῆς ἔργα κόμιζε,
Ἱστόν τ', ἠλακάτην τε, καὶ ἀμφιπόλοισι κέλευε
Ἔργον ἐποίχεσθαι· πόλεμος δ' ἄνδρεσσι μελήσει
Πᾶσιν κ. τ. λ. [3].

iisdemque prope verbis matrem Telemachus alloquitur [4].

§. 2.

1) Il. XXIV, 80 seqq. 2) Il. XVI, 745 seqq. 3) Il. VI, 491 seqq. 4) Od. I, 356 seqq. Ex quo loco, ut ex aliis pluribus, pateat,

§. 2. Lanam pectebant et carminabant plerumque famulae [2], qua ita praeparata repletam colum, ἠλακάτην, dominae tradebant, ut neret. Sedula Helena [3] colum habebat auro atque argento insignem, a qua violaceam lanam trahebat. Alcandra, ut Homeri verbis utar, Helenae

Χρυσῆν ἠλακάτην, τάλαρόν θ' ὑπόκυκλον [4] ὄπασσεν,
Ἀργύρεον, χρυσῷ δ' ἐπὶ χείλεα κεκράαντο.
Τόν ῥά οἱ ἀμφίπολος Φυλὼ παρέθηκε φέρουσα,
Νήματος ἀσκητοῖο βεβυσμένον· αὐτὰρ ἐπ' αὐτῷ
Ἠλακάτη τετάνυστο, ἰοδνεφὲς εἶρος ἔχουσα [5].

Ad focum cum ancillis sedebat Nausicaë

Ἠλάκατα στρωφῶσ' ἁλιπόρφυρα [6].

Penelope ad valvas portae consedit

. . . . . λέπτ' ἠλάκατα στρωφῶσα [7].

Aliquando etiam famulae nebant, nam ex Alcinoï δμωαῖς, quas quinquaginta habuit, αἱ μὲν, ut ait Homerus, ἀλετρεύουσι,

Αἱ δ' ἱστοὺς ὑφόωσι καὶ ἠλάκατα στρωφῶσιν [8].

ideoque ad ancillas Ulysses:

Ἔρχεσθε πρὸς δώμαθ', ἵν' αἰδοίη βασίλεια·
Τῇ δὲ παρ' ἠλάκατα στροφαλίζετε· τέρπετε δ' αὐτὴν
Ἥμεναι ἐν μεγάρῳ, ἢ εἴρια πείκετε χερσίν [9];

Pen-

teat, qualis in domo paterna filii in matrem potestas fuerit, de quo argumento vid. v. Limburg Brouwer, over het gevoelen van B. Constant etc. Mnem. 3e Vers. D. II. bl. 277 seqq. Cf. J. T. Bergman, over de Odyssea van Homerus, p. 196 seq. Leyden. 1826. 2) Vid. Od. XVIII, 315. εἴρια πείκετε χερσίν. Od. XXII, 423. ἔρια ξαίνειν. Cf. Nitzsch. ad Od. IV, 120—22. 3) Vid. Il. III, 125, 387. Od. IV, 120. XV, 126. De Helena vid. Athen. L. V. p. 191. C. Heeren, Ideen etc. Tom. III. P. IV. p. m. 139. Schubarth, Ideen über Homer (de quo libro vid. Jahn. Jahrb. etc. Tom. III. P. 2. pag. 32 seqq.) pag. 177. cit. a Nitzsch. ad Od. IV. vs. 1. De Homericarum mulierum indole et moribus vid. C. G. Lenz, Geschiedenis der Vrouwelijke Sexe bij de oudste Grieken, uit het Hoogdu:tsch, Amst. 1792. 4) Hesych. τάλαροι· κάλαθοι ἐρίων. 5) Od. IV, 131 seqq. 6) Od. VI, 53. 7) Od. XVII, 97. 8) Od. VII, 105. Cf. Il. VI, 456. 9) Od. XVIII, 315 seqq.

Pendebatur autem lana famulis tradenda, ut, opere finito, fila e lana ducta aequo pondere et sine fraude redderent. Hinc deducta comparatione usus est Homerus in his:

. . . . ἔχων, ὥστε τάλαντα γυνὴ χερνῆτις ἀληθὴς,
Ἥ τε σταθμὸν ἔχουσα καὶ ἔριον, ἀμφὶς ἀνέλκει
Ἰσάζουσ', ἵνα παισὶν ἀεικέα μισθὸν ἄρηται [1].

§. 3. Mira profecto heroicis jam temporibus textoriae artis scientia et incrementa fuerint necesse est, quod tot tantarumque rerum species telis intexere noverint feminae, quot quantaeque ab Homero passim memorantur. In his insignis Ulyssis χλαῖνα, de qua ad Penelopen refert sub hospitis persona latens Laërtiades:

Χλαῖναν πορφυρέην οὔλην ἔχε δῖος Ὀδυσσεὺς
Διπλῆν· αὐτὰρ οἱ περόνη χρυσοῖο τέτυκτο
Αὐλοῖσιν διδύμοισι· πάροιθε δὲ δαίδαλον ἦεν·
Ἐν προτέροισι πόδεσσι κύων ἔχε ποικίλον ἐλλὸν
Ἀσπαίροντα λάων· τὸ δὲ θαυμάζεσκον ἅπαντες,
Ὡς οἱ χρύσεοι ὄντες, ὁ μὲν λάε νεβρὸν ἀπάγχων,
Αὐτὰρ ὁ, ἐκφυγέειν μεμαὼς, ἤσπαιρε πόδεσσι [2].

Helena

. . . . μέγαν ἱστὸν ὕφαινε,
Δίπλακα πορφυρέην· πολέας δ' ἐνέπασσεν ἀέθλους
Τρώων θ' ἱπποδάμων, καὶ Ἀχαιῶν χαλκοχιτώνων [3].

Andromache

. . . . ἐν δὲ θρόνα ποικίλ' ἔπασσε [4].

Cum Circe tum Calypso

. . . . περὶ . . ζώνην βάλετ' ἰξυῖ
Καλὴν, χρυσείην [5].

Hec-

1) Il. XII, 433 seqq. ad q. l. vid. Heyn. Var. Lectt. et Observ. 2) Od. XIX, 228 seqq. 3) Il. III, 125 seqq. 4) Il. XXII, 440 seqq. 5) Od. V, 231 seq. X, 543 seqq. Utrum filis aurum immiserint, an vero in tenues bracteas diductum quacunque tandem ratione vestibus aliisque ornamentis innexerint, inter judices lis est. Vid. Goguet, Op. l. Tom. II. p. m. 103 seq. Millin, Op. l. pag. 98 seqq. Argentum filis immissum esse negant. Vid. Goguet l. l. et Millin p. 95

Hectori et ceteris fere heroibus domi vestimenta jacebant

. . . . τετυγμένα χερσὶ γυναικῶν [1].

Omnibus denique nota Penelopes tela, quam texebat et retexebat pia conjux, quo procos impudentes falleret. Quid Sidonias mulieres memorem textoriae artis peritia nobilissimas,

. . . . . . τὰς αὐτὸς Ἀλέξανδρος θεοειδὴς
Ἤγαγε Σιδονίηθεν,

a quibus confecti πέπλοι παμποίκιλοι in cimeliis ab Hecuba conditi servabantur [2]: quid Phaeacum puellas, quae, quantum navigandi arte viri, tantum tela texenda reliquis antecellebant mortalibus omnibus?

. . . . πέρι γάρ σφισι δῶκεν Ἀθήνη
Ἔργα τ' ἐπίστασθαι περικαλλέα, καὶ φρένας ἐσθλάς [3].

Tela, quod satis constat, pendula fuit, ita ut staminum situs perpendicularis esset, non vero horizontalis: ad perpendiculum autem extendi solebat suspensis ponderibus, cum summa ejus pars clavorum aut alius instrumenti ope ex trabecula vel transverso ligno dependeret. Haec aliunde satis nota sunt et rata, de quibus tamen nihil Homerus, qui nec de texendi ratione quidquam monuit, nisi quae habet in comparatione a textrice petita, ut ita Ulyssem nobis ante oculos ponat, dum Ajacem sequeretur ipsiusque tergo inhaereret. Sunt autem haec:

. . . . ὦκα δ' ἔπειτα
Ἔκφερ' Ὀϊλιάδης· ἐπὶ δ' ὤρνυτο δῖος Ὀδυσσεὺς
Ἄγχι μάλ', ὡς ὅτε τίς τε γυναικὸς ἐϋζώνοιο
Στήθεός ἐστι κανὼν, ὅντ' εὖ μάλα χερσὶ τανύσσῃ,
Πηνίον ἐξέλκουσα παρὲκ μίτον, ἀγχόθι δ' ἴσχει
Στήθεος· ὡς Ὀδυσεὺς θέεν ἐγγύθεν· [4].

Ita-

p. 95 seqq. Communi enim interpretum sententia Od. V, 230. et X, 23 seq. non ἀργύρεον sed ἀργύφεον legendum est. Cf. Millin p. 97 et 99 seq. 1) Il. VI, 511. 2) Il. VI, 289 seqq. 3) Od. VII, 110 seq. cll. praec. vs. 4) Il. XXIII, 758 seqq. ad q. l. cf. Schol.

Itaque pendulam telam significat Poëta, ante quam adstat [1] textrix manibus extensis, cum dextra canonem s. regulam, *κανόνα*, filis per stamina ducendis circumvolutam, immittit, ita ut panuclam, *πηνίον*, introrsum et extrorsum per singula licia, *παρὲκ μίτου*, non trajiciat, sed trahat sinistram versus, quae *κανόνα* cum *πηνίῳ* recipiat, ut dextrorsum eodem iterum modo stamini subtemen intexere pergat. Varia sunt, quae de loco laudato habent singuli Scholiastae et Interpretes recentiores. Quam explanavimus rationem, nobis quidem probabilior visa est, quae utrum aliis verior sit et magis probanda, me peritiores judicent.

§. 4. Varia, ut universe dicam, famularum munera fuerunt, omnia omnino curantium, quae rem domesticam spectabant. Non vero ita haec munera definita et sejuncta erant, ut suum cuique injunctum et proprium esset: modo his, modo aliis funguntur, prout res ipsa ferebat [2]. Juniores tamen graviora, ut suspicari licet, cum domi tum foris opera agebant: seniores contra infantium fere nutrices habebantur, ut Euryclea Ulyssis [3], quae fide et domini amore omnibus excelluit [4], quo fiebat ut ceterarum

σκο-

Interpr. et Gramm. De texendi arte vid. inprimis Schneider. in Indice ad Script. rei rusticae p. 366 seqq. et 375 seqq. Goguet, Op. l. Vol. I. p. m. 145. et auct. ibi cit. 1) Ne quid ex Od. VII, 105 seq. verbis

Αἱ δ' ἱστοὺς ὑφόωσι καὶ ἠλάκατα στρωφῶσιν
Ἥμεναι

contra nostram sententiam colligas, tenendum est, vocem *ἥμεναι*, non ad priores feminas, sed ad eas referendam esse, *αἱ ἠλάκατα στρωφῶσιν*. Cf. Goguet, Op. l. vol. II. p. m. 187. et Eustath. ad Il. I, 31. 2) Quae teneant lectores velim in iis, quae deinceps sumus allaturi. Cf. inpr. Nitzsch ad Od. II, 337.—48, qui ait: Alter und Verhältnisse vereinigten und trennten hier: dem Manne brachte die Frau Dienerinnen zu, Od. XXIII, 228: der hochbetagten Schäfferin musste eine noch rüstigere zugeordnet werden, wenn sie auch einiges vom vorigen Amte behielt. Adeas cetera quae l. l. disputat V. Doct. contra Spohn. Op. l. 3) Vid. Od. XIX, 482 seq. 4) Vid. Od. XVII, 31. XIX, 16, 21 seqq. et 361 seqq. al.

σκοπὸς vocaretur [1]. Erant item θαλαμηπόλοι, ut apud Ulyssem Eurynome et Euryclea [2]; panem insuper curabant et cetera quae ad victum pertinebant, a qua muneris parte ταμίαι dicuntur [3]. Alcinoo quinquaginta ancillae in opere suo erant occupatae, quarum aliae texebant, aliae mola frumentum contundebant [4]: in Laërtiadae domo duodecim aderant

Ἄλφιτα τεύχουσαι καὶ ἀλείατα, μυελὸν ἀνδρῶν [5].

Vestes praeterea lavant [6], vindemiae tempore operam praestant [7], verbo, negotia in rebus domesticis omnia obeunt, ut sunt, quae ceteras ancillas perficere jubet Euryclea, cum dicat:

Ἀγρεῖθ', αἱ μὲν δῶμα κορήσατε ποιπνύσασαι,
Ῥάσσατέ τ', ἐν δὲ θρόνοις εὐποιήτοισι τάπητας
Βάλλετε πορφυρέους· αἱ δὲ σπόγγοισι τραπέζας
Πάσας ἀμφιμάσασθε, καθήρατε δὲ κρητῆρας,
Καὶ δέπα ἀμφικύπελλα τετυγμένα· ταὶ δὲ μεθ' ὕδωρ
Ἔρχεσθε κρήνηνδε, καὶ οἴσετε θᾶσσον ἰοῦσαι [8].

Hector quoque Andromachae suae metuit, ne se mortuo captiva Argis aquam afferre ac telam texere invita cogatur:

Καί κεν, ἐν Ἄργει ἐοῦσα, πρὸς ἄλλης ἱστὸν ὑφαίνοις,
Καί κεν ὕδωρ φορέοις Μεσσηΐδος ἢ Ὑπερείης,
Πόλλ' ἀεκαζομένη· κρατερὴ δ' ἐπικείσετ' ἀνάγκη [9].

1) Vid. Od. XXII, 396. 2) Vid. Od. XXIII, 289 seqq. Cf. Nitzsch. ad Od. I, 430 seqq. Euryclea Ulyssis θάλαμον ἐφύλασσε Od. II, 337 seqq. Cf. Interpr. ad Il. I, 31. 3) Vid. Od. VII, 7—13. XXII, 421—25. Il. III, 380 seqq. Cf. dicta L. III. c. 5. 4) Vid. Od. VII, 104. 5) Od. XX, 107. Cf. L. III. c. 1. §. 1. 6) Vid. L. III. c. 9. §. 5. 7) Vid. h. L. c. 1. §. 6. 8) Od. XX, 149 seqq. 9) Il. VI, 457 seqq. Laestrigonum regis filia ipsa ὑδρεύουσα ad fontem concedit Od. X, 105 seq.

CAPUT QUARTUM.

DE MUSICA.

§. 1. Quae hucusque recensuimus exercitia necessaria erant, id est, victum, securitatem, usum, et vestitum spectabant. Accedunt alia, quae delectationis et voluptatis causa instituebant, quibusque animus exhilarabatur, musicam dico et cantum. Quibus enim artibus deinceps Graeci cultiores tantam in omnium animos vim tribuerunt, iisdem heroica aetate summopere delectabantur. Troicis jam temporibus, ut ait Knigthius, regem unumquemque potentiorem in familia poëtam aluisse constat, qui hospites et amicos in conviviis delectaret, ac civium animos ad pietatem et virtutem accenderet, dum Deorum laudes et majorum res fortiter gestas carminibus ad lyram cantatis celebraret. Poëtae item singuli, qui arte et ingenio caeteris praecellerent, et quorum fama jam latius percrebuisset, haud unius principis patrocinio vel unius gentis aestimatione contenti, longinquis peregrinationibus gloriam captabant, atque artem, quam colebant, vario rerum usu et hominum experientia ornabant augebantque. Talem fuisse credo Thamyrim illum Thracium 1 — talemque fuisse ipsum Iliadis (et Odysseae) auctorem tum veterum traditio, tum carminis (carminum) indoles ac forma vix dubitare sinit 2. Principum igitur domicilia, regum aedes, populi aliquando conciones obibant ἀοιδοὶ deorum hominumque res gestas carmine celebrantes, ut Phemius et Demodocus.

§. 2.

1) Vid. Od. II, 590. 2) R. Payne Knight Proleg. l. §. LXXIV. p. 68. Cf. Untersuchung über Homers Leben und Schriften. Aus dem Englischen des Blackwells übersetzt von J. H. Voss. achtster Abschnitt p. m. 124 seqq.

§. 2. De quibus gravis est eorum error, qui circumvagantibus musicis et cantoribus nostrorum temporum eos comparandos censuere: nec enim contemnebantur illi, sed magno in honore, atque eodem cum heroibus loco habebantur [1]. Artem enim suam singulari Deorum benivolentia ipsis concessam numinis ipsius ope et afflatu [2] exercere credebantur:

Πᾶσι γὰρ ἀνθρώποισιν ἐπιχθονίοισιν ἀοιδοὶ
Τιμῆς ἔμμοροί εἰσι καὶ αἰδοῦς, οὕνεκ' ἄρα σφέας
Οἴμας Μοῦσ' ἐδίδαξε· φίλησε δὲ φῦλον ἀοιδῶν [3].

De Demodoco Homerus: . . . .

Μοῦσ' ἄρ' ἀοιδὸν ἀνῆκεν ἀειδέμεναι κλέα ἀνδρῶν [4].

Hinc frequens Musarum invocatio, ut in his:

Ἔσπετε νῦν μοι, Μοῦσαι, Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι·
Ὑμεῖς γὰρ θεαί ἐστε, πάρεστέ τε, ἴστε τε πάντα [5].

Summa cantori laus tributa est, qui ita res cecinerat, quasi praesens iis interfuisset. Namque ad Demodocum Ulysses:

Ἤ σέ γε Μοῦσ' ἐδίδαξε, Διὸς πάϊς, ἢ σέ γ' Ἀπόλλων·
Λίην γὰρ κατὰ κόσμον Ἀχαιῶν οἶτον ἀείδεις,
Ὅσσ' ἔρξαν τ', ἔπαθόν τε, καὶ ὅσσ' ἐμόγησαν Ἀχαιοὶ
Ὥς τέ που ἢ αὐτὸς παρεὼν, ἢ ἄλλου ἀκούσας [6].

Quantam vero de ἀοιδῶν sapientia opinionem foverent, ne de pluribus dicam, ex Penelopae ad Phemium verbis pateat:

Φήμιε, πολλὰ γὰρ ἄλλα βροτῶν θελκτήρια οἶδας,
Ἔργ' ἀνδρῶν τε θεῶν τε, τά τε κλείουσιν ἀοιδοί [7].

Qui-

1) Verba sunt J. Fr. X. Wurth, in Spec. Inaug., quod continet quaedam de Homericorum poëmatum origine, compositione et ad formandum Graecorum animum momento, et publ. exam. submisit auctor Leodii an. 1821. pag. 14. Cum cl. Heerenio (Ideën etc. Tom. III. P. 1. p. 160.) epicam Graecorum poësin ex eorum (vatum) cantu extemporali exstitisse statuit Idem p. l. et seq. 2) Demodocus canere incipit ὁρμηθεὶς θεοῦ Od. VIII, 499. 3) Od. VIII, 479 seqq. Impiis canendi facultatem auferunt Musae. Vid. Il. II, 595. 4) Od. L. l. vs. 73. cll. vs. 487, 499. al. 5) Il. II, 484 seqq. Cf. I, 1. al. 6) Od. VIII, 488 seqq. Cf. XVII, 518 seq. 7) Od. I, 337 seqq. Cf. XXII, 347.

Quibus causis, nec tamen minus mira, quam e musica cantuque capiebant, delectatione, factum est, ut insignem vatibus illis honorem haberent [1], ad convivia omnia et in singulis festis eos adhiberent, quorum quidem voce et musica vix satiari poterant audientes:

Τοῦ δ' ἄμοτον μεμάασιν ἀκουέμεν, ὁππότ' ἀείδει [2].

Quin etiam tantum de vatum auctoritate et musicae vi sibi pollicebantur, ut Trojam proficiscens Atrides Clytaemnestrae curam ἀοιδῷ traderet,

. . . . ᾧ πόλλ' ἐπέτελλεν
Ἀτρείδης, Τροίηνδε κιών, εἴρυσθαι ἄκοιτιν [3].

Qui quidem vates tantum in Agamemnonis uxorem valuit, ut, dum ipsi adesset, abnueret ἔργον ἀεικὲς [4], quod deinceps sustinere ausa est, cum ἀοιδὸν in insulam desertam οἰωνοῖσιν ἕλωρ καὶ κύρμα γενέσθαι abduci curaverat adulter [5]. Ut heroum, ita Deorum animi cantu et musica capiebantur. Ne plura adferam, exemplo sint quae de Diis in Olympo coenantibus cecinit Poëta:

. . . . . οὐδέ τι θυμὸς ἐδεύετο δαιτὸς ἐΐσης
Οὐ μὲν φόρμιγγος περικαλλέος, ἣν ἔχ' Ἀπόλλων,
Μουσάων θ', αἳ ἄειδον ἀμειβόμεναι ὀπὶ καλῇ [6].

Et summam profecto musicae in Deos vim esse et efficacitatem arbitrabantur, adeo ut hujus beneficio Apollinis sese iram placare posse Achivis esset persua-

1) Quos quicunque laeserit vel malo affecerit, gravissimam quamque poenam sibi contrahit, ut patet ex Od. I, 346. VIII, 44. al. et in primis ex Lib. XXII. vs. 345 seq., ubi ad Ulyssem Phemius:

Αὐτῷ τοι μετόπισθ' ἄχος ἔσσεται, εἴ κεν ἀοιδὸν
Πέφνῃς, ὅστε θεοῖσι καὶ ἀνθρώποισιν ἀείδω.

2) Od. XVII, 520. Cf. I, 325. XXII, 344 seqq. al. Qui ex artis poëticae regulis varia in Homero carminum genera mira religione discernunt, aetatem heroicam negligere atque aliena adeo afferre videntur. Ita Schol. ad Il. I, 373. Cf. Nitzsch. ad Od. III, 267. et auct. ibi laud.
3) Od. III, 265 seq. Cf. Athen. L. I. p. 14. et L. XIV. p. 622. C.
4) Vid. Od. L. l. vs. 265. 5) Vid. Od. L. l. vs. 269 seqq. Cf. I; 30 seqq. et nos L. II. c. 26. 6) Il. I, 602. Vid. h. c. §. 3. not. 7.

suasum. Hi enim

. . . . . . πανημέριοι μολπῇ θεὸν ἱλάσκοντο,
Καλὸν ἀείδοντες παιήονα [1].

§. 3. Instrumenta musica, quae ex Homeri testimonio innotuerunt, partim inflantur, ut αὐλὸς et σύριγξ [2], partim chordis intenduntur, ut κιθάρα s. κίθαρις, φόρμιγξ et λύρα, quae tria unum idemque instrumentum designare affirmat Pollux [3]. Quod ipse docet Homerus. Dicit enim φόρμιγγι κιθάριζε [4]; Phemius cithara a praecone ipsi tradita φορμίζων ἀνεβάλλετο [5]: in hymno denique in Hermen legimus, λύρῃ ἐρατὸν κιθαρίζων [6]. Absque omni igitur discrimine eas voces usurpavit Poëta: nos saltem discrimen latet. Eustathius notat χέλυν, lyram, vocatam esse πᾶσαν κιθάραν [7]. Paucissima sunt, quae de citharae forma, partibus eamque pulsandi ratione ex Homero novimus. Citharam cantor manu gerebat: ea praeludens [8] mentem ad compositionem excitabat: ea fluentia carmina sustentabat [9]. Citharae ἐπὴν ζυγὸν [10], qua voce, ex Scholiastarum sententia, denotatur ὁ πῆχυς τῆς κιθάρας, ᾧ ἔγκεινται οἱ κόλλαβοι· οὕτως δὲ λέγονται οἱ πάσσαλοι, ὧν ἐξάπτονται αἱ χορδαί [11]. Ζυγὸν igitur dicitur transtillum in summa citharae parte inter utraque ejus cornua medium, cui verticilli et fides infixi erant et ad-

1) Il. I, 472 seq. 2) Il. X, 13. αὐλὸς et σύριγξ in castris Trojanis adfuisse legimus, ad q. l. Schol. V. οὐχ' Ἑλληνικὸν οἱ αὐλοί, nec enim, inquit, a procis nec in Hermiones et Penelopes nuptiis adhibiti dicuntur. Sed in Achillis tamen clypeo in nuptiarum celebratione memorantur αὐλοὶ Il. XVIII, 495. et laeti inter greges pastores canebant τερπόμενοι σύριγξι Il. L. l. vs. 526. 3) Lib. IV. c. 9. p. 379 seqq. 4) Vid. Il. XVIII, 569 seq. 5) Vid. Od. I, 153 seqq. VIII, 266. al. 6) Vs. 422. 7) Quem vid. ad Od. XXI, 391. 8) Quod dicebatur ἀναβάλλεσθαι καλὸν ἀείδειν Od. I, 155. VIII, 266 et passim. 9) Ita J. Fr. X. Wurth, Op. l. pag. 15. 10) Vid. Il. IX, 187. et ad quem l. adeas Schol. et Interpr. 11) Schol. A. B. D. ad Il. L. l. Superior citharae pars, inquit Heyn. ad Il. l. l., πῆχυς: non autem ponticulus transversus in inferiore parte.

adnexi [1]. Verticillus autem est κόλλοψ [2], δι' οὗ τείνονται χορδαί, ut ait Eustathius [3], vel ut alii, ἔνθα τείνονται αἱ ἐν τῇ λύρᾳ χορδαί [4], quo fides intenderentur et remitterentur. Nervi denique seu fides, nisi ex aliorum quoque animalium, ex ovium certe intestinis vel nervis factae sunt, quales Homerus dicit ἐϋστρεφὲς ἔντερον οἰὸς, quando Ulyssem arcum scite tendentem cantori ita comparat:

Ὡς ὅτ' ἀνὴρ φόρμιγγος ἐπιστάμενος καὶ ἀοιδῆς,
Ῥηϊδίως ἐτάνυσσε νέῳ ἐπὶ κόλλοπι χορδὴν,
Ἅψας ἀμφοτέρωθεν ἐϋστρεφὲς ἔντερον οἰός [5].

Sunt tamen, qui lyrae chordas e lino factas esse affirmant, quo referunt, quae de puero in mediis vindemiatoribus adstante cecinit Auctor:

Ἱμερόεν κιθάριζε, λίνον δ' ὑπὸ καλὸν ἄειδε
Λεπταλέῃ φωνῇ· [6].

Longe vero plurimi, et rectius forte [7], de singulari can-

1) Vid. Köpp. ad Il. IX, 187. et Passov. Lex. in v. Ἀργύρεον fuit in Achillis lyra. 2) Vid. Od. XXI, 407. In Achillis lyra Il. IX, 186. κόλλοψ non commemoratur, unde argumentum sumsit R. Payne Knight. Proleg. §. LXVII., quo Iliadem Odyssea antiquiorem et κόλλοπα eo seculo inventum esse probaret, quod inter Iliadis et Odysseae ortum posuit. » Quae conclusio, inquit Thiersch. „de diversa Il. et Odyss. aetate in Jahnii Jahrb. etc. Tom. III. P. 2. p. 107., falsa est. Nam, in ipsa Odyssea saepius lyra commemoratur (v. g. Od. Θ.) neque tamen alibi, nisi φ, 407, κόλλοψ nominatur. Mihi vero κόλλοψ ea pars lyrae esse videtur, quae necesse est, ut una cum instrumento originem capiat. Aliquid enim in Achillis lyra esse debuit, ex quo chordae tenderentur: id vero nihil aliud fuit, quam κόλλοψ. Argumentum e lyrae structura, si aliquid probaret, sumendum erat e numero fidium; fides enim in tempore augebantur et alia ratione inter se comparabantur. Vid. Fr. Thiersch. Einleit. z. Pindar. pag. 36 seq." 3) Ad Od. XXI, 407. 4) Schol. ap. Angel. Maj. ad Od. l. l.. quem citat Thiersch. l. s. l. qui, κόλλοψ, inquit, ergo illa pars citharae, ex qua nervi aut fides tendebantur, quod dicunt epitonium. Cf. Apoll. Lex. in v. 5) Od. XXI, 406 seqq. 6) Il. XVIII, 570 seq. 7) Nemo, qui verborum nexum respicit, pro materie, ex qua chordae fabricatae sint, nobis venditabit: ita Thiersch. l. supra cit. Contra R. Payne Knight Proleg. p. 40. in not. 9., haud me fugit, inquit, viros doctos λίνον istud pro cantiuncula quadam habuisse: sed obstat eorum sen-

cantilenae genere Poëtae verba accipiunt, quorum sententiam exponere a re nostra alienum videtur [1]. De chordarum numero nihil monet Homerus, qui plerumque singulari numero χορδὴν dicit, nisi eo referas, quae in Hymno de lyra e testudine ab Herme confecta leguntur:

Ἑπτὰ δὲ συμφώνους οἴων ἐτανύσσατο χορδάς [2].

Plectro, πλήκτρῳ, citharam pulsabant, ut in his:

. . . . τοῖο δὲ φόρμιγξ
Χρυσέου ὑπὸ πλήκτρου καναχὴν ἔχει ἱμερόεσσαν [3].

Quem sonum reddiderint epitheto forte notavit Poëta, quo saepius λιγείαν φόρμιγγα vocat, qua φρένα τερπόμενον invenimus Achillem [4] et in conviviis heroës plurimum delectatos esse novimus: δαιτὶ enim συνήορός ἐστι θαλείῃ [5]. Nunquam autem canebant, quin instrumenti musici sono vocem conjungerent. Unde eximius ἀοιδὸς est

. . . . ἀνὴρ φόρμιγγος ἐπιστάμενος καὶ ἀοιδῆς [6].

et de Herme hymnorum auctor:

. . . . τάχα δὲ λιγέως κιθαρίζων
Γηρύετ' ἀμβολάδην· ἐρατὴ δέ οἱ ἕσπετο φωνή [7].

Verosimile est, ut Wurthii verbis dicam, ἀοιδοῦ vocem semper medium quemdam inter cantum proprie dictum et declamationem locum tenuisse, ita ut vatis pronunciandi ratio proxime ad eam, quam hodie recitativam vocamus, accederet: quum enim non tam ad melodiam quam ad verba attenderent circumstantes, omnia ita dicenda erant, ut ab omnibus intelligerentur [8]. In Olympo Diis ἀοιδὸς interest Apollo, cui citharam pulsanti accinunt Musae ἀμειβόμεναι ὀπὶ καλῇ [9]. De quibus Heynius [10], novum est, inquit, et

sententiae ὑπό; nam ἀείδει qui ad citharam canit, ipsa ὑπαείδει. Cf. Passov. Lex. in v. λίνον. 1) Copiosa l. l. expositio exstat in Heyn. Var. Lectt. et Observ. ad Il. XVIII, 570 seq. 2) Hymn. in Herm. vs. 51. 3) Hymn. in Apoll. vs. 184 seq. et in Herm. 419 seqq. cll. vs. 53. 4) Vid. Il. IX, 186. 5) Vid. Od. VIII, 99. cll. I, 52. XVII, 271 seq. 6) Od. XXI, 406. 7) Hymn. in Herm. vs. 424 seq. 8) Specim. supra laud. pag. 15. 9) Il. I, 603. 10) Ad Il. l. l.

et ab Homericis non minus quam ab heroum vita alienum, quod Musae accinunt: nam in heroum vita solus ἀοιδός adhibetur, nec adsunt feminae cantantes: novum quoque, quod alternis canunt Musae [1].

§. 4. Variis de rebus canebant ἀοιδοί ut divinis ita humanis. Hermes Deos immortales et terram cantu celebrat ac modum exponit quo singula in universo nata sint et disposita [2]. Demodocus de Aphrodites cum belli Deo congressu furtivo canit [3]. In sacris potissimum solennioribus Deorum laudes cantu extollebant, quemadmodum ex hymno in Apollinem apparet, quo puellae Deliades memorantur,

Αἵ τ' ἐπεὶ ἂρ πρῶτον μὲν Ἀπόλλων' ὑμνήσωσιν
Αὖτις δ' αὖ Λητώ τε καὶ Ἄρτεμιν ἰοχέαιραν·
Μνησάμεναι ἀνδρῶν τε παλαιῶν ἠδὲ γυναικῶν,
Ὕμνον ἀείδουσιν, θέλγουσι δὲ φῦλ' ἀνθρώπων [4].

Quo pertinent in primis ὕμνοι, qui vulgo, quamvis plures jure in dubium vocent, Homeri nomine feruntur. Ejusdem generis cantus fuit, quem ut pestis lues coerceretur excitasse dicuntur Achivi, καλὸν ἀείδοντες παιήονα, μέλποντες Ἑκάεργον [5]: quod hymni nomen (παιήονα) seu genericum seu laeti saltem eventus fuisse videtur Heynio [6]: nam Hectore caeso iterum vi-

1) Cf. Od. XXIV, 60 seq. 2) Vid. Hymn. in Herm. vs. 426 seqq. 3) Vid. Od. VIII, 266—267. Cf. nos L. II. c. 16. §. 3. Totum Odyss. locum laud. interpolatoris, Homeri aetate longe recentioris, figmentum esse, contenderunt plurimi, in his W. Müller, Homerische Vorschule p. 131. D. C. W. Baumgarten-Crusius in recensione Mülleri Op. l. apud Jahn, Jahrb. Tom. III. P. 2. p. 28 seq. et Thiersch, Urgestalt der Odyssee p. 63 seq. (de quo libr. vid. Jahn. Jahrb. Tom. III. P. 2. p. 20 seqq.) et Ejusd. disput. de diversa Il. et Odyss. aetate inserta Op. l. pag. 101. ibiq. nota. 4) Hymn. in Apoll. vs. 157. Huc forte pertinebat quoque vindemiatorum cantus et saltatio, quibus ut videtur et suam laetitiam proderent et gratias Diis agerent, a quibus largam vindemiam profectam esse pii arbitrabantur. Vid. Il. XVIII, 369. Cf. h. L. c. 1. §. 6. extr. 5) Vid. Il. I, 473 seqq. Cf. h. c. §. 2. 6) Quem fuse de hac re disp. vid. ad Il. l. l. et XXII, 391. ibique varia quae habent Schol. Cf. Köpp. ad Il. I, 473.

victoris hymnus est [1]. Sed ad propositum redeamus. Ex rebus humanis majorum in primis praeclare facta carminibus celebrare gestiebant ἀοιδοί, a quorum ore mirantes pendebant posteri, quibus majorum laude nihil exoptatius, nihil dulcius, neque sibi gloriosius erat.

Τοῖσι δ' ἀοιδὸς ἄειδε περικλυτὸς, οἱ δὲ σιωπῇ
Εἵατ' ἀκούοντες [2].

Achilles

. . . . . θυμὸν ἔτερπεν, ἄειδε δ' ἄρα κλέα ἀνδρῶν [3].

Demodocus post coenam [4] Musae numine inflatus cantilenam cecinit,

. . . . . . τῆς τότ' ἄρα κλέος οὐρανὸν εὐρὺν ἵκανε·
Νεῖκος Ὀδυσσῆος καὶ Πηλείδεω Ἀχιλῆος,
Ὥς ποτε δηρίσαντο, θεῶν ἐν δαιτὶ θαλείῃ
Ἐκπάγλοις ἐπέεσσιν [5].

Cujus quidem οἴμης ea in Ulyssem vis fuit, ut largas in sinum lacrimas effunderet et veste vultus tegeret:

Αἴδετο γὰρ Φαίηκας, ὑπ' ὀφρύσι δάκρυα λείβων [6].

Idem ὁρμηθεὶς θεοῦ de equo Trojano ἀοιδὴν ἔφαινε,

Ἔνθεν ἑλὼν, ὡς οἱ μὲν ἐϋσσέλμων ἐπὶ νηῶν
Βάντες ἀπέπλειον, πῦρ ἐν κλισίῃσι βαλόντες,
Ἀργεῖοι· κ. τ. λ. [7].
Ταῦτ' ἄρ' ἀοιδὸς ἄειδε περικλυτός· αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς
Τήκετο· δάκρυ δ' ἔδευεν ὑπὸ βλεφάροισι παρειάς [8].

Phemius, qui se ipse αὐτοδίδακτον praedicat, quod sibi θεὸς ἐν φρεσὶν οἴμας παντοίας ἐνέφυσεν [9],

. . . . Ἀχαιῶν νόστον ἄειδε
Λυγρὸν, ὃν ἐκ Τροίης ἐπετείλατο Παλλὰς Ἀθήνη [10].

et supplex ad Ulyssem

1) Vid. Il. XXII, 391. Qui usus vocis etiam est apud bonos auctores. Vid. Ruhnk. ad Timaeum v. παιανίσαι et Heyn. ad l. l. 2) Od. I, 325 seq. 3) Il. IX, 189. 4) Vid. L. II. c. 14. §. 4. extr. ibiq. not. 5) Od. VIII, 74 seqq. 6) Od. L. l. vs. 86. 7) Od. L. l. vs. 500 seqq. 8) Od. L. l. vs. 521 seq. cf. vs. seqq. usque ad vs. 540. 9) Vid. Od. XXII, 347 seq. Cf. Nitzsch. ad Od. III, 267. 10) Od. I, 326 seqq. Cf. III, 135 seqq. V, 108. et Nitzsch. ad I, 326 ibiq. l. auct.

. . . . ἔοικα δὲ, inquit, τοι παραείδειν
Ὥστε θεῷ [1].

De caede Agamemnoni a Clytaemnestra illata [2], itemque de Oreste matrem et adulterum interimente a posteris cantatum iri ait Homerus:

Οἴσουσι κλέος εὐρὺ καὶ ἐσσομένοισιν ἀοιδήν [3].

Haec et similia βροτῶν θελκτήρια canebant ἀοιδοί: hinc ipsis fama, existimatio et auctoritas. Ejusdem tamen musicae cantusque vim eam noverant Graeci, quam in afflictorum animos habere solet. Ubi enim cognatos aut amicos fato acerbo sibi ereptos lugentes desiderabant, eorum meritis carmine (θρήνοις) extollendis tristitiae solatium quaerebant et medelam [4].

CAPUT QUINTUM.

DE SALTATIONE.

§. 1. Musicae cantuique affinis est saltatio, quae saepissime ab Homero conjunguntur et a natura arctissimo vinculo connexa fuerunt, ita ut corporis motu et vocis modulatione exprimerent ea, quae musicae ope in auditorum animis excitabat ἀοιδὸς,

1) Od. XXII, 348. Non vidi (ejus loci) versionem, inquit Mer. Casaubonus, de nupera Homeri editione etc. Dissert. p. 50, 51., quae mihi satisfaciat, et absque Eustathio in ambiguo fortasse esset egregia sententia. Hoc autem voluit Phemius dicere (ut Eustathius exponit, et verba ipsa fidem faciunt) se in hoc suo discrimine Ulyssem spectare tamquam praesentem Deum. Cf. Eustath. ad. l. l. 2) Vid. Od. XXIV, 199 seq. est autem στυγερὴ ἀοιδή. 3) Od. III, 204. 4) Vid. L. I. c. 12. §. 5.

ῶς, cujus rhythmum corporis motu sequebantur [1]. Quidquid sit, in deliciis certe ea fuerunt heroibus, quibus, teste Homero,

. . . . ἐνὶ φρεσὶν ἄλλα μεμήλει,
Μολπή τ' ὀρχηστύς τε· τὰ γάρ τ' ἀναθήματα δαιτός [2].

Ludis, quos in Ulyssis honorem ediderat Alcinous, ad finem perductis, saltationem institui jubet Phaeacum rex, ita suos allocutus:

Ἀλλ' ἄγε, Φαιήκων βητάρμονες, ὅσσοι ἄριστοι,
Παίσετε· ὥς χ' ὁ ξεῖνος ἐνίσπη οἷσι φίλοισιν,
Οἴκαδε νοστήσας, ὅσσον περιγινόμεθ' ἄλλων
Ναυτιλίῃ, καὶ ποσσὶ, καὶ ὀρχηστυῖ, καὶ ἀοιδῇ [3].

Proci, in Ulyssis regia impudenter agentes,

. . . . εἰς ὀρχηστύν τε καὶ ἱμερόεσσαν ἀοιδὴν
Τρεψάμενοι τέρποντο· μένον δ' ἐπὶ ἕσπερον ἐλθεῖν [4].

In nuptiis item, ut vidimus [5], laeti saltabant: unde Ulysses, procis domi suae interfectis, ne per urbem caedis fama percrebesceret prius, quam ipse cum suis in tutum se contulisset, φιλοπαίγμονα ὀρχηθμὸν suos instituere jubet, ut ita

. . . . . . τις φαίη γάμον ἔμμεναι, ἐκτὸς ἀκούων
Ἢ ἀν' ὁδὸν στείχων, ἢ οἳ περιναιετάουσιν [6].

§. 2. In Deorum quoque sacris saltationem cum cantu sociabant, ut in Apollinis honorem Deli factum legimus, cum Deum

. . . . πυγμαχίῃ τε καὶ ὀρχηθμῷ καὶ ἀοιδῇ
Μνησάμενοι τέρπουσιν, ὅταν στήσωνται ἀγῶνα [7].

Idem ex iis patet, quae de Eudoro ait Poëta:

. . . . τὸν ἔτικτε χορῷ καλὴ Πολυμήλη,

Φύ-

1) Musicae, ad quam saltabant, natura qualis fuerit accurate ex Homero definiri nequit, ex quo scilicet non nisi generalia, quae dedimus, peti possunt. De his autem egit W. Müller, Homerische Vorschule, Leipzig 1824. p. m. 28 seqq., cujus libri censuram scripsit Dissenius in Gött. Anz. 1827. N°. 3—5. Cf. h. c. §. 3. 2) Od. I, 151 seq. Cf. XVII, 271. XXI, 430. 3) Od. VIII, 250 seqq. 4) Od. XVIII, 303 seq. 5) Vid. L. II. c. 14. §. 3. 6) Od. XXIII, 135 seq. cll. praec. et seqq. vs. 7) Hymn. in Apoll. vs. 149 seq.

Φύλαντος θυγάτηρ· τῆς δὲ κρατὺς Ἀργειφόντης
Ἠράσατ', ὀφθαλμοῖσιν ἰδὼν, μετὰ μελπομένῃσιν
Ἐν χορῷ Ἀρτέμιδος·[1].

Ita Thyades, Atticae mulieres, quotannis ad Bacchi sacra Delphos proficiscentes, per viam saltare solebant, maxime ad Panopeum, quem ideo καλλίχορον ab Homero vocari[2] notavit Pausanias[3]. In quibus choris sociis praecelluisse haud minimae laudi ducebatur. Ad Nausicaën quippe Ulysses:

Τρισμάκαρες μὲν σοί γε πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ,
Τρισμάκαρες δὲ κασίγνητοι· μάλα πού σφισι θυμὸς
Αἰὲν ἐυφροσύνῃσιν ἰαίνεται, εἵνεκα σεῖο,
Λευσσόντων τοιόνδε θάλος χορὸν εἰσοιχνεῦσαν[4].

Choricam ejusmodi saltationem in Achillis quoque clypeo expressit Hephaestus, qua ἠΐθεοι et παρθένοι una

Ὠρχεῦντ', ἀλλήλων ἐπὶ καρπῷ χεῖρας ἔχοντες·
Πολλὸς δ' ἱμερόεντα χορὸν περιΐσταθ' ὅμιλος
Τερπόμενοι[5].

§. 3. Duorum generum saltationes in Homero observavit Athenaeus: Ὀρχήσεις δ' εἰσὶ παρ' Ὁμήρῳ αἱ μέν τινες τῶν κυβιστήρων, αἱ δὲ διὰ τῆς σφαίρας[6]. E laeta scilicet exsultantium et ovantium turba aliquando prodibant in mediam adstantium coronam, qui exquisitiores corpore motus faciebant, ut in caput provoluti, corpore in spiram contracto, insisterent et pedibus sublatis motus numerosos jactarent. Ita, cum Menelai regiam advenirent Telemachus et Pisistratus,

Γείτονες, ἠδὲ ἔται Μενελάου κυδαλίμοιο
Τερπόμενοι

in Hermiones nuptiis epulabantur:

1) Il. XVI, 180 seqq. 2) Vid. Od. XI, 580. 3) Phocic. L. X. c. 4. 4) Od. VI, 154 seqq. 5) Il. XVIII, 590 seqq. ad q. l. cf. Eustath. et Interpr. recent. Simile quid teste Homero L. l. vs. 591 seq. in Creta fuit, cujus auctor habebatur Daedalus. 6) L. I. p. 14. D.

. . . . . . μετὰ δέ σφιν ἐμέλπετο θεῖος ἀοιδὸς,
Φορμίζων· δοιὼ δὲ κυβιστῆρε κατ' αὐτοὺς
Μολπῆς ἐξάρχοντες [1] ἐδίνευον κατὰ μέσσον [2].

Eadem fere leguntur Iliadis libro decimo octavo, quo in Achillis clypeo

. . . . δοιὼ . . κυβιστῆρε κατ' αὐτοὺς [3]
Μολπῆς ἐξάρχοντες ἐδίνευον κατα μέσσους [4].

Διὰ σφαίρας seu σφαίρῃ cum sociis lusisse dicitur Nausicaë, quae, ubi cibi desiderium expleverant, vestibus lotis,

Σφαίρῃ . . . . ἔπαιζον, ἀπὸ κρήδεμνα βαλοῦσαι·
Τῇσι δὲ Ναυσικάα λευκώλενος ἤρχετο μολπῆς [5].

A Phaeacum rege Alcinoo in Ulyssis honorem saltatoria certamina cum ederentur, novem ille αἰσυμνῆτας elegit,

. . . . . . οἳ κατ' ἀγῶνας εὖ πρήσσεσκον ἕκαστα·
Λείηναν δὲ χορὸν, καλὸν δ' εὔρυναν ἀγῶνα [6].

Quibus factis Demodocus, cithara a praecone accepta,

. . . . . . κί' ἐς μέσον· ἀμφὶ δὲ κοῦροι
Πρωθῆβαι ἵσταντο, δαήμονες ὀρχηθμοῖο·
Πέπληγον δὲ χορὸν θεῖον ποσίν· αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς
Μαρμαρυγὰς θηεῖτο ποδῶν, θαύμαζε δὲ θυμῷ [7].

Interea de Aphrodites Martisque furtivo amore canit ἀοιδὸς [8], qui cum desiisset, Alcinous ex saltantium nu-

1) Athenaeus L. IV. c. 28. mavult legere ἐξάρχοντος sc. ἀοιδοῦ, ut hic musica κυβιστήρων motus rexerit. Quod si probandum sit, ut nobis quidem videtur, et Il. XVIII, 605 legendum esset ἐξάρχοντος commate posito post αὐτοὺς et ἐξάρχ. Ex Iliad. enim L. l. in h. Odyss. l. ab Aristarcho versus male insertos esse docet Athenaeus L. IV. c. 28. p. 280 seq., cujus est docta de his disputatio. Nec inter recentiores desunt, qui de versuum Il. L. l. auctoritate dubitant. Vid. Heyn., Ernest., Köppen ad Il. l. l. Nitzsch. ad Od. IV, 15—19. et ab his cit. auct. 2) Od. IV, 17 seqq. ibiq. Schol. 3) Πολλὸς enim ἱμερόεντα χορὸν περιΐσταθ' ὅμιλος, τερπόμενοι Il. L. l. vs. 603 seq. 4) Il. L. l. vs. 604, 5. 5) Od. VI, 100 seq. Ad rhythmum igitur σφαίρῃ ἔπαιζον. 6) Od. VIII, 260 seq. 7) Od. L. l. vs. 262 seqq. 8) Vid. Od. L. l. vs. 266—366. Cf. h. L. c. 4.

numero Halium et Laodamanta prodire jubet

Μουνὰξ ὀρχήσασθαι, ἐπεί σφισιν οὔτις ἔριζεν [1].

Alter igitur eorum ἰδνωθεὶς ὀπίσω pilam purpuream acceptam in altum jactabat, quam posset altissime, ut eandem alter exsiliens manibus exciperet, ante quam pedibus terram iterum attigisset: quó facto alternantes saltabant, ceteris plaudentibus. Haec ita Homerus:

Τὴν (σφαῖραν) ἕτερος ῥίπτασκε ποτὶ νέφεα σκιόεντα,
Ἰδνωθεὶς ὀπίσω· ὁ δ' ἀπὸ χθονὸς ὑψόσ' ἀερθεὶς,
Ῥηϊδίως μεθέλεσκε, πάρος ποσὶν οὖδας ἱκέσθαι.
Αὐτὰρ ἐπειδὴ σφαίρῃ ἀν' ἰθὺν πειρήσατο
Ὀρχείσθην δὴ ἔπειτα ποτὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ,
Ταρφέ' ἀμειβομένω· κοῦροι δ' ἐπελήκεον ἄλλοι,
Ἑσταότες κατ' ἀγῶνα, πολὺς δ' ὑπὸ κόμπος ὀρώρει [2].

§. 4. Fuit autem Graecis veterioribus saltatio exercitatio quaedam bellica, qua corporis agilitatem exercendo augerent. Hinc est quod Merionen, qui celeri corporis motu ipsius hastam evitaret, ita alloquatur Aeneas:

Μηριόνη, τάχα κέν σε, καὶ ὀρχηστήν περ ἐόντα,
Ἔγχος ἐμὸν κατέπαυσε διαμπερὲς, εἴ σε βάλον περ [3].

Quae quidem agilitas, ut ceterae corporis dotes, laudi heroibus ducebatur. At filios reprehendit Priamus, quod essent

....

c. 4. §. 4. not. 2. W. Müllerus, Homerische Vorschule, pag. 29, et Dissenius in Mülleri Op. laud. censura, Gott. Anz. an. 1827. N°. 3—5, in pluribus quamvis dissentiant, de mimica saltatione cum epica narratione conjuncta consentiunt. Qui tamen VV. Doct. mimicam saltationem l. ab iis laud. ab Homero designari mihi quidem haudquaquam persuaserunt. Mirum certe, Ulyssem in saltantibus nihil spectavisse, praeter μαρμαρυγάς ποδῶν. Ad Homeri tempora saltationem mimicam non pertinere statuo. Simul cantabant et saltabant: nec quidquam praeterea. De omni hoc argumento cf. Cl. Heeren, Ideen etc. Vol. III. P. 2. p. 160 seqq. 1) Od. VIII, 371. 2) Od. L. l. vs. 375 seqq. ad q. l. vid. Schol. 3) Il. XVI, 617 seq.

. . . . . ὀρχησταὶ, χοροιτυπίῃσιν ἄριστοι [1].
nec tamen quia omnem saltationem probro duceret senex, sed quia forte ei in vita desidiosa nimis indulgerent, et in choris laeti saltare, quam in armis fortes concurrere mallent. Simili de causa Paridi citharam et cetera Ἀφροδίτης δῶρα objicit Hector [2], quod cithara ad lasciva carmina, et Aphrodites dotibus ad luxuriam et ignaviam abuteretur.

CAPUT SEXTUM.

DE VARIIS LUDORUM GENERIBUS.

§. 1. In festis, quae plurima cum in Deorum honorem celebrabant, tum alia quacunque opportunitate, in defuncti v. c. amici honorem, edebant, in his igitur varii generis ludos agebant, ut Deos vel mortui manes honorarent; quibusque adeo ludis corporis robur et agilitas quam maxime augebantur, ita ut ad fortitudinem rerumque bellicarum facultatem promovendam festa valerent et ludi. Ita Iones congregari dicuntur, qui Apollinem

. . . . πυγμαχίῃ τε καὶ ὀρχηθμῷ καὶ ἀοιδῇ
Μνησάμενοι τέρπουσιν, ὅταν στήσωνται ἀγῶνα [3].

Curulia certamina Augeae tempore in Elide, equorum feracissima regione, locum habuisse monet Homerus [4], qui copiose et eleganter toto fere Iliadis libro vigesimo tertio ludos describit, quos in defuncti Patrocli honorem celebrandos edixit Achilles [5]. In hospitis praeterea illustrioris gratiam varia a viro prin-

1) Il. XXIV, 261. 2) Il. III, 54 seq. 3) Hymn. in Apoll. vs. 149 seq. 4) Il. XI, 697 seqq. ad q. l. adeas Heyn. Var. Lectt. et Observ. 5) Inde a vs. 257 ad L. l finem.

principe certamina edebantur, qualia Ulyssi edenda edicebat Alcinous. In his novem lecti ludorum praesides, qui singula curarent [1]. In Patrocli vero funebribus ipse omnia disposuit Achilles, et praemiis positis vario certaminum genere heroes quosque fortissimos commisit. In iis fuit

§. 2. Saltus, de quo capite superiore diximus, eoque apud Phaeaces ceteros vicisse traditur Amphialus:

Ἄλματι δ' Ἀμφίαλος πάντων προφερέστερος ἦεν [2].

§. 3. Cursus erat alius pedestris, alius equestris. Priorem edicit Achilles, his verbis usus:

Ὄρνυσθ', οἳ καὶ τούτου ἀέθλου πειρήσεσθε [3].

Itaque in arenam descendit

Ὅστις ἐλαφρότατος ποσσὶ κραιπνοῖσι πέλοιτο [4].

Prodeunt autem Ajax, Oilei filius, Ulysses et Antilochus, qui eadem omnes linea adstant, *στὰν δὲ μεταστοιχεί.* Achilles, ludi praeses, locum certaturis definit, quo currant, praemiis eo loco positis, a quo cursum inibant, qui idem certantibus esset contentionis terminus. A linea igitur, quam diximus, *ἀπὸ νύσσης* [5], concito cursu certamen auspicati, metam (*τέρματα* [6] s. *νύσσην* [7]) versus contendunt, quam circa cur-

1) Vid. Od. VIII, 100 seqq. 258 seqq. 2) Od. VIII, 128. 3) Il. XXIII, 753. 4) Il. L. l. vs. 749. 5) Quam latini carceres nominarunt. Vid. Il. L. l. vs. 758, et Od. VIII, 121. 6) Vid. Il. L. l. vs. 358 et 757. 7) Vid. Il. L. l. vs. 332, 338, 344. Duplex igitur est *τοῦ νύσση* significatio (vid. not. 5). Quod ita tibi explices, ut *νύσση* generatim locum notat, quo currere desinunt: quod si statueris cum Köppenio ad Il. L. l. vs. 758. et meta esse poterit et carceres: quem utrumque locum stipite indicatum et definitum fuisse opinatur Passov. in v. Contra Heyn. Var. Lectt. et Observ., » quamvis invitus, inquit, *νύσσαν* vs. 758. de meta agnosco, et de cursu circa metam in alteram partem versus carceres, seu lineam, esse accipiendam, in qua sc. decursus parte omne fere certaminis discrimen versabatur.” Quae nimis vaga videntur; quamvis et prior explicandi ratio suis laboret difficultatibus. *Τέρματα* generatim ita etiam accipere possis, ut sit locus unde et quo certantibus erat contendendum. Quae omnia me peritiores dijudicent.

cursus flectitur, ut, intentioribus viribus usi in altera decursus parte [1], ad lineam retro avolent, et aemulis palmam praeripire summis quibus possint viribus usque enitantur. Interim certantium animos magis etiam accendebat et inflammabat adeo adstantium plausus:

. . . . . . ἴαχον δ' ἐπὶ πάντες Ἀχαιοὶ
Νίκης ἱεμένῳ, μάλα δὲ σπεύδοντι κέλευον [2].

Ad lineam s. carceres qui primus redierat, insigniori praemio ornatus victor declarabatur. Ita Ulyssi obvenit argenteus crater splendidissimus [3]: cursu enim praeverterat Ajacem et Antilochum, quorum ille secundo praemio, bove magno et pingui, potiebatur [4], hic minimum auferebat, ἡμιτάλαντον χρυσοῦ [5]. Nec hic, nec in ceteris, quae recensebimus, ludorum generibus, Deorum partes negligendae sunt. Ab his enim, ut religiosa ferebat ipsorum opinio, omnis rei successus pendet. Quocirca Ulysses

. . . . ὅτε δὴ πύματον τέλεον δρόμον, αὐτίκ' . . .
Εὔχετ' Ἀθηναίῃ γλαυκώπιδι ὃν κατὰ θυμόν·
Κλῦθι, θεά, ἀγαθή μοι ἐπίῤῥοθος ἐλθὲ ποδοῖϊν.
. . . . . . Τοῦ δ' ἔκλυε Παλλὰς Ἀθήνη·
Γυῖα δ' ἔθηκεν ἐλαφρά, πόδας, καὶ χεῖρας ὕπερθεν [6].

Unde et Ulyssi cedens Oilei filius:

Ὢ πόποι, ἦ μ' ἔβλαψε θεὰ πόδας, ἣ τὸ πάρος περ,
Μήτηρ ὣς, Ὀδυσῆϊ παρίσταται, ἠδ' ἐπαρήγει [7].

§. 4. In certamine curuli, ab Achille edito, quinque prodierunt certaturi, Eumelus, Diomedes, Menelaus, Antilochus et Meriones, e quibus primum sociis praemium praeripuit Diomedes, cum ceteri suum auferrent. Certabant autem equis curru jun-

1) Quam πύματον δρόμον ait Poëta Il. XXIII, 368, 373. 2) Il. L. l. vs. 766 seq. 3) Vid. Il. L. l. vs. 741 seqq. cl. vs. 778. 4) Vid. Il. L. l. vs. 750, 779 seq. 5) Vid. Il. 751, 796. Cf. L. II. c. 11. §. 3. 6) Il. L. l. vs. 768 seqq. Cf. Ej. L. vs. 390 seqq. et 872 seq. 7) Il. L. l. vs. 782 seq. Cf. Ej. L. vs. 546 seq., 382 seqq. et 863 seqq.

junctis, et sorte jacta suum cuique locum designabat Achilles. Itaque favente fortuna primum occupat Antilochus, tum Eumelus, Menelaus, Meriones, Diomedes. Ut in cursu pedestri, ita et hic una quinque aurigae linea consistunt, quibus metam, *τέρματα* [1], constituit Achilles:

. . . . . σήμηνε δὲ τέρματ' Ἀχιλλεὺς,
Τηλόθεν ἐν λείῳ πεδίῳ· [2].

et *σκοπὸν* eligit Phoenicem, qui ad metam certantium cursum observet de eoque ad ipsum vera referat:

. . . . παρὰ δὲ σκοπὸν εἷσεν
Ἀντίθεον Φοίνικα, ὀπάονα πατρὸς ἑοῖο,
Ὡς μεμνέῳτο δρόμου, καὶ ἀληθείην ἀποείποι [3].

Quibus ita constitutis, signo dato evolant equi, quos verberibus et minis usque incitant aurigae, ut laeta ipsis palma tempora cingat.

Οἱ δ' ἄρα πάντες ἐφ' ἵπποισι μάστιγας ἄειραν,
Πέπληγόν θ' ἱμᾶσιν, ὁμόκλησάν τ' ἐπέεσσιν
Ἐσσυμένως κ. τ. λ. [4].

Quae in cursu observanda cuique essent, accurate ex oratione novimus, quam ad filium Antilochum habuit *Γερήνιος ἱππότα Νέστωρ*.

. . . . . . Πατὴρ δέ οἱ ἄγχι παραστὰς
Μυθεῖτ' εἰς ἀγαθὰ φρονέων νοέοντι καὶ αὐτῷ [5].

Est enim currus regendi ars multiplex, quae *μῆτιν παντοίην* requirit, quamque adeo, humanis viribus majorem, mortalibus a Diis donatam arbitrabantur. Unde ad Antilochum Nestor:

. . . . . ἤτοι μέν σε νέον περ ἐόντ' ἐφίλησαν
Ζεύς τε Ποσειδάων τε, καὶ ἱπποσύνας ἐδίδαξαν
Παντοίας [6].

Ut sagacitate, peritia et usu instructus faber lignarius et gubernator ceteros superat, qui eandem artem pro-

1) Cf. h. c. §. 3. not. 5, 6, 7. 2) Il. XXIII, 358 seq. 3) Il. L. l. vs. 359 seqq. 4) Il. L. l. vs. 362 seqq. 5) Il. L. l. vs. 304 seq. 6) Il. L. l. vs. 306 seqq.

professi μῆτιν παντοίην desiderant: ita auriga, etsi tardiores regat equos, hac calliditate vel eum superat aurigam, cui equi sunt celerrimi. Quae quidem aurigae μῆτις in eo cernitur, ut metam semper spectet, ne a recta et brevissima ad eam via evagetur, equos inde a cursus principio prudenter regat, firmiter, ubi opus sit, contineat, et antecedentem observet, quem opportunitate data cursu praevertat. Haec ita Nestor:

> Ὃς . . κε κέρδεα εἰδῇ, ἐλαύνων ἥσσονας ἵππους,
> Αἰεὶ τέρμ' ὁρόων, στρέφει ἐγγύθεν, οὐδέ ἑ λήθει,
> Ὅππως τὸ πρῶτον τανύσῃ βοέοισιν ἱμᾶσιν,
> Ἀλλ' ἔχει ἀσφαλέως, καὶ τὸν προὔχοντα δοκεύει [1].

Est autem meta, ut pergit Nestor, observatu facillima:

> Ἕστηκε ξύλον αὖον, ὅσον τ' ὄργυι', ὑπὲρ αἴης,
> Ἢ δρυὸς, ἢ πεύκης, τὸ μὲν οὐ καταπύθεται ὄμβρῳ·
> Λᾶε δὲ τοῦ ἑκάτερθεν ἐρηρέδαται δύο λευκὼ,
> Ἐν ξυνοχῇσιν ὁδοῦ· λεῖος δ' ἱππόδρομος ἀμφίς·
> Ἤ τευ σῆμα βροτοῖο πάλαι κατατεθνειῶτος,
> Ἢ τό γε νύσσα τέτυκτο ἐπὶ προτέρων ἀνθρώπων,
> Καὶ νῦν τέρματ' ἔθηκε ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεύς· [2].

Stipes igitur, cui duo saxa utrinque ad latus impacta sunt, pro meta fuit. Quocirca in eo certaminis periculum versabatur, ut ad metam quam proxime currum flecterent nec tamen saxis allidérent. Hoc opus, hic labor fuit. Quo opere et labore ut melius defungeretur et tutius, in sinistram (ad quam ei meta erat) toto corpore inclinabat auriga, et dextro simul equo habenis datis quam posset maxime hunc et verberibus et voce sua urgebat, ut cursum acceleraret, sinistrum equum proxime metae admovens. Ipsius Nestoris ad filium verba, age, describamus. Metae, inquit,

> . . . σὺ μάλ' ἐγχρίμψας, ἐλάαν σχεδὸν ἅρμα καὶ ἵππους,
> Αὐτὸς δὲ κλινθῆναι ἐϋπλέκτῳ ἐνὶ δίφρῳ,

Ἦκ'

1) Il. XXIII, 322 seqq. 2) Il. l. l. vs. 327 seqq.

Ἠκ' ἐπ' ἀριστερὰ τοῖιν· ἀτὰρ τὸν δεξιὸν ἵππον
Κένσαι ὁμοκλήσας, εἶξαί τε οἱ ἡνία χερσίν.
Ἐν νύσσῃ δέ τοι ἵππος ἀριστερὸς ἐγχριμφθήτω,
Ὡς ἄν τοι πλήμνη γε δοάσσεται ἄκρον ἱκέσθαι
Κύκλου ποιητοῖο· λίθου δ' ἀλέασθαι ἐπαυρεῖν,
Μήπως ἵππους τε τρώσῃς, κατά θ' ἅρματα ἄξῃς,
Εἰ γάρ κ' ἐν νύσσῃ γε παρεξελάσῃσθα διώκων,
Οὐκ ἔσθ', ὅς κέ σ' ἕλῃσι μετάλμενος, οὐδὲ παρέλθοι [1],

Ita ad metam curru scite inflexo, ad carceres retro avolabant, ut qui prior rediisset victor ex positis praemiis summum auferret.

. . . Ὅτε δὴ πύματον τέλεον δρόμον [2] ὠκέες ἵπποι
Ἄψ ἐφ' ἁλὸς πολιῆς, τότε δὴ ἀρετή γε ἑκάστου
Φαίνετ'· ἄφαρ δ' ἵπποισι τάθη δρόμος [3].

Similia certamina curulia Augeae aetate in Elide edita sunt, in quibus Nelei quadrigae de praemio decertarunt,

Τέσσαρες ἀθλοφόροι ἵπποι αὐτοῖσιν ὄχεσφιν,
Ἐλθόντες μετ' ἄεθλα· περὶ τρίποδος γὰρ ἔμελλον
Θεύσεσθαι· [4]

Homeri praeterea tempore equitandi genus innotuerat, quo equis sine curru utebantur, quod κελητίζειν dicebant, ab heroibus vero, quantum quidem e Poëta liquet, institutum non fuit [5]. Utebantur autem in eo equis aliquot conjunctis, quatuor interdum, ut, dum currerent equi, desultoris instar ex

1) Il. XXIII, 334 seqq. 2) Est altera curriculi pars inde a meta, quae sane novissima est, posterior post anteriorem, factam versus metam, Heyn. ad Il. L. l. vs. 373. 3) Il. L. l. vs. 373, ut ait seqq. 4) Il. XI, 693 seqq. ad q. l. cf. Schol. et Heyn. Var. Lect. et Observ. ad XXIII, 630. 5) Vid. Schol. ad Il. XV, 679. qui notat „quod κέλητα Poëta novit: heroes autem equo utentes non exhibuit." Alter locus, quo κέλητος ἵππου mentio fit, est Od. V, 371., quod κατὰ πρόληψιν ab Homero dictum censet Eustathius, si quidem Troicis temporibus ignoti ejusmodi equites existimarentur. Anachronismi Poëtam accusat Schol. B. Cf. Interpr. ad Il. et Od. l. l.

ex alio in alium alternatim eques transiliret, de quo more Homerus:

. . . . ὁ δ' ἔμπεδον ἀσφαλὲς αἰεὶ
Θρώσκων, ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλον ἀμείβεται, οἱ δὲ πέτονται [1].

§. 5. Jactus fiebat disco, δίσκῳ· ὁ δὲ ἐκ λίθου, φασὶν, ἦν, καί ποτε καὶ σιδήρεος, ἱμάντι, περὶ τὸ μέσον ἐνειρμένῳ, στρεφόμενος καὶ ἀφιέμενος [2]. Major igitur fuit et gravior, in quo emittendo summa opus esset virium intentione [3]. Quem qui omnium longissime propulisset, victor e certamine redibat. Constituta autem erant certantibus σήματα, οἷς ἐσημειοῦντο ποῦ ὁ δίσκος ἐν πρώτῃ καταφορᾷ ἔπεσεν [4]. Disci jactu Phaeaces omnes superavit Ulysses, cujus quippe δίσκος

. . . . ὑπέρπτατο σήματα πάντων
Ῥίμφα θέων ἀπὸ χειρός· ἔθηκε δὲ τέρματ' Ἀθήνη,
Ἀνδρὶ δέμας εἰκυῖα· [5].

quem quantis viribus emiserit, ipsius Poëtae verbis accipiatis:

Βόμβησεν δὲ λίθος· κατὰ δ' ἔπτηξαν ποτὶ γαίῃ
Φαίηκες δολιχήρετμοι, ναυσίκλυτοι ἄνδρες,
Λᾶος ὑπαὶ ῥιπῆς· [6].

A disco σόλον ita differre ajunt, ut prior sit ex saxo perforato, ex aere vel ferro posterior, qui in orbem rotari possit [7]. Alii, δίσκος, inquiunt, πλατύς ἐστι καὶ κυκλοτερής, ὁ δὲ σόλος στρογγύλος καὶ σφαιροειδής [8]. Σόλῳ in Patrocli funere certarunt Polypoetes et Leonteus, tum Ajax et Epeüs, qui σόλος fuit αὐτοχόωνος [9], ferri massa non po-

1) Il. XV, 683 seq. 2) Ita Eustath. ad Od. IV, 626. VIII, 190 seq. et Il. II, 774. 3) Vid. Od. VIII, 186 seqq. 4) Eustath. ad Od. L. l. vs. 192 seq. 5) Od. L. l. vs. 192 seqq. 6) Od. L. l. vs. 190 seqq. Vs. 186, Ulysses, inquit Homerus, αὐτῷ φάρει ἀναΐξας λάβε δίσκον, unde Phaeacas ἡμιγύμνους discum emisisse suspicatur Eustathius. 7) Vid. Heyn. Var. Lectt. et Observ. ad Il. II, 774. Köpp. ad Il. XXIII, 826. Valcken. ad Ammon. de Diff. vocum pag. 60. 8) Schol. A. D. ad Il. XXIII, 826. 9) Vid. Il. l. l. Cf. nos h. L. c. 1. §. 3. ibiq. not. Köpke Op. cit. p. 67. et Interpr. ad Il. l. l.

polita, victorem praemium secuturus. Tanta quamvis mole insignis fuerit, ut manu emitti potuisse miremur [1], πάντων tamen σήματα Telamonius Ajax [2], vel potius τόσσον παντὸς ἀγῶνος ὑπέρβαλε Polypoetes [3].

Ὅσσον τίς τ' ἔρριψε καλαύροπα βουκόλος ἀνήρ,
Ἡ δέ θ' ἑλισσομένη πέτεται διὰ βοῦς ἀγελαίας [4].

§. 6. Lucta, παλαισμοσύνη, ita vires exercebant, ut manibus firmiter se invicem corripientium luctatorum alter alterum supplantaret et in humum prosterneret prior. Ita cum Ulysse acriter contendit Ajax Telamonius:

Ζωσαμένω δ' ἄρα τώ γε βάτην ἐς μέσσον ἀγῶνα,
Ἀγκὰς δ' ἀλλήλων λαβέτην χερσὶ στιβαρῇσιν·
Ὡς δ' ὅτ' ἀμείβοντες, τούς τε κλυτὸς ἤραρε τέκτων,
Δώματος ὑψηλοῖο, βίας ἀνέμων ἀλεείνων.
Τετρίγει δ' ἄρα νῶτα θρασειάων ἀπὸ χειρῶν,
Ἑλκόμενα στερεῶς, κατὰ δὲ νότιος ῥέεν ἱδρώς [5].

Qui, postquam vario Marte diu luctassent, aequo tandem certamine Achillis jussu discesserunt, et pari praemio ornati victores abierunt [6]. Praemia autem luctantibus posuerat Achilles,

Τῷ μὲν νικήσαντι μέγαν τρίποδ' ἐμπυριβήτην·
Τὸν δὲ δυωδεκάβοιον ἐνὶ σφίσι τῖον Ἀχαιοί·
Ἀνδρὶ δὲ νικηθέντι γυναῖκ' ἐς μέσσον ἔθηκε,
Πολλὰ δ' ἐπίστατο ἔργα, τίον δέ ἑ τεσσαράβοιον [7].

§. 7. Pugilatu, πυγμαχίῃ, qui certaturi erant, cingulo, quod pudenda tegeret, in pugnam se accingebant [8], et adversarium acriter petebant pugnis (non caestu, ut postea) loro bubili [9] munitis, quibus gravis-

1) Vid. Il. XXIII, 832 seqq. 2) Il. L. l. vs. 842 seqq. 3) Vid. Il. L. l. vs. 847. 4) Il. L. l. vs. 845 seq. 5) Il. L. l. vs. 710 seqq. Inde παλαισμοσύνη dicitur ἀλεγεινή vs. 701. et Od. VIII, 126. 6) Vid. Il. XVIII, 735 seqq. 7) Il. L. l. vs. 702 seqq. Ad vs. 703 et 705. cf. nos L. 2. c. 11. §. 3. Luctae mentionem etiam fecit Homerus Od. VIII, 126. et XVIII, 30 seqq. 8) Recte enim Eustathius Homeri verba Il. L. l. vs. 683. ζῶμα δέ οἱ παρακάββαλεν interpretatur περὶ τὰ αἰδοῖα ἔθετο. 9) Vid. Il. L. l. vs. 68 seqq.

vissime se invicem percuterent, ut de Euryalo et Epeo tradit Poëta, qui

Ἄντα . . ἀνασχομένω χερσὶ στιβαρῇσιν ἄμ' ἄμφω,
Σὺν ῥ' ἔπεσον, σὺν δέ σφι βαρεῖαι χεῖρες ἔμιχθεν.
Δεινὸς δὲ χρόμαδος γενύων γένετ', ἔρρεε δ' ἱδρὼς
Πάντοθεν ἐκ μελέων· [1].

Nec a certamine prius desistunt, quam alteruter viribus desertus manus victas dederit. Quo facto, in lucta ab Achilli edita, ἡμίονον ταλαεργὸν [2] victor Epeus, δέπας ἀμφικύπελλον [3] praemium auferebat victus Euryalus [4], cujus pater Mecisteus ex ludis funebribus in Oedipi honorem celebratis cunctis Cadmeis palmam olim praeripuerat:

Ὅς ποτε Θήβασδ' ἦλθε δεδουπότος Οἰδιπόδαο
Ἐς τάφον, ἔνθα δὲ πάντας ἐνίκα Καδμείωνας [5]: . .

§. 8. In ludis, quos a Graecis in Patrocli funere celebratos diximus, quinto loco recensetur μονομαχία, in quam armati prodeunt Ajax et Diomedes [6], quos, cum aliquamdiu contenderant,

. . . . . . Αἴαντι περιδδείσαντες Ἀχαιοὶ
Παυσαμένους ἐκέλευσαν ἀέθλια ἶσ' ἀνελέσθαι [7].

Praemia autem Achilles, ut ipsius verbis utamur, victori posuerat

. . . . φάσγανον ἀργυρόηλον
Καλὸν, Θρηΐκιον, τὸ μὲν Ἀστεροπαῖον ἀπηύρων [8]:

et utrisque certantibus dividenda concesserat Sarpedonis arma, ipsi quondam a Patroclo detracta [9]: quae

1) Il. XXIII, 686 seqq. 2) Cf. h. L. c. 1. §. 3. med. 3) De quo vid. L. III. c. 2. §. 5. 4) Vid. Il. L. l. vs. 653 seqq. 5) Il. L. l. vs. 679 seq. 6) Vid. Il. L. l. vs. 798 seqq. et 811 seqq. Est autem totus locus inde a vs. 797 usque ad 825 interpretibus in primis recentioribus suspectus, de cujus partibus quibusdam eodem modo laborant antiquiores. De eorum rationibus hic agendi locus non est, quo, critica omissa, quae Homeri nomine feruntur, in usum nostrum adhibemus. Vide sis Schol. et Interpr. ad l. l. 7) Il. L. l. vs. 822 seq. 8) Il. L. l. vs. 807 seq. 9) Il. L. l. vs. 809. cll. 799 seq.

quae dona epulis, pugnatoribus in suo ipsius tentorio instruendis, etiam cumulavit, cum diceret:

Καί σφιν δαῖτ' ἀγαθὴν παραθήσομεν ἐν κλισίῃσιν [1].

Victoriam autem reportaturum

Ὁππότερός κε φθῇσιν ὀρεξάμενος χρόα καλὸν,
Ψαύσῃ δ' ἐνδίνων, διά τ' ἔντεα, καὶ μέλαν αἷμα [2].

§. 9. Ut cetera arma apte tractare noverant heroes, ita et arcum, quo quamvis in pugna pauci uterentur [3], eodem tamen tendendo vires et, quae vellent, assequendi facultatem exercebant, ita ut sagittandi quoque peritia in Patrocli funere heroas contendisse haud miremur. In malo scilicet tenui filo (μερίνθῳ) ad pedes religata pendebat columba, quam hac lege sagittis peterent certantes:

. . . . ὃς μέν κε βάλῃ τρήρωνα πέλειαν,
Πάντας ἀειράμενος πελέκεας, κλισίηνδε φερέσθω·
Ὃς δέ κε μηρίνθοιο τύχῃ, ὄρνιθος ἀμαρτὼν,
Ἥσσων γὰρ δὴ κεῖνος, ὃ δ' οἴσεται ἡμιπέλεκκα [4].

Itaque sorte jacta Teucro, ut primus sagittam emittat, obvenit, qui cum a columba propter vota Apollini non facta aberrans filum rupisset, avolandi facultatem volucri fecit, quam, mira sagittandi arte insignis Diisque faventibus usus Meriones, in summo aëre dum volabat,

. . . . δινεύουσαν ὑπὸ πτέρυγος βάλε μέσσην [5]:

quod stupendum artis indicium

. . . . λαοὶ . . θηεῦντό τε, θάμβησάν τε [6].

§. 10. Quod ultimo loco suis edixerat Achilles, jaculandi certamen, quo ἥμονες ἄνδρες ἀνέσταν, obiter attigit Poëta, ita ut, qua in eo ratione versati sint, omnino nos lateat. Ad certamen enim surrexerant Aga-

1) Il. XXIII, 810. 2) Il. L. l. vs. 805 seq. 3) Vid. h. L. c. 9. §. 4. qua de sagittandi arte et ratione plura dabimus. 4) Il. L. l. vs. 855 seqq. cll. vs. 850 seq. 5) Il. L. l. vs. 875. Uno eodemque arcu certantes usi videntur ex L. l. vs. 870 seq. 6) Il. L. l. vs. 881.

Agamemnon et Meriones, quorum illi, utpote ἡμετέρῳ ἀρίστῳ, sine certamine praemia tribuit Pelides: ἴδμεν γάρ, inquit,

. . . . ὅσσον προβέβηκας ἁπάντων,
Ἠδ' ὅσσον δυνάμει τε καὶ ἥμασιν ἔπλευ ἄριστος·
Ἀλλὰ σὺ μὲν τόδ' ἄεθλον ἔχων κοίλας ἐπὶ νῆας
Ἔρχευ, ἀτὰρ δόρυ Μηριόνῃ ἥρωϊ πόρωμεν,
Εἴ σύγε σῷ θυμῷ ἐθέλοις· κέλομαι γὰρ ἔγωγε [1].

§. 11. In lucta et pugilatu vestes exuebant pugnaturi, media tantum corporis parte ad pudenda ζώματι cincta, quod est περίζωμα περὶ τὰ αἰδοῖα [2]. Inde de Ulysse et Ajace luctaturis Homerus:

Τὼ δὲ ζωσαμένω βάτην ἐς μέσσον ἀγῶνα [3].

Cum Iro certaturus Ulysses

Ζώσατο μὲν ῥάκεσιν περὶ μήδεα, φαῖνε δὲ μηρούς,
Καλούς τε, μεγάλους τε, φάνεν δέ οἱ εὐρέες ὦμοι
Στήθεά τε, στιβαροί τε βραχίονες [4].

Euryalo, cum Epeo pugilatus certamen inituro, Diomedes ζῶμα παρακάββαλεν [5]. In cursu utrum nudi et cincti fuerint certantes nec ne, Homeri testimonio destitutis nobis non liquet: ἡμιγύμνους Phaeacas discum emisisse cum Eustathio suspicati sumus, et supra observatum dedimus [6].

§. 12. Praeter ea, quae exposuimus, exercitia quasi militaria, heroibus in usu fuerunt ludicra, ut ἀστραγάλων et πεττῶν. In talorum ludo parvulum Amphidamantis filium Patroclus se invitum occidisse refert

. . . . . . ἀμφ' ἀστραγάλοισι χολωθείς [7].

Cujus quidem ludi semel tantum ab Homero mentionem factam esse recte vidit Scholiastes [8]. De Lydis

1) Il. XXIII, 890 seqq. 2) Vid. Schol. ap. Heyn. Var. Lectt. et Observ. ad Il. L. l. vs. 681 seqq. 3) Il. L. l. vs. 685. 4) Od. XVIII, 66 seqq. 5) Il. XXIII, 683. Cf. h. c. §. 7. not. 8. 6) Vid. h. c. §. 5. not. 6. 7) Il. XXIII, 87. 8) Schol. A. ad Il. l. l.

dis scribens Herodotus ab iis καὶ τῶν κύβων, καὶ τῶν ἀστραγάλων, καὶ τῆς σφαίρης, καὶ τῶν ἀλλέων πασέων παιγνίεων τὰ εἴδεα, πλὴν πεσσῶν inventa esse affirmat: τούτων γὰρ ὦν τὴν ἐξεύρεσιν οὐκ οἰκηϊεῦνται Λυδοί [1]. Hinc igitur πεσσοὺς prius quam ἀστραγάλους inventos esse colligimus, quo argumento nixi non defuerunt, qui Iliadis libri vigesimi tertii versum supra laudatum spurium judicarent [2]. Ut ἀστραγάλοις lusit Patroclus, ita proci

Πεσσοῖσι προπάροιθε θυράων θυμὸν ἔτερπον [3].

Quod ludi genus a procis ipsis inventum esse ab Athenaeo Apionis Alexandri auctoritate traditum est, qui a Ctesone Ithacensi illud se accepisse ajebat, cui si fides habenda sit, πεσσοῖς ludebant illi, ut ex eorum jactu, quis Penelopen duceret, intelligerent [4].

CAPUT SEPTIMUM.

DE GALEA, THORACE, SCUTO ET OCREIS.

Armorum alia ad corpus adversus hostium impetus muniendum pertinent, aliis, ut adversarios peterent, utebantur. In priore genere sunt galea, thorax, scutum s. clypeus et ocreae, de quibus, age, videamus.

§. 1. Galea caput muniebant, quam κόρυθα dicunt vel κυνέην, quo posteriore nomine, qua materia antiquitus galeam confecerint, significatur. Fiebat scilicet ex pelle canina, quod recte notavit Eustathius, cum

1) Herod. I, 94. 2) Vid. Nitzsch. ad Od. I, 107. 3) Od. l. l. 4) Vid. Athenaeus L. I. c. 14. p. 17. A. qui multus est in eo ludo particulatim exponendo.

cum dicat: δορὰ κυνὸς ποταμίου σκέπουσα τὰς κεφαλὰς τοῖς παλαιοῖς [1]. Huic dein, varia licet materia, idem nomen remansit, eaque epitheta addidit Poëta, quibus ex variorum animalium pellibus factas galeas significaret, ut sunt κυνέη ταυρείη [2] et κτιδέη [3]. Vel sic tamen ab armorum vi caput satis defendere haud potuerunt. Itaque metallo pelles muniebant, aere in primis obducebant, auroque vel ornamenti vel praesidii causa ornabant, unde galea dicebatur χαλκήρης, εὔχαλκος, εὔτυκτος, χρυσείη [4]. Παγχάλκου κυνέης semel tantum, quantum memini, in Homero facta mentio est [5]. E corio confecta fuit Ulyssis galea, ῥινοῦ ποιητή, quam pluribus descriptam apud Auctorem legimus. Inerant huic corrigiae coriaciae, ἱμάντες, quibus firmiter intus adductis superinductum erat corium, πολέσιν ἔντοσθεν ἱμᾶσιν ἐντέτατο στερεῶς; ita tamen ut inter corrigias et corium medius inductus esset πῖλος, id est, lana condensata [6]: μέσσῃ δ' ἐνὶ πῖλος ἀρήρει. Itaque non lamina, sed dentibus aprinis pluribus exstrinsecus erat munita,

. . . . ἔκτοσθε δὲ λευκοὶ ὀδόντες
Ἀργιόδοντος ὑὸς θαμέες ἔχον ἔνθα καὶ ἔνθα [7],

qui telorum ictus exciperent [8], quibusque firmandis, ut ait Heynius, et includendis forte istae corrigiae simul inserviebant [9].

Summae galeae inest φάλος s. conus, cujus cavo, quod αὐλὸς sive αὐλίσκος vocatur [10], inserta est crista, λόφος, quae setis equinis, vario saepe colore insignibus, constabat [11], unde ἵππουρις κυνέη dicebatur, ut in his:

Κρα-

1) Ad Il. III, 336. 2) Vid. Il. X, 257 seq. 3) Vid. Il. L. l. vs. 335. 4) Vid. Il. III, 316. X, 31. XX, 398. Od. XXII, 102. al. 5) Od. XVIII, 377. 6) Ita vertit Heyn. Var. Lect. et Observ. ad Il. X, 262. Köppen habet „eine Lage von Filz" J. H. Voss. „ein Filz war drinnen befestigt." 7) Il. X, 263 seq. 8) Vid. Schol. V. ad Il. l. l. 9) In notis ad Il. l. l. 10) Hinc τρυφάλεια αὐλῶπις Il. V, 182. XI, 352 seq. XIII, 530. 11) Qui invicem fere contrarias Schol. et Interpretum de galeae partibus et

Κρατὶ δ' ἐπ' ἰφθίμῳ κυνέην εὔτυκτον ἔθηκεν
Ἵππουριν· δεινὸν δὲ λόφος καθύπερθεν ἔνευεν [1],

et

. . . . . ἡ δ', ἀστὴρ ὥς, ἀπέλαμπεν
Ἱππουρις τρυφάλεια [2].

Significat autem τρυφάλεια galeam, cui, ut plerisque aliis, conus inest perforatus et αὐλὸς, cui crista immittatur, estque adeo vox generalis, qua certum quoddam galeae genus a ceteris diversum non indicatur [3]. Quam quidem τρυφάλειαν aliquando τρίπτυχον fuisse memoriae proditum est, ita ut tribus plicis seu laminis aeneis inducta videatur [4]. Complura omnino sunt epitheta, quae voci κυνέη ab Homero adjunguntur. In his ἀμφίφαλος, id est, quae cristam habet quaquaversus prominentem: τετραφάληρος, cujus φάλω, honoris vel ornamenti causa, quatuor ita cristae insertae sunt, ut galeam obumbrent [5]. Galeae oras ab omni parte ambit στεφάνη, quae pro tegmine et munimento frontis est atque cervicis, ut armorum impetum arceat vel certe arcere possit: aliquando enim eorum vim non sustinuit [6]. Φάλαρα sunt laminae aereae quae galeae utrimque affixae in superiore ejusdem parte ad στεφάνην junguntur. In pugna vero, ne galea

et ornamentis sententias perscrutari velit, ipsos ad l. mox c. adeat. Missis singulorum opinionibus, quamvis alicui forte nostris videantur anteponendae, quae maxime probamus simpliciter at modeste tamen dedimus. Vid. inpr. Buttmann. Lexil. Tom. II. p. 240 seqq. Köpke, über das Kriegswesen etc. p. 91 seqq. et G. L. Cammann, Vorschule zu der Iliade und Odyssee des Homer. Leipzig 1829. p. 292 seq. 1) Il. III, 336 seq. Cf. XIII, 614 seqq. A quo λόφου mota πήληξ nuncupatur galea ex sententia Köpkii Op. l. c. 3. §. 1. p. 92. cit. Il. XIII, 805. XV, 608, 647. 2) Il. XIII, 381 seq. 3) De v. τρύφ. vid. inpr. Buttmann. l. l. p. 250. Köppen. ad Il. III, 371. Cammann. Op. l. p. 292. et Köpk. p. 94. 4) Vid. Il. XI, 352. 5) De v. ἀμφίφ. et τετραφ. vid. auct. not. 3. cit. 6) Vid. Il. VII, 12. et XI, 96. Iliadis vero L. X, vs. 30. de certo galeae genere interpretanda vox videtur: εἶδος, inquit Hesych. in v., περικεφαλείας ἐξοχὰς ἐχούσας. Eodem sensu quidam Il. XI, 96. τὸ στεφ. accipiunt.

lea delabatur, neve militum maxillae gladiorum ictibus nudae relinquantur, sub mento connectuntur[1]. Quae genarum munimenta cogitavit Poëta, cum κυνέην memoraret χαλκοπαρῄον[2]. De φάλῳ et λόφῳ supra verbo diximus. Cavendum autem ne cum quibusdam utraque voce idem significari suspicemur. Diversa quippe fuerunt, quod vel unus probat Homeri locus, quo Menelaum ense petiisse dicitur Pisander:

. . . . ὁ μὲν κόρυθος φάλον ἤλασεν ἱπποδασείης
Ἄκρον ὑπὸ λόφον αὐτόν·[3].

Cum crista autem conus inerat galeae parti superiori et convexae, quam κύμβαχον nomine designavit auctor[4]. Ceteris levius, depressum[5] et cum cono tum crista destitutum galeae genus fuit καταῖτυξ, quo ad Trojana castra speculator noctu profectus Diomedes caput munivit, forte ut ita melius hostes lateret. Fuit enim

. . . . ἄφαλός τε καὶ ἄλοφος· ἥτε καταῖτυξ
Κέκληται· ῥύεται δὲ κάρη θαλερῶν αἰζηῶν[6].

Quod superest, galeam sub mento loro quodam, ὀχεῦ, religatam tenebant, ut de Paride cecinit Poëta:

Ἄγχε δέ μιν πολύκεστος ἱμὰς ἁπαλὴν ὑπὸ δειρὴν,
Ὅς οἱ ὑπ' ἀνθερεῶνος ὀχεὺς τέτατο τρυφαλείης[7].

§. 2. Pectora cingebat θώραξ. Paris, ex. gr.,

Δεύτερον αὖ θώρηκα περὶ στήθεσσιν ἔδυνεν[8].

A cervice autem ad ilia usque extendebatur, μέχρι λαγόνων, ut ait Eustathius[9]. Solidiore plerumque metallo, aere in primis, constabat, qua de causa χαλ-

1) Vid. Il. XVI, 106. Quam praecipue galeae partem feriebant ense, quo scilicet oblique caput petebant, ut notat Buttmann. Lexil. Vol. II. p. m. 246. 2) Vid. Il. XII, 183. XVII, 294. 3) Il. XIII, 614 seq. cll. X, 257 seqq. Cum vero conjunctis semper uterentur heroes, et alter alterum requireret, factum est, ut saepius prioris tantum mentionem fecerit Poëta. 4) Vid. Il. XV, 536. 5) Ἀπὸ τοῦ κάτω τετύχθαι. Cf. Köpk. Op. cit. p. 93. 6) Il. X, 258 seq. ad q. l. cf. Schol. 7) Il. III, 371 seq. 8) Il. L. l. vs. 332. 9) Ad Il. IV, 132—159.

χάλκεος saepius θώρηξ [1], et Graeci ipsi χαλκοθώρηκες vocantur [2]. Nec pectus tantum, sed tergum quoque ambibat thorax, quae causa fuit, quod thorax omnibus numeris absolutus duplex et cavus esset [3]. In utroque autem herois latere laminis vel fibulis aptus erat, et in humeris loro seu quocunque tandem vinculo continebatur. Quo quidem γυάλων ad latera nexu fiebat, ut corpori thorax firmiter adhaereret, nec ullus facile locus hostilium telorum ictibus pateret. Qua parte igitur aptabantur γύαλα, ora orae ita juncta erat, ut duplicis loricae figuram referret θώρηξ, quem inde διπλόον ab Homero nuncupatum legimus, cum juncturae, quam dicimus, locum ita notaret:

. . . . . . ὅθι διπλόος ἤντετο θώρηξ [4].

Ita autem γύαλα facta esse videntur, ut sua cuique heroi apta fuerint, nec, nisi forte fortuna, alter alterius thorace corpus munire posset. Quod si casu fieret, quemadmodum Paridi contigisse legimus, tanquam novum quid et fortuitum Poëtae diligentiam nequaquam fugit. Itaque de Paride

. . . . . θώρηκα, inquit, περὶ στήθεσσιν ἔδυνεν
Οἷο κασιγνήτοιο Λυκάονος· ἥρμοσε δ' αὐτῷ· [5].

Quantum et artis et laboris, non Homeri dico aetate, sed et ante Poëtae tempora, in thorace elaborando aliquando consumserint, vel ex unius Agamemnonis thorace intelligatur, quem amico Cypri rex, Cinyras, donaverat ξεινήϊον εἶναι

Τοῦ

1) Il. XIII, 371 seq., 397 seq. XXIII, 560 seq. Epithetis, ab arte et splendore, quibus eximius erat thorax, petitis, dicitur πολυδαίδαλος Il. III, 358. ποίκιλος Il. XVI, 133. ἀστερόεις Il. L. l. vs. 133. φαεινότερος πυρὸς αὐγῆς Il. XVIII, 609 aliisque, quo nonnulli referunt αἰολοθώρηξ Il. IV, 489. 2) Vid. Il. I, 371. IV, 448. VIII, 62. al. 3) Hinc κραταιγύαλος Il. XIX, 361. γυάλοισιν ἀρηρὼς Il. XV, 530. etc. Alibi θώρηκος γύαλον simpliciter est cavum s. cavitas Il. V, 99, 189. al. 4) Il. IV, 133. ad q. l. cf. Heyn. et Köppen. 5) Il. III, 332. Cf. Köpk. Op. l. p. m. 96.

Τοῦ δ' ἤτοι δέκα οἶμοι ἔσαν μέλανος κυάνοιο,
Δώδεκα δὲ χρυσοῖο, καὶ εἴκοσι κασσιτέροιο·
Κυάνεοι δὲ δράκοντες ὀρωρέχατο προτὶ δειρὴν
Τρεῖς ἑκάτερθεν κ. τ. λ. [1].

Quae Homeri verba quominus accurate explicemus et illustremus, maximae faciunt, quibus premuntur, tenebrae, quas ne doctissimi quidem Poëtae interpretes dispulerunt. Horum sententias dijudicare ab instituto nostro alienum est [2]. De serpentibus, si quid video, ita est statuendum, ut in Agamemnonis clypeo pro vinculo fuerint, quo ex humeris θώραξ penderet.

Praeter thoracem aeneum etiam λινοθώρηκα heroicis temporibus haud ignotum fuisse, testis est Poëta, qui ita ejus mentionem facit, ut levis armaturae fuisse videatur, quo non nisi debiliores et corporis statura minores in pugna uterentur. Λινοθώρηξ fuit Amphius [3] et Ajax, Oilei filius, qui

Μείων, οὔτι τόσος γε, ὅσος Τελαμώνιος Αἴας,
Ἀλλὰ πολὺ μείων· ὀλίγος μὲν ἔην, λινοθώρηξ [4].

Quem plerumque χάλκεον θώρακα vocat, eundem aliquando χιτῶνα dixisse videtur Homerus. Ea enim τῷ χιτών epitheta addit, quae de communi veste, corpori apposita [5], meo quidem sensu, nemo facile intelligat. Modo enim χάλκεον nuncupat, modo στρεπτόν. Agamemnon Zeum precatur, ut sibi det

Ἑκτόρεον . . χιτῶνα περὶ στήθεσσι δαΐξαι,
Χαλκῷ ῥωγαλέον [6].

Idomeneus Alcathoi

. . . . ῥῆξεν . . . . ἀμφὶ χιτῶνα
Χάλκεον, ὅς οἱ πρόσθεν ἀπὸ χροὸς ἤρκει ὄλεθρον [7].

Pan-

1) Il. XI, 24 seqq. 2) Vid. Schol. et Interpr. ad Il. l. l. De metallis cf. Köpke Op. l. Cap. 2. p. 39—90. Millin, Op. cit. inde a p. 52. Beckmann, Gesch. der Erf., cit. a Cammann. Op. l. p. 294. 3) Vid. Il. II, 830. 4) Il. L. l. vs. 528 seq. 5) Vid. L. III, c. 6. §. 1, qua tamen sub thorace induebantur, ne aeris attritu corpus laederetur. 6) Il. II, 416 seq. 7) Il. XIII, 439 seq.

Pandari tela cum vulnere extraheret Sthenelus,

Αἷμα . . ἀνηκόντιζε διὰ στρεπτοῖο χιτῶνος [1].

Itaque χάλκεον χιτῶνα eundem habemus, qui θώρηξ χάλκεος. Στρεπτὸς vero χιτὼν catenulis, laminis, hamis, funibus vel quacunque tandem torta materia fuit consertus, ut cum ipso thorace, qui flexilis fuit, in omnes partes corpus libere moveri posset.

§. 3. Ad ilia usque, ut vidimus, corpus muniebant thorace, qui infra umbilicum fere desinebat. Hunc excipiebat ζῶμα, quod ad genua usque pertinebat (καθῆκον μέχρι τῶν γονάτων ἀπὸ τῶν λαγόνων· itaque κατὰ τὰ κοῖλα, νεαίρῃ ἐν γαστρὶ) et infimae thoracis parti erat adjunctum, ut adeo utrumque eadem saepe voce designetur: ἀμφότερα δὲ ταῦτα (thoracem et ζῶμα) θώρακα καλεῖ [2]. Θώρακι praeterea et ζώματι, quacunque tandem ratione, eo loco annexa subest μίτρα, ilia et alvum tegens, quo θώρακι jungitur ζῶμα, easque adeo corporis partes defendit, quibus omne inflictum telorum vulnus foret mortiferum. Ἔνδοθεν δὲ τούτων (τοῦ θώρακος scil. καὶ τοῦ ζώματος) πρὸς τῷ χρωτὶ, κατὰ τὰ κοῖλα καὶ τὰς λαγόνας, ἡ μίτρα [3], quam armatus habebat

. . . . . . ἔρυμα χροὸς, ἕρκος ἀκόντων,

Ἣ οἱ πλεῖστον ἔρυτο [4].

Μίτρα δὲ ἐλέγετο, τὸ ἐσώτερον τῆς λαγόνος εἴλημα ἐρεοῦν, χαλκῷ ἔξωθεν περιειλημένον [5]: itaque fascia, ne aere corpus attereretur, lana intus munita, et ferro exstrinsecus obducta fuit, quo letali vulneri maxime obnoxia ilia a telorum impetu tuta praestaret, τὴν, inquit Ho-

1) Il. V, 113. De thorace in primis conferri meretur Böttiger, Griech. Vasengemälde, P. 2. p. 84 seq., quem, ab Köpp. ad Il. XVI, 418 seqq. laudatum, inspicere mihi non licuit. 2) Vid. Schol. ad Il. IV, 216. Alii ζῶμα pro thorace dictum esse ajunt, ut Schol. A. ad l. l. Heynius ad eundem Il. locum ζῶμα χιτῶνος usum, quem praec. pag. not. 5. diximus, praestitisse statuit, ut fere synonyma fuerint. 3) Vid. Schol. ad Il. l. l. et quae plura ex Gramm. et Schol. collegit Heyn Var. Lectt. et Observ. ad l. l. 4) Il. L. l. vs. 137 seq. 5) Schol. ad Il. IV, 137.

Homerus, *χαλκῆες κάμον ἄνδρες* [1]. His rite corpori appositis injiciebant cingulum, *ζωστῆρα* [2], ea parte, qua *ζῶμα* et *θώρακα* conjuncta diximus, cujus cinguli fibulae vel unci, *ζωστῆρος ὀχῆες* [3], prohibebant, ne *ζῶμα* et *θώραξ* (nec his subjuncta *μίτρα*) diffluerent. Quam munitissimam adeo corporis partem his universe significavit Poëta:

. . . . *ὅθι ζωστῆρος ὀχῆες*
Χρύσειοι σύνεχον, καὶ διπλόος ἤντετο θώρηξ [4].

Omnibus numeris absolutus est, quem explicuimus, armandi modus. Nec tamen unus idemque semper fuit aut esse potuit, nec ubique a Poëta tam diserte memoratur. Quod omnino erit tenendum, ne ad ea loca reliqua exigamus, quibus de heroum armatura sermo est. Ab armandi more, quem ceteri sequebantur, plurimum recessisse quibusdam visi sunt Lycii, qui Homero teste *ἀμιτροχίτωνες* fuerunt [5], quam quidem vocem ita illi interpretantur, ut thoraces Lycii habuerint, quibus *μίτρα* non erat subjuncta [6], aut idem denotare statuunt, quod *ἄζωστοι* [7]. Quod alii contra, Eustathium secuti, rectius, ut videtur, de peculiari thoracis usu intelligunt, ut *μίτραν* thoraci non, ut ceteri, submissam, sed annexam habuerint, quae thoracem quasi continuaret [8]. Ita au-

1) Il. IV, 187 et 216. 2) Qua voce de armatorum cingulo fere semper utitur Poëta. At Il. XI, 234. Agamemnonis cingulum *ζώνη* dicitur, quo verbo alias fere *ζώνη* muliebris designatur. Vid. supra L. III. c. 6. §. 5. 3) De his paucissima monuit Poëta, ex quibus nihil nisi *τὴν τοῦ θώρακος ζώνην κατέχοντας* fuisse universe affirmare licet, ut ex Il. l. mox cit. observat Apoll. Lex. in v. 4) Il. IV, 132 seq. et XX, 414 seq. Sed vel sic tamen per munimenta ea in cutem aliquando sagittae penetrarunt. Vid. Il. V, 539, 615 seq. XVII, 519. XI, 234 seqq. 5) Vid. Il. XVI, 419. 6) Ita Heyn. et Köpp. ad Il. l. l. nec non J. H. Voss. in sua Il. vs. l. versione Germ. 7) Ut Athenaei (L. XII. p. 523. D.) auctoritate nixus Feith. Antiq. Hom. Ed. Stöb. p. m. 464. Domina Dacier. vertit: des gens, qui ont quitté leur cuirasse pour mieux fuir. 8) In quam sententiam abeunt Ernest. ad Il. XVI, 419. Damm, Lexic. Homer. in v. Köpke Op. I. p. 104 seq.

autem ille Homericorum carminum interpres: ἀμιτροχίτωνας τοὺς τοιούτους λέγει, οὐχ ὡς ἀζώστους κατὰ τοὺς πρὸ ὀλίγων εἰρημένους· οὐδέποτε γὰρ μίτρα παρὰ τῷ ποιητῇ ἁπλῶς ἡ ζώνη [1]· ἀλλὰ τοὺς μὴ ὑποζωννυμένους μίτρας τοῖς χιτῶσιν, ὅ ἐστι τοῖς θώραξιν [2], ἀλλὰ ἅμα τῷ θώρακι συνηρτημένην ἔχοντας καὶ τὴν μίτραν, καὶ οὐ συμβλητὴν κατὰ τοὺς πολλούς· ὥστε τὸ ἀ ἐνταῦθα καὶ στέρησιν δύναται, δηλοῦν διὰ τὸ μὴ ὑποζώννυσθαι μίτρας, καὶ ἀντὶ τοῦ ἅμα δὲ λαμβάνεται διὰ τὸ ὁμοῦ τῷ θώρακι συνηρτῆσθαι αὐτάς [3].

§. 4. Pedum item munimenta habent heroes armati, quae ad pugnam sese accingentes primo fere loco induunt, et a primaria, quam defendebant, pedum parte κνημῖδας nuncupant. De Achille et Paride, exempli gratia, Homerus:

> Κνημῖδας μὲν πρῶτα περὶ κνήμῃσιν ἔθηκε
> Καλὰς, ἀργυρέοισιν ἐπισφυρίοις ἀραρυίας [4].

Tibiis igitur applicabantur. Fuere autem plerumque aeneae, s. aere obductae, quod et ipsa rei ratio probat [5], et epitheto ab eo more desumto notat Poëta. Sunt enim Ἀχαιοὶ χαλκοκνήμιδες [6], qui alibi εὐκνήμιδες dicuntur [7]. Aliquando tamen e stanno erant confectae, qualis Antenori fuit νεοτεύκτου κασσιτέροιο [8] et Achilli, cui Hephaestus

> Τεῦξε . . κνημῖδας ἑανοῦ κασσιτέροιο [9].

Quarum beneficio grave a pedibus vulnus arcuit Antenor, cujus tibias aerea cuspide petebat Achilles:

> Καί ῥ' ἔβαλε κνήμην ὑπὸ γούνατος, οὐδ' ἀφάμαρτεν.
> Ἀμφὶ δέ μιν κνημὶς νεοτεύκτου κασσιτέροιο
> Σμερδαλέον κονάβησε. πάλιν δ' ἀπὸ χαλκὸς ὄρουσε
> Βλημένου, οὐδ' ἐπέρησε· θεοῦ δ' ἠρύκακε δῶρα [10].

Hunc usum ut pugnantibus praestarent, supra pedum mal-

1) Vid. supra h. §. pr. 2) Cf. h. c. §. 2. extr. 3) Ad Il. XVI, 419. Eustathiana sumta sunt e Schol. MS. Lips. ut ait ad l. l. Ern. 4) Il. III, 330 seq. XVIII, 459 seq. al. 5) Cf. Il. XXI, 591 seqq. 6) Vid. Il. VII, 41. 7) Vid. Il. I, 17. III, 343. al. 8) Vid. Il. XXI, 592. De quo metallo adeas Millin, Op. I. et Heyn. et Köpp. ad Il. XI, 25. 9) Il. XVIII, 612. 10) Il. XXI, 591 seqq.

malleolos (σφυρά) fibulis argenteis plerumque firmiter erant constrictae: ἀργυρέοισιν ἐπισφυρίοις περὶ κνήμῃσιν ἀραρυίαι[1]. Nec desunt tamen, qui vocem ἐπισφυρία infimam κνημῖδος partem esse volunt[2].

§. 5. Totum denique corpus scuto s. clypeo, ἀσπίδι s. σάκει, tegebant, quod inde Homero est ἀμφιβρότη ἀσπίς[3], τερμιόεσσα[4] et ποδηνεκὲς ἕρκος ἀκόντων[5]. Non vero eadem omnia magnitudine fuerunt. Etenim a Somno monitus Poseidon Achivorum animos in pugnam accendit, et ceteris, quibus eos hortatur, adjungit:

Ὃς δέ κ' ἀνὴρ μενέχαρμος, ἔχῃ δ' ὀλίγον σάκος ὤμῳ,
Χείρονι φωτὶ δότω, ὁ δ' ἐν ἀσπίδι μείζονι δύτω.[6]

Cujus monitis obsecuti Achivorum principes

Οἰχόμενοι . . ἐπὶ πάντας, ἀρήϊα τεύχε' ἄμειβον[7].

Saepius praeterea a Poëta laudatur ἀσπὶς πάντοσ' ἐΐση, id est, quae ab omni parte aequali pondere est, ne, si alia parte levior, alia gravior esset, ferentibus molesta foret et in sui tutelam vix adhibenda[8]. Quem quidem clypeum ex corio bubulo plerumque factum esse tradit Idem: ἀσπίδα quippe βοείαν[9] dicit, ταυρείην[10], vel simpliciter βῶν addito adjectivo, ut βῶν ἀζαλέην[11] βόας αὔας[12] et τύκτας[13]. Quo vero validiores essent, pluribus fere coriis cratem indu-

1) Vid. Il. III, 330 seq. XI, 17 seq. XIX, 769 etc. 2) Vid. Köpke Op. l. p. 105. J. H. Voss, in Hom. vers. Germ. Il. III, 330. Hesych. exponit τὰ καλύπτοντα τὰ σφυρά. Quae vox, ut ait Heyn. Var. Lectt. et Observ. ad Il. l. l., ita exponitur et illustratur a grammaticis et ab Apoll. Lex. h. v. et in ἀραρυίας, ἡρμοσμένας, ut appareat, vocem jam illa aetate fuisse antiquatam. 3) Vid. Il. II, 389. Cf. quae de Hectoris scuto leguntur Il. VI, 117 seq. 4) Il. XVI, 803. 5) Vid. Il. XV, 646. 6) Il. XIV, 376 seq. 7) Il. L. l. vs. 381. 8) Vid. Heyn. Var. Lectt. et Observ. ad Il. III, 347. Köpke Op. l. p. 109., Cammann. Op. l. p. 296. alii: rotunda fuit ἀσπὶς, εὔκυκλος. Vid. Il. V, 453. XII, 426. XIV, 428. 9) Vid. Il. V, 452. XII, 425. 10) Vid. Il. XIII, 163. 11) Vid. Il. VII, 238 seq. 12) Vid. Il. XII, 137. 13) Vid. Il. L. l. vs. 105.

ducebant, iisque aereas laminas immittebant, quae omnia χρυσείης ῥάβδοις, clypei oram undique cingentibus, firmiter secum continebantur. De Sarpedonis scuto haec ita monuit Poëta:

Αὐτίκα δ' ἀσπίδα μὲν πρόσθ' ἔσχετο πάντοσ' ἐΐσην,
Καλὴν, χαλκείην, ἐξήλατον· ἣν ἄρα χαλκεὺς
Ἤλασεν, ἔντοσθεν δὲ βοείας ῥάψε θαμειὰς,
Χρυσείης ῥάβδοισι διηνεκέσι περὶ κύκλον [1].

Hector

. . . . . πρὸ ἕθεν . . . ἔχεν ἀσπίδα πάντοσ' ἐΐσην,
Ῥινοῖσι πυκινήν· πολλὸς δ' ἐπελήλατο χαλκός [2].

Septem taurorum pellibus munitum fuit Ajacis scutum, quibus superinducta dicitur lamina aerea:

. . . . σάκος αἰόλον, ἑπταβόειον
Ταύρων ζατρεφέων· ἐπὶ δ' ὄγδοον ἤλασε χαλκόν [3].

Quod quidem Telamoniadae clypeum ceteris omnibus magnitudine et gravitate praecelluit: reliqua enim, uno Agamemnonis excepto, ad summum quinque πτύχας habuerunt [4]. Fuit quippe, ut haud uno loco ait Poëta, Ajacis σάκος ἠΰτε πύργον [5], de quo Pelei filius,

Ἄλλου δ', inquit, οὔ τευ οἶδα, τεῦ ἂν κλυτὰ τεύχεα δύω,
Εἰ μὴ Αἴαντός γε σάκος Τελαμωνιάδαο [6].

Ajacis scutum, ut supra vidimus, αἰόλον nuncupavit Homerus, id est, versatile, quod de manu in manum transferre poterat, ne alterutra manus scuti mole in praelio lassata ei tenendo tandem deficeret. Quamobrem de se praedicat Hector:

Οὔδ

1) Il. XII, 294 seqq. 2) Il. XIII, 803 seq. 3) Il. VII, 222 seq. 4) Teucro fuit σάκος τετραθέλυμνον Il. XV, 479, id est, interp. Hesych., τετράπτυχον, quaternis coriis s. stratis laminarum et coriorum indutum, ut ait Heyn. ad l. l. ad q. vid. Schol. Cf. Köpk. p. 109. 5) Vid. Il. VII, 219. XI, 485. XVII, 128. 6) Il. XVIII, 192 seq. Patroclo enim occiso Achillis arma, quae amicus induerat, eripuerant Trojani.

Οὐδ' ἐπὶ δεξιὰ, οὐδ' ἐπ' ἀριστερὰ νωμῆσαι βῶν
'Αζαλέην, τό μοι ἐστὶ ταλαύρινον πολεμίζειν [1].

Nobilissimi Achillis clypei πέντε ἔσαν πτύχες [2]:

Τὰς δύο χαλκείας, δύο δ' ἔνδοθι κασσιτέροιο,
Τὴν δὲ μίαν χρυσέην [3].

Αὐτὰρ ἐν αὐτῷ δαίδαλα πολλὰ, omnium ore celebrata, ἰδυίῃσι πραπίδεσσιν effinxerat arte sua celeberrimus Hephaestus [4]. Nestoris ἀσπίδα solido auro eximiam praedicat Poëta,

. . . . . τῆς νῦν κλέος οὐρανὸν ἵκει,
Πᾶσαν χρυσείην ἔμεναι, κανόνας τε καὶ αὐτήν [5].

Agamemnonis, ut verbo indicavimus, scutum πολυδαίδαλον omnium fuit maximum,

. . . . ὃ πέρι μὲν κύκλοι δέκα χάλκεοι ἦσαν,
Ἐν δέ οἱ ὀμφαλοὶ ἦσαν ἐείκοσι κασσιτέροιο
Λευκοὶ, ἐν δὲ μέσοισιν ἔην μέλανος κυάνοιο·
Τῇ δ' ἐπὶ μὲν Γοργὼ βλοσυρῶπις ἐστεφάνωτο
Δεινὸν δερκομένη, περὶ δὲ Δεῖμός τε, Φόβος τε [6].

Clypei ora Homero est ἄντυξ. De Hephaesto, ex. gr., Achillis scutum elaborante legimus:

. . . . . περὶ δ' ἄντυγα βάλλε φαεινὴν [7].

In qua quidem ora laminae s. plicae aereae, coriis, quibus scuta obducta diximus, copulabantur, ita tamen, ut corium extima sui parte ex clypei ora promineret, et ἄντυγι subjectum prohiberet ne clypeus, ex humeris in tergo, ut fiebat aliquando [8], dependens motu suo corpus terendo laederet. Eam clypei partem significare videtur Poëta in his:

1) Il. VII, 238 seq. ad q. l. cf. Heyn. et Köppen. 2) Vid. Il. XVIII, 481 seq. 3) Il. XX, 271 seq. Ex aeneis tantum plicis, non vero e corio, confectum fuisse statuit Köpke p. 109, quem de κασσιτ. adeas p. 79 seqq., Millin. Gesner. alii l. s. l. 4) Vid. Il. XVIII, 482—607. 5) Il. VIII, 192 seq. 6) Il. XI, 32 seqq. Horrenda quaeque in clypeo erant expressa, quibus hostibus terrorem incuterent. 7) Il. XVIII, 479. Cf. XV, 645. 8) Vid. h. §. extr.

. . . . δέρμα κελαινὸν,
Ἄντυξ, ἣ πυμάτη θέεν ἀσπίδος ὀμφαλοέσσης [1].

eandemque spectavit, cum Achillem Aeneae clypeum percussisse narraret

Ἄντυγ' ὑπὸ πρώτην, ᾗ λεπτότατος θέε χαλκὸς,
Λεπτοτάτη δ' ἐπέην ῥινὸς βοός [2].

Ὀμφαλόεσσα autem ἀσπὶς dicitur a voce ὀμφαλὸς, id est umbo, qua a formae similitudine mediam clypei partem designabant, quae in cacumen exsurgit [3]. Aliquando plures in eodem scuto ὀμφαλοὺς exsurrexisse a Poëta monemur, qui in Agamemnonis clypeo viginti ex stanno, iisque mediis unum e cyano adfuisse tradit [4], unde ὀμφαλόεσσα ἀσπὶς quibusdam, nec forte immerito, est ἀσπὶς, quae plures habet ὀμφαλούς [5].

Humeris balteum, τελαμῶνα ἀργύρεον [6] vel χρύσεον [7], injiciebant, qui clypei manibus tenendi onus et laborem heroi in pugna levaret, vel ex quo penderet totus, cum ejus praesidio non amplius indigebat [8]. Suspensum autem in humero fuisse balteum vel ex his constat, quae sequuntur, Poëtae verbis:

. . . . αὐτὰρ ἀπ' ὤμων
Ἀσπὶς σὺν τελαμῶνι χαμαὶ πέσε τερμιόεσσα [9]

a dextro scilicet humero, ut in sinistram partem dependeret, quo pacto dextra libere in hostem uti possent. Unde de Ajace:

. . . . ὁ δ' ἀριστερὸν ὦμον ἔκαμνεν,
Ἔμπεδον αἰὲν ἔχων σάκος αἰόλον [10].

Ut vero clypeum commode sustinerent et regerent, ca-

1) Il. VI, 117 seq. ad q. l. cf. Heyn. et Köpp. 2) Il. XX, 275 seq. 3) Vid. Il. IV, 448. VI, 118. VIII, 62. XI, 259 al. 4) Vid. Il. XI, 32 seqq. 5) Vid. Köpke Op. l. pag. 110. et Cammann, p. 297. Cf. Heyn. ad Il. l. l. 6) Vid. Il. XVIII, 480. De mira arte elaborato Agamemnonis balteo vid. Il. XI, 38 seqq. 7) Vid. Od. XI, 609 seq. 8) Extra pugnam tantum eo usos fuisse statuit Cammann, Op. l. p. 297. Cf. h. §. extr. et Il. XVI, 802 seq. 9) Vid. Il. XVI, 802 seq. 10) Il. l. l. vs. 106 seq.

cavo interiori inerant virgae transversae coriaceae, aereae vel ligneae, κανόνες dictae [1], quales multa monumenta veterum exhibere affirmat Heynius, qui, sunt eae, inquit, in medio cavo transversae et quidem binae [2], altera cui brachium, altera cui manus adaptetur [3]. Ita et Schol. κανόνας interpretatur ῥάβδους, αἷς ἐκράτουν τὰς ἀσπίδας [4]. His igitur virgis prehensum scutum protendebant pugnantes, ne in corpus penetrarent tela, quorum impetum excipiebant ἀσπίδι [5]. Ita ὑπασπίδια hosti obviam ibant, id est, ὑπὸ τῆς ἀσπίδος, clypeo tuti, quod totum corpus defendebat.

Δηΐφοβος δ' ἐν τοῖσι μέγα φρονέων ἐβεβήκει
Πριαμίδης, πρόσθεν δ' ἔχεν ἀσπίδα πάντοσ' ἐΐσην,
Κοῦφα ποσὶ προβιβὰς, καὶ ὑπασπίδια προποδίζων [6].

Quem ita procedentem Meriones petiit hasta, quae, etsi a Trojani clypeo haud aberraret,

. . . . . , οὔτι διήλασεν, ἀλλὰ πολὺ πρὶν
Ἐν καυλῷ ἐάγη· . . . . Δηΐφοβος δὲ
Ἀσπίδα ταυρείην σχέθ' ἀπὸ ἕο, δεῖσε δὲ θυμῷ
Ἔγχος Μηριόναο δαΐφρονος [7].

Hector

Πάντη . . ἀμφὶ φάλαγγας ἐπειρᾶτο προποδίζων,
Εἴπως οἱ εἴξειαν ὑπασπίδια προβιβῶντι.
Ἀλλ' οὐ σύγχει θυμὸν ἐπὶ στήθεσσιν Ἀχαιῶν [8].

Praeterea vel inclinato post scutum corpore vel in unum contracto hastae ictum evitabant, ut Meriones:

Αἰ-

1) Eustathius, eumque secutus Köppen., iis τελαμῶνα innexum fuisse statuit: ita enim ille: κανόνες, αἱ τῆς ἀσπίδος ῥάβδοι, ἀφ' ὧν ὁ τελαμὼν ἐξῆπτο. 2) Quod disertis verbis monet Homerus Il. XIII, 407. Alibi plurali fere numero utitur ut Il. VIII, 193. etc. 3) Vid. Heyn. Var. Lectt. et Observ. ad Il. VIII, 192. ad q. l. cf. Köppen. 4) Schol. B. ad Il. l. l. ad q. cf. Eustath. 5) Vid. Il. XIII, 807. XX, 261, 278. al. 6) Il. XIII, 156 seqq. 7) Il. l. l. vs. 161 seqq. 8) Il. L. l. vs. 806 seqq.

Αἰνείας δ' ἐπὶ Μηριόνη δόρυ χάλκεον ἧκεν·
Ἔλπετο γὰρ τεύξεσθαι ὑπασπίδια προβιβῶντος·
Ἀλλ' ὁ μὲν ἄντα ἰδὼν ἠλεύατο χάλκεον ἔγχος,
Πρόσσω γὰρ κατέκυψε, τὸ δ' ἐξόπιθεν δόρυ μακρὸν
Οὔδει ἐνισκίμφθη [1].

Aeneas; cujus clypeum ἄντυγ' ὑπὸ πρώτην [2] percusserat Achillis hasta et διὰ πρὸ ἤϊξεν, Aeneas, inquam,

. . . . ἐάλη, καὶ ἀπὸ ἕθεν ἀσπίδ' ἀνέσχε
Δείσας· ἐγχείη δ' ἄρ' ὑπὲρ νώτου ἐνὶ γαίῃ
Ἔστη ἱεμένη, διὰ δ' ἀμφοτέρους ἕλε κύκλους
Ἀσπίδος ἀμφιβρότης· ὁ δ' ἀλευάμενος δόρυ μακρὸν,
Ἔστη, κὰδ δ' ἄχος οἱ χύτο μυρίον ὀφθαλμοῖσι,
Ταρβήσας, ὅ οἱ ἄγχι πάγη βέλος [3].

Ex quibus patet, ne clypei quidem praesidio semper ab omni discrimine tutos fuisse. Ejusdem tandem ἀσπίδος ope occisos socios ab hostium injuriis defendebant. Quo pio officio in Asium jacentem defunctus est Antilochus, qui

. . . . οὐδ', ἀχνύμενός περ, ἑοῦ ἀμέλησεν ἑταίρου,
Ἀλλὰ θέων περίβη, καί οἱ σάκος ἀμφεκάλυψε [4].

Ita singuli heroes scuto utuntur: aliter vero ceteri, ubi confertis ordinibus pugnabant. Hi enim clypeos non protendunt, sed ita corpori admovent, ut humeris incumbant, σάκε' ὤμοισι κλίναντες· quod, ut Eurypulum contra Trojanos inruentes tuerentur, ab Achivis factum traditur [5], qui alia occasione data Idomenei mandato obsecuti

. . . . . . πάντες, ἕνα φρεσὶ θυμὸν ἔχοντες
Πλησίοι ἔστησαν, σάκε' ὤμοισι κλίναντες [6].

Trojae tandem muros subeuntes eadem arte utuntur, ne telis ex alto jactis offendantur, merito verentes [7]. Ex pugna abeuntes, ut hoc addam, in tergum ἀσπί-

δας

1) Il. XVI, 608 seqq. Cf. VIII, 266 seqq. 2) Vid. supra h. §. 3) Il. XX, 278 seqq. cll. vs. sup. et XIII, 408 seqq. 4) Il. XIII, 419 seq. Cf. XXIV, 20 seqq. 5) Il. XI, 592 seqq. 6) Il. XIII, 488 seq. 7) Vid. Il. XXII, 3 seq.

δα rejiciunt, quod de Hectore in urbem ex pugna abeunte monuit Homerus:

. . . . ἀπέβη κορυθαιόλος Ἕκτωρ·
Ἀμφὶ δέ μιν σφυρὰ τύπτε καὶ αὐχένα δέρμα κελαινὸν,
Ἄντυξ, ἣ πυμάτη θέεν ἀσπίδος ὀμφαλοέσσης [1].

A ceteris diversum clypei genus dicebatur λαισήϊον, quod alii a levitate, alii a crudis nec politis pellibus, ex quibus unice, aere haud immisso, constabat, alii aliunde nomen duxisse ajunt [2]. Meum quidem assensum cohibeo: nec enim quidquam affirmat Homerus. Clypeis vero leviora fuisse λαισήϊα ex Poëta constat, quippe quae πτερόεντα dixit [3]. Omnium denique celebratissima et cum arte tum vi sua miranda Zei est αἰγὶς, quam

. . . . θοῦραι,
Δεινὴν, ἀμφιδάσειαν, ἀριπρεπέ' . . . χαλκεὺς
Ἥφαιστος Διῒ δῶκε φορήμεναι ἐς φόβον ἀνδρῶν [4].
. . . ἣν περὶ μὲν πάντη Φόβος ἐστεφάνωται·
Ἐν δ' Ἔρις, ἐν δ' Ἀλκὴ, ἐν δὲ κρυόεσσα Ἰωκή·
Ἐν δέ τε Γοργείη κεφαλὴ δεινοῖο πελώρου,
Δεινή τε, σμερδνή τε, Διὸς τέρας αἰγιόχοιο [5].

Eodem clypeo aliquando utuntur Apollo et Athene [6]; fuit enim ejus in mortalium animos vis maxima, quam aliquoties a Poëta memoratam hoc loco exponere longum est [7].

1) Il. VI, 116 seqq. ad q. l. vid. Schol. et Interpr. Cf. h. §. pr. 2) Vid. Schol. et Interpr. ad Il. V, 453. et XII, 426. Hesych. in v. et Köpk. Op. l. p. 108. 3) Il. l. l. 4) Il. XV, 308 seqq. 5) Il. V, 739 seqq. 6) Vid. Il. XV, 307 seqq. et II, 446 seqq. Od. XXII, 297 seqq. 7) Vid. praeter locos not. 6. cit. Il. XVII, 593 seqq.

CA-

CAPUT OCTAVUM.

DE HASTA, GLADIO, ARCU ALIISQUE ARMIS.

In armis, quibus hostes peterent, primum locum tenet

§. 1. Hasta, ἔγχος, e ligno plerumque fraxineo facta [1], cui cuspis, αἰχμὴ sc. ἀκωκὴ, praefixa est, quae cum aenea esset, factum est, ut totum ἔγχος diceretur χάλκεον [2], ἀκαχμένον ὀξέϊ χαλκῷ [3] vel χαλκὸς τανυηκής; id est, hasta longo praemunita ferro, ὁ ἔχων τανυὴν, τεταμένην, ἐπιμήκη ἀκωκήν [4]. Qua parte ligno juncta erat αἰχμὴ,

. . . . . . περὶ . . . χρύσεος θέε πόρκης [5],

qui utramque contineret. Hastae longitudinem epitheto δολιχόσκιον [6] generatim designat Homerus; Hectorem vero ceteris longiorem habuisse meminit, cujus quippe ἔγχος ἐνδεκάπηχυ nominatim dixerit [7]. Achillis quantum fuerit ἔγχος βριθὺ, μέγα, στιβαρὸν, exinde judicare licet, quod eo uti non possit Patroclus: illud enim

. . . . οὐ δύνατ' ἄλλος Ἀχαιῶν
Πάλλειν, ἀλλά μιν οἶος ἐπίστατο πῆλαι Ἀχιλλεύς [8].

Ut superior, ita inferior hastae pars in ferrum seu aes

(1) Quae hastae pars pp. δόρυ dicitur, quamvis et ἔγχος eo nomine significet Poëta, qui de quocunque armorum genere eam vocem adhibuit, ut in his: δουρὶ κτεατίζειν Il. XVI, 67. δουρὶ πόλιν πέρσαι Il. L. l. vs. 708. al. A materia ἔγχος vocatur μέλιη Il. XIX, 390. vel μείλινον ἔγχος Il. V, 655. 2) Vid. Od. I, 104. 3) Vid. Od. L. l. vs. 99. cf. XX, 127. 4) Vid. Il. VII, 78. XXIII, 118. XXIV, 754. 5) Il. VI, 320. VIII, 495. 6) Ut Il. III, 346. XIX, 289. 7) Il. VI, 319. VIII, 494. 8) Il. XVI, 141 seq. Cf. V, 790.

pes acuminatum desinebat, quo, σαυρωτῆρι dicto[1], in terram defixa staret erecta: a qua utraque parte, αἰχμὴν dico et σαυρωτῆρα, ἔγχος vocatur ἀμφίγυιον[2]. Rectae autem ἐπὶ σαυρωτῆρος ἐλήλατο, ubi a belli laboribus vacabant heroes, ut a Diomede ejusque sociis factum traditur, cum somno corporis vires reficerent[3]. Alias hastis, in terra defixis, inclinati stabant defessi, ut Achillis exemplo docet Poëta: fessus enim ille

Στῆ . . . ἐπὶ μελίης χαλκογλώχινος ἐρεισθείς[4].

Sunt, qui ἔγχος et ἀκόντας a se invicem diversa fuisse statuant, et eundem inferioris dignitatis heroïbus usum ἀκόντας praebuisse affirment, quem celebrioribus exhibuit ἔγχος[5]. Quibus equidem assentire nequeo, quia in Homero testimonia desidero, quibus discrimen illud probetur: nec enim epitheta τῷ ἀκόντες adjungit, quibus discrimen illud notatur[6], et Iliadis libro decimo Dolon Graecorum castra exploratum abiturus ὀξὺν ἄκοντα secum sumsisse dicitur[7], qui aliquot versibus interjectis δόρυ μακρόν vocatur[8]: quae si a se invicem diversa fuissent, altera alteris non substituisset Poëta, inprimis ubi de eodem heroë mentio incidit. Denique, quod hic minime videtur negligendum, δοῦπος ἀκόντων saepius Homero est omnis omnino pugnae tumultus[9]: clypeus et μίτρη ἔρκος ἀκόντων[10]; qui δουρὶ pugnant ἀκοντισταὶ dicuntur[11], et Ulysses ad Phaeacas, δουρὶ δ', inquit, ἀκοντίζω κ. τ. λ.[12].

Quae

1) Vid. Il. X, 153. ibiq. Eustath. Cf. Hesych. in v. 2) Il. XIII, 147. Γυῖα enim extremas bastae partes notat. Vid. Schol. A. et cet. ad Il. l. l., quos laudat Heyn. Var. Lectt. et Observ. ad l. c. 3) Vid. Il. X, 152 seqq. 4) Il. XX, 226. 5) Vid. Köpke, Op. l. p. 118. Passov. in v. ἄκων. 6) Vid. Il. X, 335. XI, 551. XIV, 455. Od. XIII, 225. XIV, 225., et XXI, 340. dicitur κυνῶν ἀλκτῆρ καὶ ἀνδρῶν. cll. XIV, 530. 7) Vid. Il. X, 335. 8) Il. L. l. vs. 459. 9) Vid. Il. XI, 364. XVI, 361. XX, 451. 10) Vid. Il. IV, 137. XV, 646. 11) Vid. Il. XVI, 328. cll. sup. vs. 12) Od. VIII, 229. cl. Il. VIII, 183. al.

Quae omnia, in rebus, quas tradit, suis nominibus notandis diligentissimus Poëta, mea quidem sententia, non ita cecinisset, nisi ἀκόντες eadem tela significarent, quae ἔγχεα. Domum ingressi hastas πρὸς κίονα (erat autem columnis fulcitus virorum θάλαμος) ponebant, ad columnarum partem canaliculis ad eas recipiendas exsculptam, quae inde δουροδόκη vocabatur [1]. De Telemacho Poëta:

Οἱ δ' ὅτε δή ῥ' ἔντοσθεν ἔσαν δόμου ὑψηλοῖο,
Ἔγχος μέν ῥ' ἔστησε φέρων πρὸς κίονα μακρὴν,
Δουροδόκης [2] ἔντοσθεν ἐΰξόου, ἔνθα περ ἄλλα
Ἔγχε' Ὀδυσσῆος ταλασίφρονος ἵστατο πολλά [3].

§. 2. Duplex fuit hastarum usus, quibus scilicet vel cominus hostes ferirent [4], vel eminus mittendo peterent [5]. Priore hastae usu excelluerunt ex Euboea ad Trojam profecti Abantes

Αἰχμηταὶ, μεμαῶτες ὀρεκτῇσι μελίῃσι
Θώρηκας ῥήξειν δηΐων ἀμφὶ στήθεσσι [6]

et alii, quos omnes hîc laudare nihil attinet. In Achillem hastam emittit Hector, quae adversarii scutum, licet percuteret, non tamen penetrare potuit:

. . . . . Ἀμπεπαλὼν προΐει δολιχόσκιον ἔγχος,
Καὶ βάλε Πηλείδαο μέσον σάκος, οὐδ' ἀφάμαρτε·

Th-

1) R. Payne Knight Op. l. p. 41. in not. δουροδόκην columnae striam s. canaliculum fuisse censet, et B. Thiersch, de diversa Il. et Od. aetate Jahn. Jahrb. etc. Tom. III. P. 2. p. 108., ex aliquo tantum parte columnam caniculatam fuisse ait, cujus canales haud scio, inquit, an cubito longiores in media columna factae fuerint. Nihil morarer, ita pergit, si quis accipere vellet, in columna duos clavos trabales fuisse, qui hastas appositas cohibuissent: nam aliquid simile videmus Od. VIII, 67. 2) Ad q. v. Schol: δορατοθήκης· νοητέον δὲ ἀπεξύσθαι τοὺς κίονας, καὶ ἐνταῦθα ἀποτίθεσθαι τὰ δόρατα. 3) Od. I, 126 seqq. Od. XVII, 29 seq. idem Ulyssis filius ἔγχος ἔστησε πρὸς κίονα μακρὴν, quae eo loco in vestitulo ante μεγάρου fuisse videtur: mox enim retro abiturus erat vs. 61 seq. 4) Quod Homero est βάλλειν δουρὶ vel οὐτᾶν. Vid. Il. XIII, 186, 192. al. 5) Id est ἀκοντίζειν δουρὶ Il. L. l. vs. 183. vel ὀρέξασθαι δουρί: ut habet Heyn. Il. L. l. vs. 190. 6) Il. II, 543 seq.

Τῆλε δ' ἀπεπλάγχθη σάκεος δόρυ· χώσατο δ' Ἕκτωρ,
Ὅττι ῥά οἱ βέλος ὠκὺ ἐτώσιον ἔκφυγε χειρός·
Στῆ δὲ κατηφήσας, οὐδ' ἄλλ' ἔχε μείλινον ἔγχος [1].

Ex quibus Homeri verbis, primo eos errare constat, qui heroas minoribus hastis eminus, majoribus contra comminus usos esse affirment: δολιχόσκιον enim ἔγχος ἀμπεπαλὼν προΐει [2]. Deinde singulare quid de Hectore notasse Poëta videtur, cum, hasta frustra emissa, altera eum caruisse diceret, quae in prioris locum succederet: οὐδ' ἄλλ' ἔχε μείλινον ἔγχος [3]. Plerumque enim duplici hasta heroes erant armati, ut de Ajace supra vidimus. Paris

. . . . δοῦρε δύω κεκορυθμένα χαλκῷ
Πάλλων, Ἀργείων προκαλίζετο πάντας ἀρίστους [4].

Sarpedon ἀσπίδα

. . . . . πρόσθε σχόμενος, δύο δοῦρε τινάσσων,
Βῆ ῥ' ἴμεν κ. τ. λ. [5].

Ulysses

Εἵλετο . . ἄλκιμα δοῦρε δύω κεκορυθμένα χαλκῷ [6].

Earum alteram laeva, alteram dextra manu tenebant [7], ut si dextra (hac enim hastas emittebant: quibus demum emissis, ensibus contendebant) prior frustra esset emissa, eadem manu alteram jacularentur. Fuerunt tamen, quibus utraque manus idem in hasta mittenda officium praestabat. Qua peritia insignis περιδέξιος vocabatur, id est, ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ, ὡς τῇ δεξιᾷ, βάλλων [8]. Quam Paridis dexteritatem nonnulli a Poëta tacite indicatam esse opinantur Iliados libro tertio [9]: disertis vero verbis in Asteropaeo

1) Il. XXII, 289 seqq. 2) Vid. Il. l. l. Cf. V, 280, 656 seqq. VII, 244, 249. al. 3) Vid. Il. XXII, 293. 4) Il. III, 16 seqq. Cf. V, 495. XII, 241. 5) Il. XII, 298. Cf. XXI, 145. 6) Od. XXII, 125. cll. vs. 109 seq. et I, 257. 7) Quod, Poëta silentio coacti, conjectura assecuti sumus ex Od. XII, 229, quo loco Achilles duas hastas ἐν χερσὶν tenuisse narratur. 8) Vid. Hesych. in v. et Schol. ad Il. l. mox l. 9) Vs. 18 seqq.

paeo laudatam legimus:

. . . . . ὁ δ' ἁμαρτῇ δούρασιν ἀμφὶς
Ἥρως Ἀστεροπαῖος, ἐπεὶ περιδέξιος ἦε [1].

Unum Patroclum, cum pugnaturus ex curru in terram desiliret, σκαιῇ hastam tenuisse tradit Homerus. Nec tamen illud commune, sed singulare quid fuit. Laeva enim hastam tenuit, ut dextra saxum sublatum in Cebrionem emitteret.

Σκαιῇ ἔγχος ἔχων· ἑτέρηφι δὲ λάζετο πέτρον
Μάρμαρον, ὀκριόεντα, τόν οἱ περὶ χεὶρ ἐκάλυψεν
Ἧκε δ' ἐρεισάμενος· [2].

§. 3. Gladium, ξίφος [3], ab humero sinistro in dextrum latus ad femora [4] pendentem ferebant ex loro s. balteo, quem τελαμῶνα vocarunt [5] vel ἀορτῆρα [6], quae verba etsi generatim eundem balteum illum designent, ita tamen proprie differunt, ut ἀορτήρ sit ὁ τοῦ τελαμῶνος κρεμαστὴρ, ἐξ οὗ τὸ ξίφος ἤρτηται [7], i. e. annulus infimo τελαμῶνι adnexus, ex quo proprie vagina pendebat. Conditus enim fuit ensis in vagina, κολεῷ [8], quem modo argento inductum, ἀργύρεον [9], dixit Poëta, modo νεοπρίστου ἐλέφαντος fuisse affirmat [10]. Gladii manubrium, κώπη [11], argenteum plerumque et argenteis

1) Il. XXI, 162 seq. 2) Il. XVI, 734 seqq. 3) Item ἄορ et φάσγανον, de quibus vid. Köpk. p. 119. et Camm. p. 298; qui inter voces eas distinguunt. 4) Hinc passim milites dicuntur gladium stringere παρὰ μηροῦ ut Il. I, 190. V, 666, 694. Od. IX, 300. X, 126. 5) Unde dicitur ἀμφιβάλλεσθαι et περιτίθεσθαι ὤμοισι ξίφος, ut Il. III, 334. cll. vs. 18. XVI, 135. Od. II, 3. IV, 308. al. 5) Quem εὔτμητον dixit Il. VII, 304. XXIII, 825. χρύσεον Od. XI, 609. 6) Vid. Od. l. l. Il. XI, 30 seqq. ad q. l. cf. Heyn. 7) Schol. ad Od. l. l. Plurali numero vox occurrit Il. XI, 30. ita ut plures forte adfuerint. Itaque, quod Homeri verbis moneamus,

. . . . δύω τελαμῶνε περὶ στήθεσσι τετάσθην,
Ἤτοι ὁ μὲν σάκεος, ὁ δὲ φασγάνου ἀργυροήλου

Il. XIV, 404 seq. 8) Vid. Il. I, 194. III, 272. XII, 191. XIX, 253. Od. XI, 97. 9) Vid. Il. XI, 31. 10) Vid. Od. VIII, 404 seq. 11) Vid. Il. I, 219. Od. VIII, 403. Hinc κωπήεντα φάσγανα Il. XV, 713. et ξίφος κωπῆεν Il. XVI, 332.

teis clavis ornatum erat, unde ἀργυρόηλος vocatur [1]. Aureis decorum fuisse Agamemnonis gladium disertis verbis memoriae proditum est:

. . . . ἐν δέ οἱ ἧλοι
Χρύσεοι πάμφαινον· [2].

In duplicem praeterea aciem gladium desiisse monet Poëta. Est enim illi φάσγανον ἄμφηκες [3] vel ἀμφοτέρωθεν ἀκαχμένον [4].

Nec in pugna tantum belli tempore, sed in pace ubique et semper ad latus ensem habebat, quicunque liberae erat conditionis, ut Homerum legenti cuique patebit. Nam cubitu surgens Telemachus, simul et vestes induit et περὶ ξίφος ὀξὺ θέτ' ὤμῳ [5]: quae ceteri quoque omnes factitant, quoties foras prodeunt: quin et in coena procis adfuit [6]. Ut verbo dicam, ense munitum prodire tanti habebatur, ut servis illud honoris insigne interdicerent; unde fiebat, ut Telemachus et Penelope ceteris, quibus mendicum Ulyssem honorarent, hoc maximum honoris testimonium adderent, quod ipsi ξίφος ἄμφηκες ferendum tribuerunt [7].

Gladiorum vaginis appendebat fere μάχαιρα, mucro s. pugio, quo in sacrificiis utebantur [8]. De Agamemnone ex. gr. Homerus:

Ἀτρείδης δὲ, ἐρυσσάμενος χείρεσσι μάχαιραν,
Ἥ οἱ πὰρ ξίφεος μέγα κουλεὸν αἰὲν ἄωρτο,
Ἀρνῶν ἐκ κεφαλέων τάμνε τρίχας· 9.

Plura quominus de μάχαιρα dicamus, testimoniorum, quibus ex Homero utamur, inopia prohibet.

§. 4.

1) Vid. Il. II, 45. XIV, 405. XXIII, 807. 2) Il. XI, 29 seq. 3) Vid. Il. X, 256. XXI, 118. 4) Vid. Od. XXII, 80. 5) Od. II, 3. 6) Vid. Od. XXII, 74, 90. 7) Vid. Od. XVI, 80. XXI, 341. Noctu sues custoditurus Eumaeus ὡπλίζετο et primum quidem ξίφος ὀξὺ περὶ στιβαροῖς βάλετ' ὤμοις Od. XIV, 526, 528. 8) Vid. Il. III, 271 seqq. XIX, 252 seqq. Memorantur quoque μάχαιραι Il. XVIII, 547. 9) Il. III, 270 seqq.

§. 4. Arcu, etsi non omnes, nonnulli tamen armati pugnarunt heroes, ut Pandarus, Philoctetes et Teucer, τόξων εὖ εἰδότες. Ex humeris pendebat arcus cum pharetra sagittis onusta. Pestem Graecorum castris immissurus Apollo [1] ex Olympo descendisse dicitur

Τόξ' ὤμοισιν ἔχων, ἀμφηρεφέα τε φαρέτρην [2].

Est autem ἀμφηρεφής pharetra, cui ab utraque parte operculo clausae mediae fundus inest [3]: vel, quod alii malunt, ἄμφι ἐρεφομένη πώματι, operculo bene apto, circum circa in ora, occlusa pharetra [4]. De arcu mentionem intexuit Poëta, cum de Ulysseo diceret [5], et Pandarum arcu Menelaum petentem celebraret [6]. Quae ut rite teneamus, de Pandari arcu, age, videamus. Hujus igitur τόξον κεραοξόος τέκτων ita elaboraverat, ut caprae, ab ipso Pandaro occisae, cornua in ejus summitate conjungeret: ἀσκήσας ἤραρε πᾶν εὖ λειήνας. Qui quantae magnitudinis fuerit, eo significavit Poëta, ut sedecim palmorum cornua esse diceret:

Τοῦ κέρα ἐκ κεφαλῆς ἑκκαιδεκάδωρα πεφύκει [7].

Utraque cornu s. arcus capita, κορώνη [8], obducta erant

1) Qui ἀργυρότοξος dicitur Il. I, 37. XXIV, 56. De epitheto χρυσάωρ vid. interpr. ad Il. V, 519. 2) Il. I, 45. 3) Pharetrae operculum est πῶμα. Vid. Il. IV, 116. 4) Ita Heyn. ad Il. I, 45. Cf. Apoll. Etymol., Hesych. al. Köppen ad l. l. et Fr. Aug. Wolfs Vorlesungen über die vier ersten Gesänge von Homers Ilias, herausgegeben von L. Ustori. Bern. 1830. Alibi pharetra vocatur ἰοδόκος, πολλοὶ (γὰρ) ἔνεσαν στονόεντες ὀϊστοί. Od. XXI, 11. Στονόεντες dicuntur ab effectu, πικροί, μελαινῶν ἕρμ' ὀδυνάων Il. IV, 117, 118. Βέλος ἐχεπευκὲς Il. I, 51. de q. v. ἐχ. vid. Buttman. Lexil. Tom. I. p. 17 seqq., et a celeritate, πτερόεντες Il. l. l. aliisque ejusmodi epithetis. 5) Vid. Od. XIX, 572—587. cll. XXI, 11—423. 6) Vid. Il. IV, 105 seqq. 7) Il. L. l. vs. 109. 8) Vid. Il. L. l. vs. 111. ad q. l. Schol. br. κορώνην explicat τὸ ἐπικαμπὲς ἄκρον τοῦ τόξου, ὅθεν ἀπήρτηται ἡ νευρά. Cf. Köpp. ad l. l. Od. XXI, 138, 165. ad q. l. Eustath. al. Schol., κορώνη, inquiunt τῷ ἄκρῳ τοῦ τόξου.

erant metallo deaurato, unde χρυσείη dicebatur. Huic annectebatur nervus, νευρά, quae plerumque βόεια [1] fuit et torta [2]. Sagitta nervo applicabatur per incisuram, γλυφίδα [3], in inferiore parte factam, ut superior in receptaculum mediis cornibus excisum inclinaret eo loco, quem πῆχυς vocat Homerus, cum de Ulysse, sagittam, inquit, ἐπὶ πήχει ἑλὼν, ἕλκεν νευρήν κ. τ. λ. [4]: quod, interprete Eustathio, est ἀντὶ τοῦ, κρατήσας καὶ θεὶς τὸν ὀϊστὸν ἐπὶ τῷ πήχει τοῦ τόξου, ἤγουν τῷ κέρατι, ἔνθα ἡ τοῦ τόξου λαβή [5]. Erat autem sagitta arundo, δόναξ [6], cujus fastigio aenea, ferrea, ex alio-ve metallo facta [7] cuspis infixa est, ita ut ejus ferri capita seu hami, ὄγκοι [8], emineant ex tendine, νευρῷ, qui calamum et ferrum juncta tenet [9]. Ne a vermibus corrumperetur, arcum, si quando non uterentur, in theca, γωρυτῷ, conditum ex paxillo suspendebant. Unde de Penelope, Ulyssis arcum ex ipsius thalamo auferente, Homerus:

. . . . . . ἀπὸ πασσάλου αἴνυτο τόξον
Αὐτῷ γωρυτῷ, ὅς οἱ περίκειτο φαεινός [10].

Ipsam sagittandi rationem accurate nobis describit Poëta, ut Pandarum in Menelaum arcum tendentem ipsi intueri videamur. Sagittam scilicet ea parte, qua γλυφίς est, nervo admovet et cum nervo simul ad se trahit,

Ἕλκε δ' ὁμοῦ γλυφίδας τε λαβὼν καὶ νεῦρα βόεια,

donec dextra, qua nervum tendit, pectus tetigerit, et sagittae cuspis ei admota sit arcus parti, qua manu si-

1) Vid. Il. IV, 122. 2) Ἐΰστρεφής enim dicitur Il. XV, 463. et νεόστροφος vs. 469. 3) Vid. Il. IV, 122. et Od. XXI, 419. 4) Vid. Od. l. l. 5) Vid. Eust. ad Od. l. l. 6) Vid. Il. XI, 583. 7) Unde ἰὸς χαλκοβάρης Il. XV, 465. Od. I. 262. ταναγλώχις Il. XIII, 297. τριγλώχις Il V, 393. XI, 507. al. immo ipsum telum Poëta σίδηρον vocat Il. IV, 123. 8) Vid. Il. IV, 151. Cf. Apoll. Lex. in v. et Schol. cum Heyn. et Köpp. ad l. l. 9) Vid. Il. l. l. ad q. adeas Schol. et Interpr. 10) Od. XXI, 53 seq. Cf. ejusd. L. vs. 394 seq. et Il. V, 209.

sinistra ipsum tenet:

Νευρὴν μὲν μαζῷ πέλασε, τόξῳ δὲ σίδηρον.

Quibus factis arcus semicircularem formam referebat; unde sagitta, nervo retenso, avolaret per aërem stridens:

Αὐτὰρ ἐπειδὴ κυκλοτερὲς μέγα τόξον ἔτεινε,
Λίγξε βιὸς, νευρὴ δὲ μέγ' ἴαχεν, ἆλτο δ' ὀϊστὸς
Ὀξυβελὴς, καθ' ὅμιλον ἐπιπτέσθαι μενεαίνων [1].

Summa sagittandi peritia excelluit item Ulysses, qui mendici persona indutus Laërtiadae arcum tetendit, quod frustra conati erant proci [2], et ab uno Philoctete sagittando se victum esse gloriatur:

Οἶος δή με Φιλοκτήτης ἀπεκαίνυτο τόξῳ,
Δήμῳ ἔνι Τρώων, ὅτε τοξαζοίμεθ' Ἀχαιοί.
Τῶν δ' ἄλλων ἐμέ φημι πολὺ προφερέστερον εἶναι,
Ὅσσοι νῦν βροτοί εἰσιν ἐπὶ χθονὶ σῖτον ἔδοντες [3].

Idem Laërtae filius in Ephyram abiisse fingitur ab Athene, Menti similis facta, ut inde venenum peteret, quo tela imbuerentur:

Φάρμακον ἀνδροφόνον διζήμενος, ὄφρα οἱ εἴη
Ἰοὺς χρίεσθαι χαλκήρεας [4].

Cui venenum praebere noluit Ilus:

. . . . ἐπεί ῥα θεοὺς νεμεσίζετο αἰὲν ἐόντας [5].

tribuit vero Mentis pater Anchialus:

. . . . φιλέεσκε γὰρ αἰνῶς [6].

§. 5.

1) Il. IV, 124 seqq. cll. sup. vs. et Od. XXI, 419 seqq. 2) Vid. Od. XXI, 124 seqq., 148 seqq., 184 seqq., 245 seqq., 393 seqq., 426 seqq. 3) Od. VIII, 219 seqq. 4) Od. I, 261 seq. 5) Od. I. vs. 261. 6) Od. L. l. vs. 264. De quibus vs. 261—263 vid. omnino Nitzsch., qui varia ab Schol. ad l. l. disputata collegit. Der Bogen, inquit ille, selten die Waffe in der Slacht, wo Mann gegen Mann stehnt, dient mehr dem Kampfe der List und Nachstellung, der Jagd und Küstenräuberei. Dass bei der letztern vergiftete Pfeile gebraucht werden, darf man wohl von den Taphiern her vermuthen. Dass der Dichter mit der hier erwähnten Vergiftung die jedesmal tödtlichen Schüsse des Odyss. XXII, 116. habe voraus erklären wollen, möchten wir aber wohl bezweifeln.

§. 5. Post arcum venit σφενδόνη, funda, qua vehementi impetu emissos lapides torquebant in hostes. Homero auctore e lana ovilla fiebat, οὐ νεύροις, ὡς ὕστερον, uti ait Scholiastes [1], unde est, quod a Poëta dicatur ἐΰστροφον οἰὸς ἄωτον [2]. Praecipue fundis utebantur Locri, leviter armati, qui

. . . . τόξοισι καὶ ἐϋστρόφῳ οἰὸς ἀώτῳ
Ἴλιον εἰς ἅμ' ἕποντο πεποιθότες, οἷσιν ἔπειτα
Ταρφέα βάλλοντες, Τρώων ῥήγνυντο φάλαγγας [3].

Hinc fiebat, ut cominus cum hostibus contendere veriti, summum pugnae discrimen adire non auderent:

Οὐ δ' ἄρ' Ὀϊλιάδῃ μεγαλήτορι Λοκροὶ ἕποντο·
Οὐ γάρ σφι σταδίῃ ὑσμίνῃ μίμνε φίλον κῆρ·
Οὐ γὰρ ἔχον κόρυθας χαλκήρεας ἱπποδασείας,
Οὐ δ' ἔχον ἀσπίδας εὐκύκλους καὶ μείλινα δοῦρα [4].

Quin et absque fundae ope manu fortissimi etiam heroes in adversarium lapides contorquebant. Sic enim Agamemnon pugnabat

. . . Ἔγχεΐ τ', ἄορί τε, μεγάλοισί τε χερμαδίοισιν [5].

Saxis item Epigeum vulnerat Hector [6], Sthenelaum Patroclus [7], Aeneam Diomedes, qui, hasta emissa armis carebat, nec, quo se ab hoste defenderet, habebat nisi lapidem [8]: alios alii. Gravissima saxa summo corporis nisu torta propulisse heroibus honor ducebatur. De Ajace, ex. gr. Poëta:

Δεύτερος αὖτ' Αἴας πολὺ μείζονα λᾶαν ἀείρας,
Ἧκ' ἐπιδινήσας, ἐπέρεισε δὲ ἶν' ἀπέλεθρον [9].

et de Aenea:

. . . . ὁ δὲ χερμάδιον λάβε χειρὶ
Αἰνείας, μέγα ἔργον, ὃ οὐ δύο γ' ἄνδρε φέροιεν,

Or-

1) Schol. B. et L. ad Il. XIII, 599. 2) Vid. Il. L. l. vs. 599. 3) Il. L. l. vs. 716 seqq. 4) Il. L. l. vs. 712 seqq. 5) Il. XI, 265. 6) Vid. Il. XVI, 577 seq. 7) Vid. Il. L. l. vs. 586 seq. 8) Vid. Il. V, 306. cll. IV, 517. XI, 264 etc. 9) Il. VII, 268 seq. cll. XIV, 409 seqq.

Οἷοι νῦν βροτοί εἰσ'· ὁ δέ μιν ῥέα πάλλε καὶ οἶος [1].
Ex muris praeterea in irruentem hostem lapides conjecerunt Danai:

. . . . χερμαδίοισιν ἐϋδμήτων ἀπὸ πύργων
Βάλλον, ἀμυνόμενοι κ. τ. λ. [2].

§. 6. Praeter arma, quibus heroas plerumque in pugna usos esse supra diximus, bipennes, ἀξίνας et πελέκας, quamvis raro, nec fortasse nisi re urgente, usurpasse testatur Homerus. Eo enim armorum genere Menelaum excepit Pisander, qui ense ab adversario petitus

. . . . ὑπ' ἀσπίδος εἵλετο καλὴν
Ἀξίνην εὔχαλκον, ἐλαΐνῳ ἀμφὶ πελέκκῳ,
Μακρῷ, ἐϋξέστῳ [3].

Ex quibus Poëtae verbis ἀξίνην aeream et oleagino manubrio insignem fuisse apparet. In pugna a Trojanis Hectore duce ad Graecorum naves commissa, cum aliis armis, tum

Ὀξέσι δὴ πελέκεσσι καὶ ἀξίνῃσι μάχοντο [4],

in quo proelio acerrimo, praeterea usi esse dicuntur

Μακροῖσι ξυστοῖσι, τά ῥά σφ' ἐπὶ νηυσὶν ἔκειτο
Ναύμαχα, κολλήεντα, κατὰ στόμα εἱμένα χαλκῷ [5].

Quae ξυστά ναύμαχα in apicem aeneum desinebant, κατὰ στόμα εἱμένα χαλκῷ, et ex minoribus aliquot contis compacta videntur (unde κολλήεντα ξυστά dicuntur [6]), qui annulis vel alio quocunque vinculo, βλήτροισι [7], juncti tenebantur. Tanta vero aliquando ξυστά facta sunt, ut vel viginti duorum cubitorum fuisse ferantur [8].

§. 7. Denique semel in Iliade clavae, κορύνης, in pugna usum meminit Homerus, ita tamen ut Nestorem faciat narrantem, se juvenem aliquando pugnasse cum

1) XX, 285 seqq. Eadem de Diomede leguntur Il. V, 302 seqq.
2) Il. XII, 154 seq. 3) Il. XIII, 611 seqq. 4) Il. XV, 711.
5) Il. L. l. vs. 388 seq. 6) Il. L. l. vs. 389. et XV, 677.
7) Vid. Il. XV, 678. 8) Vid. Il. L. l. vs. cit.

cum Ereuthalione, qui arma sibi induerat Arethoi, cui Κορυνήτου [1] cognomen ab aequalibus fuerat datum,

Οὕνεκ' ἄρ' οὐ τόξοισι μαχέσκετο, δουρί τε μακρῷ,
Ἀλλὰ σιδηρείῃ κορύνῃ ῥήγνυσκε φάλαγγας [2].

Itaque ad antehomerica pertinent, quae retulit Nestor. Ex iis, qui ad Trojam pugnarunt, heroibus nullus est, cui clava in armis fuisse traditum sit.

CAPUT NONUM.

DE EQUIS ET CURRIBUS.

§. 1. Antiquissimo et fabularum adeo tenebris abscondito adhuc tempore, in suum usum equorum vires convertere noverunt homines, ut vel ex iis intelligitur, quae de Centauris tradidit antiquitas. Equos scilicet vel curribus jungebant, ut hos traherent, vel onera iis portanda imponebant, vel equites iisdem insidebant. Equitandi vero usus equorumque fingendorum peritia in desuetudinem abiisse, vel Homeri aequalibus ignota fuisse videntur. Quantum enim ex Poëtae carminibus patet, nec equis vehebantur heroës, nec ex iis pugnare noverant: sed in curru adstabant vel pedites contendebant [3].

§. 2.

1) Il. VII, 9 et 138. 2) Il. L. l. vs. 140 seq. Fuit, inquit Heyn. Var. Lectt. et Observ. ad Il. l. l., fuit Areïthous inter veteres Arcadum heroes antiquiores, qui adhuc clava uteretur. Ejus monumentum monstrabatur Pausaniae, quem vid. L. VIII. c. 11. 3) Cf. h. l. c. VI. §. 4. ext. n. 5. Unum Ἄργος ἱππόβοτον nuncu-

§. 2. Maximo sane pretio ab heroibus equi aestimabantur, quos diligentissime curasse ex Homero novimus. Aqua scilicet jubas equinas lavabant, quibus unguentum liquidius deinceps affundebant: quod saepius equis suis a Patroclo factum esse affirmat Achilles: erat quippe ille ἡνιόχος ἤπιος,

. . . . ὅς σφῶϊν μάλα πολλάκις ὑγρὸν ἔλαιον
Χαιτάων κατέχευε, λοέσσας ὕδατι λευκῷ [1].

In pratis pascuntur

Λωτὸν ἐρεπτόμενοι, ἐλεόθρεπτόν τε σέλινον [2].

et κύπειρον [3], cyperum, ut vertunt, quod quale fuerit ignoramus [4]. Ejus autem mentionem facit Telemachus, cum ad Menelaum, ἵππους, inquit,

. . . . εἰς Ἰθάκην οὐκ ἄξομαι, ἀλλά σοι αὐτῷ
Ἐνθάδε λείψω ἄγαλμα· σὺ γὰρ πεδίοιο ἀνάσσεις
Εὐρέος, ᾧ ἔνι μὲν λωτὸς πολὺς, ἐν δὲ κύπειρον [5]·

quibus de Ithaca haec addit:

Ἐν δ' Ἰθάκῃ οὔτ' ἄρ δρόμοι εὐρέες, οὔτε τι λειμών
Αἰγίβοτος, καὶ μᾶλλον ἐπήρατος ἱπποβότοιο· [6].
Οὐ γάρ τις νήσων ἱππήλατος, οὐδ' εὐλείμων,
Αἵ θ' ἁλὶ κεκλίαται· [7].

In stabulis ad praesepe adstantes [8] et vincti, tritico, zea,

pat Poëta Il. II, 287. III, 75, 258. Od. IV, 562: fortasse igitur equorum haud admodum ferax fuit eo tempore Graecia. Equis caret Ithaca. Od. IV, 603 seqq. iisque pascendis maxime commoda fertur Pylus Od. l. cit. Sed tenenda quae ad Od. l. l. monuit Nitzsch. » freilich wohnt Menelaos dem Homer überhaupt im Ἄργος ἱππόβοτον.

1) Il. XXII, 281 seq. ad q. l. vid. Schol. et Interpr. Cf. VIII, 41 seq. al. Passim equi μώνυχες, ὠκύποδες, ὠκυπέτα etc. dicuntur ut Il. VIII, 32, 43. IX, 127. X, 569. al. de q. v. adeas interpr. ad l. l.
2) Il. II, 777. ad q. l. vid. Schol. Latet autem quid sit σέλινον.
3) Vid. Od. IV, 603. 4) Voss vertit, Galgant. 5) Od. l. l. vs. 601 seq. 6) De q. vs. vid. Nitzsch. in adn. ad Od. l. l. 7) Od. l. l. vs. 605 seqq. 8) Vid. h. c. §. 8. et L. III. c. 11. §. 4.

zea, hordeo et ὀλύρᾳ [1] vescuntur. Telemachi et Pisistrati equis Menelai θεράποντες

Πὰρ δ' ἔβαλον ζειάς, ἀνὰ δὲ κρῖ λευκὸν ἔμιξαν [2].

Pandari equi

Ἑστᾶσι, κρῖ λευκὸν ἐρεπτόμενοι καὶ ὀλύρας [3].

In stabulo Διομήδεος ἵπποι

Ἕστασαν ὠκύποδες μελιηδέα πυρὸν ἔδοντες [4].

Eadem, aut similia certe, cum de ceterorum heroum equis traduntur, tum de Hectoreis monuit Homerus, quibus tamen, quod mireris, vinum tritico immiscere solebat Andromache. Ita scilicet ad equos heros fortissimus:

Ξάνθε τε, καὶ σὺ Πόδαργε, καὶ Αἴθων, Λάμπε τε δῖε,
Νῦν μοι τὴν κομιδὴν ἀποτίνετον, ἣν μάλα πολλὴν
Ἀνδρομάχη, θυγάτηρ μεγαλήτορος Ἠετίωνος,
Ὑμῖν πὰρ προτέροισι μελίφρονα πυρὸν ἔθηκεν,
Οἶνόν τ' ἐγκεράσασα πιεῖν, ὅτε θυμὸς ἀνώγοι,
Ἢ ἐμοί, ὅς περ οἱ θαλερὸς πόσις εὔχομαι εἶναι [5].

Frequens enim est, quod verbo dicamus, mulierum in equis curandis, jungendis, solvendis, atque in curru instruendo ministerium [6]. Deorum equi divino quoque cibo utuntur, ἀμβρόσιον εἶδαρ ἔδοντες [7].

§. 3. Ut in curandis, ita in ornandis equis diligenter versati sunt heroes. Variis enim ornamentis in-

1) De quibus vid. L. III. c. 1. §. 1. Nitzsch. ad Od. IV, 40, 600. et auct. ab eo cit., inter quos Sprengel. Hist. rei herbar. I. p. 21., qui ζείας ab ὀλύρᾳ distinguit. Cf. Damm. Lex. Hom. 2) Od. IV, 41. Ceteris igitur, quibus praecipue vescebantur, hoc immiscuerunt. 3) Il. V, 196. cll. VIII, 564. et Schol. cum interpr. ad l. l. 4) Il. X, 569. 5) Il. VIII, 185 seqq. Quae Hectoris, ut amici, ad equos sibi carissimos allocutio habet, quod sua suavitate et venustate mihi adblandiatur: cui accedit mira simplicitas, quae naturam ducem sequitur, quamque in minimis etiam sectari solet germanus Poëta Homerus. Cf. Il. XIX, 400 seqq. et Köppen ad Il. VIII, 185 seqq. 6) Vid. Il. l. l. De Iridis ministerio Il. V, 365 seqq. Herae et Athenae equos solvunt Horae Il. VIII, 433. quod Zeo officium praestat Poseidon Il. l. l. 440. de quo vid. etiam Il. XIII, 34. de Here V, 720 seqq. 7) Vid. Il. V, 369. XIII, 34.

insigniebantur, ut sunt frena (χαλινός, ἡνιόν) aurea, i. e. auro ornata, unde, qui ejusmodi frenis equos regunt, χρυσήνιοι dicuntur, quam vocem de Diis, de Artemide et Hade, adhibuit Poëta [1]. Vel ebore insignia lora Paphlagonum regi, Pylaemeni, fuisse dicuntur: ἡνία λεύκ' ἐλέφαντι [2]. Eodem ebore, sed purpura tincto, maxillare (παρήϊον) conficere noverant Carum et Maeonum feminae:

. . . . ὅτε τίς τ' ἐλέφαντα γυνὴ φοίνικι μιήνη
Μηονὶς, ἠὲ Κάειρα, παρήϊον ἔμμεναι ἵππων [3].

Quibus equorum ornamentis accensendus est funiculus s. vinculum, auro insigne, quo in fronte sparsae comae quacunque tandem ratione collectae jungebantur. Certum enim modum haud indicat Poëta, nec simplici verbo utitur, quo vinculum illud designet, sed composita voce usus equos dicit χρυσάμπυκας, qua communi omnium sententia equos significat aureo ejusmodi vinculo, quod ἄμπυξ vocatur, insignes. Locuples hîc testes est Eustathius, qui ἄμπυξ, inquit, σειρὰ κατάχρυσος τὰς περὶ τὸ μέτωπον τῶν ἵππων τρίχας συνδέουσα [4]. Quae quidem equorum ornamenta non ipsis tantum decori erant, sed et dominis dignitatem ac laudem quaerebant:

Ἀμφότερον, κόσμος θ' ἵππῳ, ἐλατῆρί τε κῦδος [5].

§. 4. Equis non nisi currui junctis pugnabatur aetate heroica. Itaque cum frequens ab Homero curruum equorumque his junctorum mentio fiat, neque ipsi, aequalibus quippe scribenti, opus sit modum exponere, quo equi curribus aptentur, nobis quidem operae pretium facturi visi sumus, si nostris le-

1) Vid. Il. VI, 205. Od. VIII, 285. 2) Vid. Il. V, 583. ad q. l. cf. Eustath. et Schol. B. L. ad Il. VIII, 116 seq. 3) Il. IV, 141 seqq. Σιγαλόεντα χαλίνα sunt ποικίλα, id est, variis coloribus insignia. Vid. Il. V, 226 ad q. l. cf. Schol. et interpr., Apoll. Lex. et Hesych. in v. 4) Vid. Eusth. ad Il. V, 358. Cf. XXII, 469. et nos L. III. c. 7. §. 2. 5) Il. IV, 145.

lectoribus, singularum harum rerum minus gnaris, ordine et perspicue, quantum fieri possit, quae in Poëtae carminibus hic illic dispersa sunt, inde collecta explanaverimus. Quod quidem eo magis nobis agendum duximus, quia aliter fieri non possit, quin complures loci explicari nequeant, nisi quis curruum equorumque adjunctorum certam atque accuratam notionem perceperit [1].

§. 5. Variis ornamentis insignes currus habebant, unde de Rhesi, Thraciae regis, curru legimus:

Ἅρμα δέ οἱ χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ εὖ ἤσκηται [2].

et Diomedis

Ἅρματα . . χρυσῷ πεπυκασμένα κασσιτέρῳ τε [3].

Humiles fuerunt, binis rotis (καμπύλοις κύκλοις, τροχοῖς) subnixi, quae quidem rotae in Heres curru aeneae sunt, et octo radiis (κνήμαις) distinctae (ὀκτάκνημα) circa axem ferream (ἄξονα σιδήρεον) volvuntur [4]. Rotarum curvatura s. orbis (ἴτυς) vel ligneus [5] fuit, vel, ut in ejusdem Deae curru, aureus [6], quem lamina aerea seu cantho muniebant: χάλκ' ἐπίσσωτρα προσαρηρότα [7]. Rotarum denique modioli, πλῆμναι, quibus ipsis inseruntur radii, argento erant fabrefacti: ἀργύρου εἰσὶ περίδρομοι ἀμφοτέρωθεν [8]. Axi loris, ἱμᾶσιν, juncta et illigata erat ea curruum pars, cui ipsi insistunt heroes et δίφρου nomen fuit, ut in his:

Δί-

1) Plurima huc spectantia habent Schol., Gramm. et Interpretes recentiores, Heynius, Köppen, Nitzsch, Köpke, Cammann, quos semel hic citasse sufficiat, ne ad quosque locos, mox citandos, iis memorandis operam perdamus vel gloriolam captare videamur. In consilium eos adhibuimus, quos, quo visum est, sequi haud dubitavimus; in contraria vero minusve nobis quidem probata hujus illiusve Viri Doct. sententia refutanda haudquaquam morati sumus. 2) Il. X, 438. 3) Il. XXIII, 503. cll. IV, 226. al. ὄχεα item currus dicuntur. 4) Vid. Il. V, 722 seqq. 5) Ut ex populi et fagi ramis incurvatis Il. IV, 486. cll. vs. praec. et V, 838. 6) Vid. Il. V, 724. 7) Vid. Il. l. l. Cf. XI, 537. ibiq. Schol. et Apoll. Lexic. in v. 8) Vid. Il. V, 726.

Δίφρος δὲ χρυσέοισι καὶ ἀργυρέοισιν [1] ἱμᾶσιν
Ἐντέταται· [2].

Δίφρον cingebat ab utroque latere orbiculus, qui ex virgulis [3] fiebat, et plurali fere numero ἄντυγες vocatur, quod duplici hemicyclio s. duabus semicircularibus partibus constabat. Homero quippe teste Heres δίφρον ambibant δοιαὶ περίδρομοι ἄντυγες [4], quas alibi ἄντυγας τὰς περὶ δίφρον [5] vel simpliciter ἅρματος ἄντυγας [6] nuncupavit. In tantam autem altitudinem elatae erant ἄντυγες, quas dicimus, ut ἐν δίφρῳ pugnantis ἐπιβάτου [7] crura ac genua protegerent et a telorum impetu defenderent. Cujus quidem ἄντυγος pars extrema, temoni proxima, ἐπιδιφρίας πυμάτη s. simpliciter ἄντυξ, uno pluribusve clavis erat instructa, quibus equorum, quos sisterent, habenae alligarentur [8]. A tergo contra aut humiliores fuerunt ἄντυγες, aut patebant, intervallo, ubi currus conscendi posset, inter utramque ipsius partem relicto. In proelio scilicet, ut pedites pugnarent, e curru saepius desiluerunt heroes, quem a se non procul amovebant, ut vel vulnere accepto, vel hoste nimis urgente, vel pugnando defessi haberent, quo se reciperent, eodemque uti possent, si quando in aliam aciei partem sese conferre aliumve hostem persequi e re sua fore arbitrarentur [9]. Hinc Pandari querela:

Ἵπποι δ' οὐ παρέασι, καὶ ἅρματα, τῶν κ' ἐπιβαίην [10].

Saepe enim fiebat ut nulla, nisi a curru, vel victoria vel salus, expectanda esset [11]. Sed unde digressi sumus

1) De deae scilicet δίφρῳ dicit, cui splendida sunt omnia et pretiosa. 2) Il. V, 727 seq. 3) Quas νέους ὄρπηκας vocat Poëta Il. XXI, 38. 4) Vid. Il. V, 728. 5) Il. XX, 100. 6) Il. XXI, 38. 7) Vid. h. c. §. 8. 8) Vid. Il. IV, 261. V, 262. X, 475. Hinc κατατείνειν ἡνία est solvere habenas a clavo et retrorsum trahere: ἐξ ἄντυγος τείνειν contra frena ἄντυγι alligare significat. 9) Loci, qui huc spectent, in Homeri innumeri occurrunt. Vid. e. g. Il. V, 329. XI, 47, 340, 399 seqq. XVII, 481 seqq. 500 seqq. 10) Il. V, 192. 11) Vid. inpr. quae Pandarum de ea re narrantem fecit Homerus Il. V, 192—216.

mus revertamur. Ἐκ τοῦ δίφρου prominet temo, ῥυμὸς [1], cui extremo, πέζῃ ἔπι πρώτῃ s. ἐπ' ἄκρῳ ῥυμῷ [2], jugum, ζυγὸς, alligatur loro jugali, ζυγοδέσμῳ [3], quod ipsum in temone summo adnectitur clavo, ἕστορι [4], eidem temonis parti inserto, cui quidem clavo infixerant annulum, κρίκον [5], vel ne clavus temoni excideret, vel ut ipsi huic annulo lora jugalia annecterentur. Ζυγόδεσμον autem (cujus parte jugum temoni junctum diximus) tantum fuit, ut alteram ejus partem deinceps ter utrimque, ἑκάτερθεν, i. e. a dextra et sinistra parte, seu, quod eodem redit, ab utriusque equi [6] latere, religarent ἐπ' ὀμφαλόν, ut ait Homerus, id est circa eminentiorem jugi partem: quod eo consilio fecisse videntur, ne jugum minus firmiter temoni aptum in hanc illamve partem nutando equos premeret vel in cursu retardaret, neve loris ruptis curru soluti equi aufugerent [7]. His igitur suo loco nexis, ζυγοδέσμου partes extremas seu oras, ne dependerent, in nodum scite ita glomerabant, ut laterent: ὑπὸ γλωχῖνα ἔκαμψαν [8].

§. 6. De jugi forma eo loco me dicere memini, quo

1) In Heres curru argenteus Il. L. l. vs. 728. ἐΰξεστος Il. XXIV, 271. 2) Vid. Il. XXIV, 272. et V, 729. 3) Quod ἐνδεκάπηχυ fuit Il. XXIV, 270. 4) Vid. Il. L. l. vs. 272. 5) Vid. Il. l. l. 6) Seu muli: de his enim proprie sermo est Il. L. l. vs. 265 seqq. quibus plaustro junctis utitur Priamus, non vero in pugna, quod, vel me tacente, intelligitur, sed ut munera Achilli afferat ad Hectoris cadaver redimendum, quod redemtum eidem plaustro impositum secum domum ducit. Priami plaustrum ἄμαξα dicitur et ἀπήνη, τετράκυκλος, ἐΰτροχος ἡμιονείη. Vid. Il. XXIV, 324. Od. IX, 241. quo onera plerumque avehere solebant, ὑπεζεύγνυσαν δὲ βόας ἡμιόνους τε Il. XXIV, 782. Od. VI, 37, 72 seqq. Ἀμάξῃ loris injuncta erat crates seu aliud quid, quod rerum imponendarum capax esset. Homerus πείρινθα vocat Il. L. l. vs. 190 et 267. Est autem πείρινς, interpret. Schol., τὸ ἐπικείμενον τῇ ἀμάξῃ πλινθίον (τετράγωνον Hesych.) ἐφ' οὗ φέρουσι τὰ φορτία: idem, quod Od. VI, 70. ὑπερτερία, ex Eustathii ad h. l. interpretatione, quam alii dicunt τὸ ὅλον ἐπίθεμα. 7) Vid. h. c. §. 6. 8) Vid. Il. XXIV, 274.

quo de boum in aratione usu exposui [1], unde unum idemque jugum ambos, ut tauros et mulos, ita equos junctos tenuisse apparuit. Erant autem utrisque jugi extremitatibus orbes, ζεῦγλαι [2], infixi, quibus uterque equus caput inserebat. Priusquam curribus jungantur equi, jugum altera ζυγοδέσμου parte, ut superiore paragrapho vidimus; temoni summo jam alligatum est. Equos igitur juncturi non tum primum temoni jugum adaptant, sed jam currui adnexum boum equorumve cervicibus imponunt, ut de Here monuit Homerus:

. . . . . . ὑπὸ δὲ ζυγὸν ἤγαγεν Ἥρη
Ἵππους ὠκύποδας [3].

Sunt qui equos non altera ζυγοδέσμου parte, sed aliis funibus, jugo alligatos esse affirment, quae λέπαδνα dixerit Homerus, qua voce eadem lora significari alii statuunt, quae saepius ζυγόδεσμα nuncupantur. Quidquid sit, juga [4] ligno transverso, quod temoni extremo affigebant, inserta equorum cervicibus imponebantur, quorum ope currum traherent. Lora enim seu funes tortos [5], quos eodem consilio equorum pectoralibus, de corio factis [6] et ligno transverso [7] in posteriore temonis parte posito nostra aetas annectit, heroica ignorabant tempora: qua veterum jungendi ratione factum est, ut, priore temonis parte casu diffracta, equi aufugerent. Haec autem qui non noverit, quomodo quaeso hos Homeri versus intelligat?

Πολλοὶ δ' ἐν τάφρῳ ἐρυσάρματες ὠκέες ἵπποι,
Ἄξαντ' ἐν πρώτῳ ῥυμῷ λίπον ἅρματ' ἀνάκτων [8].

aut hos, ubi de Adrasti equis;

. . . . ἀτυζομένω πεδίοιο,

Ὄζῳ

1) Vid. h. L. c. 1. §. 3. 2) Vid. Il. XIX, 406. ibiq. Schol. B., cet. Interpr. et Heyn. Var. Lect. et Observ. ad Il. XVII, 440. Hesych. et Suid. in v. 3) Il. V, 731. seq. 4) Belg. de hamels. Cf. h. L. c. 1. §. 3. 5) Belg. de reepen. 6) Belg. de zeel. 7) Belg. de knuppels aan den Evenaar vastgehecht. 8) Il. XVI, 371 seq.

Ὄζῳ ἐνὶ βλαφθέντε μυρικίνῳ, ἀγκύλον ἅρμα
Ἄξαντ' ἐν πρώτῳ ῥυμῷ, αὐτὼ μὲν ἐβήτην
Πρὸς πόλιν, ᾗπερ οἱ ἄλλοι ἀτυζόμενοι φοβέοντο·
Αὐτὸς δ' ἐκ δίφροιο κ. τ. λ. [1].

Jugum autem buxeum, πύξινον [2], fuit et ὀμφαλόεν [3], umbilicatum, id est partem mediam habens eminentiorem, cui in extima cujusque jugi sive orbis parte infixi erant annuli, οἴηκες [4], quibus aurigae ad equos regendos habenas, ἡνία, alligabant, ad δίφρον usque pertinentes, quas equis strigantibus, ἐξ ἄντυγος, pendebant [5]. Habenis praeterea jungebatur fraenum, χαλινὸς, quod ipsi equorum ori imponebant:

. . . . ἐν δὲ χαλινοὺς
Γαμφηλῆσ' ἔβαλον, κατὰ δ' ἡνία τεῖναν ὀπίσσω
Κολλητὸν προτὶ δίφρον· [6].

Scutica, ἱμάσθλη, μάστιγι, denique etiam voce equos vel currentes magis incitare, vel cessantes impellere solebant. Ita ἡνίοχος Cebriones

. . . . ἵμασε καλλίτριχας ἵππους
Μάστιγι λιγυρῇ, τοὶ δὲ, πληγῆς ἀΐοντες,
Ῥίμφ' ἔφερον θοὸν ἅρμα κ. τ. λ. [7].

suosque hortatur Hector [8], et Achilles, qui

Σμερδαλέον — ἵπποισιν ἐκέκλετο πατρὸς ἑοῖο [9].

§. 7. Bijuges plerumque heroum currus fuerunt, ut de Lycaonis δίφροις monuit Poëta:

Παρὰ δέ σφιν ἑκάστῳ δίζυγες ἵπποι
Ἑστᾶσι· [10].

et de Automedonte, currum jungente Achilli:

Τῷ δὲ καὶ Αὐτομέδων ὕπαγε ζυγὸν ὠκέας ἵππους [11],
Ξάνθον καὶ Βαλίον, τὼ ἅμα πνοιῇσι πετέσθην [12].

Qui-

1) Il. VI, 40 seqq. 2) Il. XXIV, 269. 3) Il. l. l. 4) Unde ζύγον dicebatur εὖ οἰήκεσσιν ἀρηρός Il. XXIV, 269. ad q. l. cf. Schol. B. M. 5) Cf. h. c. §. 5. med. 6) Il. XIX, 392 seqq. 7) Il. XI, 531 seqq. 8) Vid. Il. VIII, 185 seqq. Cf. h. c. §. 2. extr. ibiq. not. 5. 9) Il. XIX, 399 seq. 10) Il. V, 195 seq. cll. XIX, 400. 11) Vid. h. c. §. 6. init. 12) Il. XVI, 148 seq.

Quibus addit Poëta:

'Εν δὲ παρηορίῃσιν ἀμύμονα Πήδασον ἵει [1].

Binis nempe equis jugalibus a latere aliquando tertium addebant seu adjungebant. Quod qua ratione factum sit latet. Tertius autem equus παρήορος vocatur [2], ὁ παρεζευγμένος, ἤγουν ὁ ἐγγὺς ὢν τῶν ζυγιτῶν ἢ τῶν ζυγιῶν, ut ait Eustathius, qui eosdem ἀφέτους παραείρεσθαι ἤτοι παραζεύγνυσθαι adfirmat [3]. Equus igitur παρήορος non, ut bini jugales, jugum ferebat, sed ut videtur, loro seu fune, παρηορίῃσιν [4], cum his copulatus erat, forsitan ut, si quando jugalium alter deficeret, adesset qui in ejus locum succederet. Ubi vulneratur παρήορος, ne ceteros impediat, abscinditur lorum, quo iis est adjunctus. Quod a Nestore factum accepimus, qui

. . . . ἵπποιο παρηορίας ἀπέταμνε
Φασγάνῳ ἀΐσσων [5].

Similia de Patrocli equis traduntur. Ejus scilicet παρήορον hasta vulneraverat Sarpedon, ut in humum delapsus animam efflaret, quo impediti reliqui duo

. . . . διαστήτην· κρίκε δὲ ζυγὸν, ἡνία δέ σφι
Σύγχυτ', ἐπειδὴ κεῖτο παρήορος ἐν κονίῃσι.

Sed malo medelam invenit Automedon et

Σπασσάμενος τανύηκες ἄορ παχέος παρὰ μηροῦ,
'Αΐξας ἀπέκοψε παρήορον, οὐδ' ἐμάτησε.
Τὼ δ' ἰθυνθήτην, ἐν δὲ ῥυτῆρσι τάνυσθεν [6].

Ceterum Iliadis libro octavo quatuor equi uni Hectoris currui juncti dicuntur: ita namque equos allocutus est Priamides:

Ξάνθε τε, καὶ σὺ Πόδαργε, καὶ Αἴθων, Λαμπέ τε δῖε [7].

Sed veteres critici [8] duo priora nomina posteriorum epi-

1) Il. XVI, 152. 2) Ut Il. XVI, 471. Cf. Heyn. Var. Lectt. et Observ. ad Il. VII, 150. 3) Vid. Eustath. ad Il. l. l. Cf. Köppen ad Il. VIII, 87. 4) Vid. Il. VIII, 87. XVI, 152. al. 5) Il. VIII, vs. l. 6) Il. XVI, 467 — 475. 7) Il. VIII, 185. 8) Quos vid. ad Il. l. l.

epitheta fuisse autumant, et binos tantum equos Hectoris currui junctos agnoscunt, ea ducti ratione, quod duali numero usus Hector praecedentibus, quae dedimus, adjungat:

Νῦν μοι τὴν κομιδὴν ἀποτίνετον κ. τ. λ.

Alii vero ita versum laudatum tuentur, ut dicant, Hectorem, equestris quippe rei peritissimum, novasse hoc ipsum, quod pro binis usus est quadrigis, binis forte jugalibus, et binis παρηόροις: adeoque Hectori illud fuisse proprium: dualem autem numerum pro plurali esse positum [1]. Heynius denique, nimium, inquit, locus redolet interpolatoris operam male sedulam [2]. De quibus certi quid constituere, temeritatis foret. Eadem tamen mihi, saepius de loco citato mecum cogitanti, suspicio subiit, quam Köppenio ut verosimillimam placuisse laetus dein cognovi, Hectorem scilicet, binos tantum equos jugales, ut qui soli currum trahebant, cogitasse, adeoque duali numero usum esse, neque aliter per rei naturam potuisse. Haec enim ad ζευγῖτας nominatim dicebat:

Νῦν μοι τὴν κομιδὴν ἀποτίνετον κ. τ. λ.
. . . . ἀφορμεῖτον καὶ σπεύδετον, ὄφρα λάβωμεν
Ἀσπίδα Νεστορέην κ. τ. λ. [3].

Quidquid sit, quadrigarum usum Homeri certe tempore non ignotum fuisse ex Odysseae libro decimo tertio, quo Phaeacum navem per mare currentem describit, manifeste apparet:

. . . . ὥστ᾽ ἐν πεδίῳ τετράοροι [4] ἄρσενες ἵπποι,

Πάν-

1) Pluribus haec exposuit Heyn. Var. Lectt. et Observ. ad Il. VIII, 186 seqq. Eustathius, Hector, inquit, alloquebatur δύο συστήματα, ἤγουν τὴν δεξιὰν συζυγίαν καὶ τὴν ἐξ ἀριστερῶν. Il. VII, 284. pluralis item sequitur, quamvis praecedat singularis, ut notavit Köpp. ad Il. VIII, vs. l. 2) Vid. Heyn. l. l. 3) Il. VIII, 185, 191 seq. ibiq. Köppen. 4) Ὁμοῦ συνεζευγμένοι, interpr. Eustath. ad h. l.

Πάντες ἅμ' ὁρμηθέντες ὑπὸ πληγῇσιν ἱμάσθλης
Ὑψόσ' ἀειρόμενοι, ῥίμφα πρήσσουσι κέλευθον·
Ὣς ἄρα κ. τ. λ. [1].

§. 8. Qui equos regeret ἐν δίφρῳ sedebat, ἡνίοχος s. ὑφηνίοχος, scutica eos impellens. Eo munere fungebantur θεράποντες [2], adeoque viri principes, ut Eurymedon, Sthenelus, Automedon, Aeneas, Cebriones, Isus [3], alii: eodem officio seu munere ipsos etiam Deos Deasque, ut Hermen, Athenen, Heren et Iridem functos Poëta narrat [4]. Cum ἡνιόχῳ in currum adscendebat παραιβάτης, quo nomine dicebatur heros, qui ex curru armis cum hoste contendebat. Utrumque jungebat amicitia vel consanguinitas. Binos autem in eodem curru fuisse quis dubitet: unus enim pugnare et simul equos regere non poterat: quod incommodo suo post Patrocli necem expertus est Automedon, qui, quamvis acriter in hostes irrueret,

. . . . οὐχ ᾕρει φῶτας, ὅτε σεύαιτο διώκειν·
Οὐ γάρ πως ἦν, οἷον ἐόνθ' ἱερῷ ἐνὶ δίφρῳ
Ἔγχει ἐφορμᾶσθαι καὶ ἐπίσχειν ὠκέας ἵππους [5].

Παραιβάτου jussu ἡνίοχος currum dirigebat in eum locum, quo heros hostem armis experiri ardebat. Quo ubi ventum erat, e curru in terram fere desiliebat παραιβάτης, ut cominus pugnam iniret: qua mente ad Alcimedontem Automedon:

Ἀλλὰ σὺ μὲν μάστιγα καὶ ἡνία σιγαλόεντα
Δέξαι, ἐγὼ δ' ἵππων ἀποβήσομαι, ὄφρα μάχωμαι [6].

Hector

. . . . ἐξ ὀχέων σὺν τεύχεσιν ἆλτο χαμᾶζε,
Πάλλων δ' ὀξέα δοῦρα κατὰ στρατὸν ᾤχετο πάντη,
Ὀτρύνων μαχέσασθαι, ἔγειρε δὲ φύλοπιν αἰνήν [7].

In-

1) Od. XIII, 81 seqq. 2) Cf. dicta L. II. c. 5. §. 1, 2. 3) Vid. Il. IV, 365 seqq. V, 237 seq. VIII, 116 seq. XI. 102 seq. XV, 352. al. 4) Vid. Il. V, 365, 748, 768, 840. VIII, 392. XXIV, 441. 5) Il. XVII, 463 seqq. 6) Il. L. l. vs. 479. seq. 7) Il. XI, 211 seqq. Cf. III, 29. al.

Interim auriga in propinquo currum tenebat, quem scilicet, ubi opus esset, heros conscenderet [1].

§. 9. Domum ubi rediissent heroes, equi e curru soluti [2], ut potu ciboque se reficerent, loris ad praesepe (κάπην s. φάτνην) alligabantur. In Menelai regia Telemachi et Pisistrati equos θεράποντες

. . . . . . ἔλυσαν ὑπὸ ζυγοῦ ἱδρώοντας
Καὶ τοὺς μὲν κατέδησαν ἐφ' ἱππείῃσι κάπῃσι [3].

Diomedes et Ulysses

. . . . ὅτε Τυδείδεω κλισίην εὔτυκτον ἵκοντο,
Ἵππους μὲν κατέδησαν ἐϋτμήτοισιν ἱμᾶσι
Φάτνῃ ἐφ' ἱππείῃ, ὅθι κ. τ. λ. [4].

Aut, ut in castris fecerunt Trojani, eos

Δῆσαν . . ἱμάντεσσιν παρ' ἅρμασιν οἷσιν ἕκαστος [5].

Sed Trojam profectus Poseidon in ampla spelunca

. . . . βαθείης βένθεσι λίμνης
Μεσσηγὺς Τενέδοιο καὶ Ἴμβρου παιπαλοέσσης
. . . ἵππους ἔστησε·

iisque, ne aufugerent,

. . . . ἀμφὶ . . ποσσὶ πέδας ἔβαλε χρυσείας,
Ἀῤῥήκτους, ἀλύτους, ὄφρ' ἔμπεδον αὖθι μένοιεν
Νοστήσαντα ἄνακτα [6].

§. 10. Reversi currus ἐν μεγάροισι collocabant, eosque utpote parvos et humiles dissolvebant [7], quorum membra basi seu crepidini, ἀμ βωμοῖσι [8], imponebant, velis superinjectis [9]. De Lycaonis curribus Homerus:

Ἀλλά που ἐν μεγάροισι Λυκάονος ἕνδεκα δίφροι
Καλοί, πρωτοπαγεῖς, νεοτευχέες [10].

Qua

1) Vid. h. c. §. 4. med. Quam aciei partem currus in pugna occuparint, infra videbimus h. L. c. 12. 2) Solvere equos Homero est λύειν ἵππους, vel λύειν ὑπο ζυγοῦ — ἐξ ὀχέων. 3) Od. V, 39 seq. 4) Il. X, 566 seqq. Cf. XXIV, 280. 5) Il. VIII, 544. Cf. II, 55 seq. et V, 195 seq. 6) Il. XIII, 36 seqq. 7) Vid. e. g. Il. V, 722 seqq. 8) Vid. Il. VIII, 441. 9) Vid. Il. V, 194 seq. ἀμφὶ δὲ πέπλοι πέπτανται. Il. VIII, 441. κατὰ λῖτα πετάσσας. 10) Il. V, 193 seq.

Qua currus in membra sua dissolutione factum est, ut, si eo opus esset, singulae ejus partes, inde petitae, denuo componendae essent ea ratione, quam pluribus supra explicuimus. Hinc Priami filii patri equos ἐν δώμασιν ὑψηλοῖσι junxisse dicuntur [1], quo facto cum praecone senex currum conscendit:

Ἐκ δ᾽ ἔλασε προθύροιο καὶ αἰθούσης ἐριδούπου [2].

CAPUT DECIMUM.

DE NAVIBUS.

§. 1. Frequentem navium mentionem carminibus intexuit Homerus. Ne de earum, quibus ad Trojam oppugnandam Graeci profecti sunt, catalogo dicam: ex iis, quae in superioribus de mercatura et piratica exposuimus [3], heroica etiam aetate navibus, quarum construendarum artem noverant, tum Graecos, tum alios populos usos esse, satis, ni fallor, cuique patuit. Nec tamen has eadem ratione atque arte olim fabricabantur, instruebant et gubernabant, quam posteriore tempore usus docuit et ipsa invenit hominum solertia. Simplicior hoc aevo fuit et minus absoluta ratium fabrica: litora fere legentes non nisi interdiu mari infido sese credebant, noctu navibus in litora subductis: raro aut nunquam altum petebant, iis quippe instrumentis destituti; quibus nunc tuto illud fieri licet. Est vero, quod in his navigandi artis incunabulis navium magnitudinem mireris, quae

1) Vid. Il. XXIV, 281. 2) Il. L. l. vs. 323. 3) Vid. L. II c. 10, 11.

quae tanta fuit, ut iis, quae Achille et Philoctete ducibus Trojam appulerunt, quinquaginta [1], et Boeotiis singulis, qui numerus sane magnus est, centum et viginti viri vecti dicerentur [2]. Naves autem in mercaturae commodum usurpabant, iisve vecti piraticam exercebant: in pugna vero navali, quae proprio nomine dicitur, earum nullus usus fuit, quantum quidem ex Homero apparet, qui in frequenti navium mentione hunc, si fuisset, profecto non neglexisset.

§. 2. De navium forma si quaeris: sunt qui a ceteris onerarias ita diversas fuisse statuant, ut illas longiores, has contra latiores ponant [3]. Carina Homero est τρόπις [4], quae, quo facilius undas dimoveret earumque impetum sustineret, acuta fuit et στείρη [5]. E carina exsurgunt frequentia statumina, σταμίνες [6], quae, ut immota adstent, trabibus [7], ab altero navis latere in alterum superne pertinentibus, affiguntur. Ita τρόπις, σταμίνες et ἴκρια cavam navis partem seu ventrem efficiebant. Statuminibus autem, quae diximus, exstrinsecus clavorum ope adnectebantur tabulae, ἐπηγκενίδες [8], quae a puppi ad proram pergentes navis latera faciunt. De Ulysse navem sibi fabricante haec Homerus:

"Ικρια

1) Vid. Il. II, 719. coll. vs. 577. XVI, 168. 2) Vid. Il. II, 509 seqq. 3) Ex Od. V, 249 seqq. et IX, 323. Oneraria navis φόρτις vocatur. 4) Vid. Od. V, 130. VII, 252. ibiq. Schol. Et ne justo pondere navis careret, in carinam πολλὴν ὕλην congerebant, quod nostrates dicunt *ballasten*. Vid. Od. IV, 257. 5) Vid. Il. I, 482. al. 6) Ad Od. V, 252. Schol., σταμίνεσσι, inquit, τοῖς ἐπιμήκεσι ξύλοις, ἃ παρατίθεται τοῖς ἰκρίοις ἐξ ἑκατέρων τῶν μερῶν πρὸς τὸ ἑστάναι· ἢ τοῖς ὀρθοῖς ξύλοις, οἷς τὰ πηδάλια ἐμπήσσεται. 7) Quas τῷ ἴκρια Od. l. l. significasse videtur Poëta. Aliis enim locis ἴκρια sunt tabulata: ἐνταῦθα δὲ, inquit Eustath., ἴκρια δοκεῖ τὰ ἐγκοίλια λέγειν· et ad Od. L. l. vs. 163. Schol. ἴκρια explicat τὰ ὀρθὰ ξύλα, ἐφ' ὧν τὰ τῆς νεὼς καταστρώματα πήγνυται, τὰ ἐγκοίλια λεγόμενα παρ' ἡμῖν. 8) Quae auctore Eustath. sunt σανίδες ἐκ πρώρας εἰς πρύμναν τεταμέναι καὶ ἐπενηνεγμέναι. Cf. Passov. in v.

Ἴκρια δὲ στήσας, ἀραρὼν θαμέσι σταμίνεσσι,
Ποίει· ἀτὰρ μακρῇσιν ἐπηγκενίδεσσι τελεύτα [1].

Puppis proraeque partes extremae inflexae [2], variis coloribus pictae erant [3] et ornamentis decorae, quae Homero sunt κόρυμβα νηῶν sive ἄφλαστα [4]. Vel velorum ope ventis naves dabant auferendas, vel ipsi longo remorum [5] ordine eas propellebant, quod dicebant ἐλάτῃσι πόντον ἐλαύνειν vel τύπτειν. Ἐλάται sunt remi ex abiegno plerumue ligno confecti, quos scite polire noverant [6]. Haudquaquam enim, quod obiter moneamus, fabrilium artium erant ignari, quibus inserviebant instrumenta, quorum nomina nobis prodidit Homerus. Ulysses scilicet navem ipse suam confecturus, eo consilio excisas arbores

. . . . πελέκκησεν δ' ἄρα χαλκῷ,
Ξέσσε δ' ἐπισταμένως, καὶ ἐπὶ στάθμην ἴθυνε.
Τόφρα δ' ἔνεικε τέρετρα Καλυψὼ, δῖα θεάων·
Τέτρηνεν δ' ἄρα πάντα, καὶ ἥρμοσεν ἀλλήλοισι·
Γόμφοισιν δ' ἄρα τήν γε καὶ ἁρμονίῃσιν ἄρηρεν [7].

Et apud Phaeaces ναυσικλυτοὺς adesse dicuntur, qui

. . . . . . νηῶν ὅπλα μελαινάων ἀλέγουσι,
Πείσματα, καὶ σπεῖρα, καὶ ἀποξύνουσι ἐρετμά [8].

Remi autem modo plures, modo pauciores fuerunt. Navis ἐεικοσόροιο, viginti remis actae, saepe mentio fit [9]. Singulis septem navibus, quibus praefuit Philoctetes, quinquaginta remiges inerant, cujusmodi rates πεντηκόντοροι vocantur [10]. In his Philoctetis navibus remiges iidem erant, qui sagittarii: quod uni-

1) Od. V, 252. Locus explicatu sane difficilis. 2) Vid. Il. I, 170. II, 392. al. 3) Hinc μιλτοπάρῃοι, φοινικοπάρῃοι; κυανόπρωροι dicuntur. Vid. Il. II, 637. XV, 693. XXIII, 852. Od. IX, 125. XI, 123. XXIII, 271. 4) Vid. Il. IX, 241. XV, 717 ibiq. Schol. 5) Τά τε πτερὰ νηυσὶ πέλονται Od. XI, 124. 6) Unde ἐΰξεστοι vocantur Il. VII, 5. 7) Od. V, 244 seqq. 8) Od. VI, 268 seq. 9) Vid. Od. I, 280. IX, 322. Il. I, 309. Generali nomine πολύζυγοι dicuntur ut Il. II, 293. Ἑκατόζυγος νηῦς memoratur Il. XX, 247. 10) Il. II, 719.

universe de omnibus adfirmare licet: ipsi scilicet heroes remis incumbebant [1]. Qui remiges, ubi navem conscenderant (quod est ἀναβαίνειν vel ἐπιβαίνειν) κληῖσι κάθιζον, per transtra considebant [2]. Proprie autem κληῖδες, a clavibus similitudine ducta, dicuntur in navium utroque latere aperta foramina, quibus remi immissi loris coriaceis illigantur, ut ipse affirmat Homerus:

Ἠρτύναντο δ' ἐρετμὰ τροποῖς ἐν δερματίνοισι
Πάντα κατὰ μοῖραν [3].

Tropice vero eadem vox κληῖδες transtra significat, quae alias ζυγὰ appellantur [4]. Tabulata, ἴκρια, in navibus Homericis proram tantum et puppim texisse videntur [5], ita ut media navis pateret, in qua transtra erant, qui locus Iliadis libro decimo quinto voce θρῆνυν a Poëta designatus esse videtur [6]. In puppi sedebat gubernator, et clavo, πηδαλίῳ [7], navem regebat, eam clavi partem manu tenens, quae dicitur οἴαξ. De Ulysse Homerus:

Πρὸς δ' ἄρα πηδάλιον ποιήσατο, ὄφρ' ἰθύνοι [8]

et addit:

Φράξε δέ μιν ῥίπεσσι διαμπερὲς οἰσυΐνῃσι,

quae quidem verba de cratibus salignis interpretor, quibus interiora navis latera contra undarum impetum muniebant: κύματος εἶλαρ ἔμεν [9].

§. 3.

1) Vid. Il. II. 719. et XIX, 42 seqq. 2) Vid. Od. II, 419. 3) Od. IV, 782. Cf. VIII, 53 seq. XII, 400. 4) Vid. Od. IX, 99. XIII, 21. Ab utroque latere remis agebantur naves, unde ἀμφιέλισσαι vocantur. 5) Vid. Il. XV, 676. Od. XII, 229, 414. XIII, 74 seq. 6) Vid. Il. XV, 729. De v. θρῆν. haud omnes consentiunt. Vid. Heyn. ad l. l. et alii. Passov. Lex. de transversa trabe vocem accipit, cui transtra innitebantur. 7) Quod Od. XIV, 350. ξεστὸν ἐφόλκαιον nuncupatur. 8) Od. V, 255. 9) Od. L. l. vs. 256 seq. Cf. Passov. in v. ἐπηγκενίδες. Alii τὸ μιν ad gubernaculum referunt. Vid. Goguet Op. l. vol. II. p. m. 299 seqq. quomodocumque locum interpreteris, intellectu est difficillimus.

§. 3. Ita instructae navi unus [1] malus, ἱστὸς, impositus erat [2], in trabis, mediam navem dividentis, parte perforata, κοίλης ἔντοσθε μεσόδμης. Hic quo firmius staret, funibus, προτόνοισι, cum proram tum puppim versus pertinentibus, devinciebatur:

Ἱστὸν δ' εἰλάτινον κοίλης ἔντοσθε μεσόδμης
Στῆσαν ἀείραντες· κατὰ δὲ προτόνοισιν ἔδησαν [3].

Malo vela appendebant, et loris e corio bubulo contortis sorsum trahebant:

Ἕλκον δ' ἱστία λευκὰ ἐϋστρέπτοισι βοεῦσιν [4].

In administrandis velis funes, πόδας [5], usurpabant, qui extremis velorum angulis erant adnexi, quibusque vela vel contrahendo vel laxando navis cursum quoquoversus dirigebant [6]. A superiore mali parte transversa dependebat antenna, ἐπίκριον [7], ex funibus, quos ὑπέρας vocat Poëta. Sua antennae quoque vela fuerunt, quae σπεῖρα dicta esse videntur [8] et κάλοις pro re nata regebantur [9]. Denique in navium funibus memorantur πείσματα, quae vel omnes universe funes, quibus opus erat, designant [10], ita ut eadem sint, quae ὅπλα νηῶν [11], vel eos, qui etiam

1) Plures malos singulis navibus institisse statuit Köpke Op. l. p. m. 165, quia Poëta plurali numero saepius utitur (quod mihi quidem nihil probat); » Idem, Homeri verba μέσον ἱστὸν Od. V, 316. VI. 271. IX, 77. quidni, inquit, de malo intelligamus in ceteris medio: quod ni facias, friget epith. μέσον, nec nisi mediam mali partem designat." In quibus a Viro Doct dissentire nobis liceat.
2) Malum erigere Homero est ἱστὸν ἵστασθαι, ἐντίθεσθαι Od. II, 424. IV, 578, 781. Il. I, 480. 3) Od. II, 424 seq. Cf. XV, 287. Il. I, 434 seqq. 4) Od. II, 426. Quae Ulyssi φάρεα fuerunt Od. V, 258 seq. 5) Vid. Od. V, 260. ibiq. Schol. et Interpr. Singulari numero πόδα dixit Poëta Od. X, 32. quo loco de gubernaculo vocem plurimi interpretantur. Vid. Schol. et Interpr. ad l. l. 6) Ubi ventus cessabat, vela complicata ἐν νηῒ γλαφυρῇ βάλον ut Od. XII, 170 seq. 7) Vid. Od. V, 254 et 318. 8) Vid. Od. L. l. vs. 318. Cf. VI, 269. ibiq. Schol. et Interpr. 9) Vid. Od. V, 260. Κάλους Schol. dicit τὰ σχοινία, δι' ὧν ἀνάγεται καὶ κατάγεται ἡ κεραία. 10) Ut statuit Köpke Op. l. p. m. 170. 11) Vid. Od. VI, 268. XI, 9. ibiq. Schol. Cf. Nitzsch. ad Od. II, 429 seqq.

etiam πρυμνήσια dicuntur, navium in litore retinacula [1]. Cui sententiae, quamvis multi in Homero loci faveant, unus obstat Odysseae versus, quo diversi quid utraque voce significari videtur [2].

§. 4. De navium partibus haec sufficiant: ad reliqua pergamus. Per mare iter facturi naves, retinaculis solutis, deducebant, malum erigebant eique vela adaptabant et funes: de quibus infra [3]. Sed infido mari haudquaquam sese commisisse videntur, priusquam Diis libatum esset iisque pia vota fecissent, ut immortalium tutela freti ἰκμένῳ οὔρῳ uterentur [4] et salvi, quo tenderent, pervenirent. Quod eo magis a religiosis hujus aevi hominibus factum arbitramur, quod omnibus fere artibus carebant, quae audaciam mortalium animis addere solent. Quas cum ignorarent, plerumque litora tantum legebant et, quantum licebat, interdiu vela faciebant. Nec tamen, ubi noctu per mare pergendi necessitas aderat, omni adjumento destituti fuisse videntur. Astra enim per noctem observabant iisque ducibus utebantur, ut de Ulysse, Calypsûs monitis obsecuto, memoriae prodidit Homerus. Illi scilicet clavo navem scite gubernanti

. . . . οὐδὲ . . ὕπνος ἐπὶ βλεφάροισιν ἔπιπτε,
Πληϊάδας τ' ἐσορῶντι, καὶ ὀψὲ δύοντα Βοώτην,
Ἄρκτον θ', ἣν καὶ ἅμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν,
Ἥ τ' αὐτοῦ στρέφεται, καὶ τ' Ὠρίωνα δοκεύει·
Οἴη δ' ἄμμορος ἐστὶ λοετρῶν Ὠκεανοῖο.
Τὴν γὰρ δή μιν ἄνωγε Καλυψὼ, δῖα θεάων,
Ποντοπορευέμεναι ἐπ' ἀριστερὰ χειρὸς ἔχοντα [5].

§. 5.

1) De quibus vid. h. c. §. 5, 6. Legimus enim Od. X, 127. ἀπὸ πείσματ' ἔκοψα et Od. XIII, 77. πεῖσμα δ' ἔλυσαν ἀπὸ τρητοῖο λίθοιο· ad q. l. Schol., πεῖσμα, interpretatur, τὸ ἀπόγειον σχοινίον. 2) Vid. Od. IX, 136 cll. vs. 137. et Passov. in v. πεῖσμα, 3) Vid. h. c. §. 7. 4) Ubi γαλήνη ἔπλετο νηνεμίη malo velisque demtis remis nautae incumbebant. Vid. Od. XII, 168 seqq. et Il. VII, 5 seqq. 5) Od. V, 271 seqq. Cf. Goguet Op. l. vol. I. p. 245 seqq. vol. II. p. m.

§. 5. Ubi in portum optatum feliciter pervenerant,

. . . . ὅτε δὴ λιμένος πολυβενθέος ἐντὸς ἵκοντο [1],

vela soluta et collecta in navem condebant,

Ἱστία μὲν στείλαντο, θέσαν δ' ἐν νηῒ μελαίνῃ [2]

et malum ipsum προτόνοισιν solutum receptaculo, quod ⊌ vel ∨ formam retulisse conjicio et ab usu ἱστοδόκη nuncupatur, applicare moris erat [3].

Ἱστὸν δ' ἱστοδόκῃ πέλασαν, προτόνοισιν ὑφέντες
Καρπαλίμως· [4].

Velis demtis maloque demisso navem ipsam remis ὥρμισαν [5], quod accuratius aliquando explicuit Poëta, εἰς ὅρμον προέρυσσαν ἐρετμοῖς [6], i. e. in prima litora, quibus navis firmiter et tuto staret [7]. Ὅρμος, inquit Moschopulus [8], τὸ μέρος τοῦ λιμένος, εἰς ὃ ἑλκόμεναι αἱ νῆες δέδενται — Ἰστέον δὲ ὅτι, εἰ μὲν ἀμφότερα ταῦτα ὁ κόλπος ἔχει, σκέπην ἀπὸ τῶν ἀνεμῶν καὶ ὅρμους, λιμένα αὐτὸν Ὅμηρον λέγειν· εἰ δὲ θάτερον μὲν ἔχει, ὅρμων δὲ ἀμοιρεῖ, οὐκέτι λιμένα αὐτὸν λέγειν, ἀλλ' ἐπιωγήν [9]. Itaque λιμένες εὔορμοι [10] portus dicuntur, qui firma et declivia habent litora, quibusque adeo tuto naves collocare, ἐπικέλσαι [11], possunt, qui appulerunt, ita ut, ὅτ' ἂν ὅρμου μέτρον ἵκωνται [12], nec εὐναῖς opus sit nec ceteris, quibus tuta fiat navium statio [13]. De ejusmodi portu Homerus:

Ἐν

504 ibiq. l. auct. Idem Goguet. vol. II. Op. l. subjunxit dissertationem cum de nominibus et figuris stellarum, tum de planetarum de nominatione. 1) Il. I, 432. 2) Il. L. l. vs. 433. λύειν ἱστία Od. XV, 495. ἱστία μηρύσαντο — καὶ ἐν νηῒ γλαφυρῇ βάλον Od. XII, 170 seq. στεῖλαν ἀείραντες Od. III, 11. 3) Hinc est, quod solventes malum erexisse dicuntur. 4) Il. I, 434 seq. Cf. Od. XV, 495 seq. 5) Ut Od. III, 11. 6) Vid. Il. I, 435. Od. XV, 496. 7) Sunt enim λιμένες, νηῶν ὄχοι Od. V, 404. 8) Ad Il. I, 436. cit. a Nitzsch. ad Od. II, 414. 9) Ut Od. V, 404. ad q. l. cf. Schol. 10) Vid. Od. IX, 136. 11) Vid. Od. XI, 20. 12) Vid. Od. XIII, 101. 13) Vid. Od. IX, 136 seqq. cll. XIII, 96 seqq.

'Εν δὲ λιμὴν εὔορμος, ἵν' οὐ χρεὼ πείσματός ἐστιν
Οὔτ' εὐνὰς βαλέειν, οὔτε πρυμνήσι' ἀνάψαι,
'Αλλ' ἐπικέλσαντας μεῖναι χρόνον, εἰσόκε ναυτέων
Θυμὸς ἐποτρύνῃ, καὶ ἐπιπνεύσωσιν ἀῆται [1].

Ubi igitur εἰς ὅρμον navem remis propulerant, εὐνὰς ἐξέβαλον [2], id est, lapides, quos in nave secum habebant, fune ut videtur junctos emittebant, quibus navis firmaretur adeoque eadem opera praestaretur, quam posterioribus praebuit ancora. Eam naves ponendi rationem accurate breviterque dedit Homerus, cum diceret, ὕψι ἐπ' εὐνάων ὁρμίζειν [3]. A puppe praeterea naves in litore alligabant funibus, lapidi seu saxo adnexis, qui funes πρυμνήσια [4] proprie dicebantur, id est, τὰ ἀπὸ τῆς πρύμνης σχοινία, οἷς δεσμοῦσι τὴν ναῦν ἐπὶ τῆς γῆς ἐν πέτρᾳ ἢ τοιούτῳ τινί [5].

§. 6. Ubi vero in eodem loco diutius commorandi animus erat vel necessitas, in terram naves subducere solebant, ἐπ' ἠπείροιο ἔρυσσαν ὑψοῦ ἐπὶ ψαμάθοις [6], et subductis ἕρματα μακρὰ ὑπετάνυσσαν, id est, fulcra s. statumina subjiciebant, ne humore corrumperentur, neu fluctibus, cum excrescerent, loco motae in mare retro delaberentur [7]. Quo autem facilius, in litore praesertim arduo, naves subducerent et deducerent, fossam, οὐρὸν [8], fodeibant, qua traherent rates. Quae fossa sensim sensimque coeno non obrui non poterat, ut post aliquod tempus eadem, nisi denuo purgata, uti non possent. Hinc est quod de Achivis, domum redire parantibus, cecinit Poëta:

. . . . τοὶ δ' ἀλλήλοισι κέλευον

'Απ-

1) Od. IX, 136 seqq. 2) Vid. Il. I, 436. Od. XV, 497. Cf. omnino Nitzsch. ad Od. II, 414 seqq. 3) Il. XIV, 77. 4) Vid. Il. I, 436. Od. X, 96. XIII, 77. 5) Ita Moschopulus ad Il. I, 436. 6) Vid. Il. I, 485 seq. Cf. Od. IV, 426. XVI, 359. 7) Vid. Il. I, 486. II, 154. et XIV, 410. q. l. dicuntur ἔχματα νηῶν. 8) Vid. Il. II, 153. ad q. l. vid. Schol. et Interpr. Cf. Köpke Op. l. p. 159. Passov. in v. οὐρός. Köppen. ad Il. l. l. in alia omnia abit, cum οὐρούς, τὰ ἕρματα et ἐκκαθαίρειν, auferre interpretatur.

Πάντες ἅμ' ὁρμηθέντες ὑπὸ πληγῇσιν ἱμάσθλης
Ὑψόσ' ἀειρόμενοι, ῥίμφα πρήσσουσι κέλευθον·
Ὣς ἄρα κ. τ. λ. [1].

§. 8. Qui equos regeret ἐν δίφρῳ sedebat, ἡνίοχος s. ὑφηνίοχος, scutica eos impellens. Eo munere fungebantur θεράποντες [2], adeoque viri principes, ut Eurymedon, Sthenelus, Automedon, Aeneas, Cebriones, Isus [3], alii: eodem officio seu munere ipsos etiam Deos Deasque, ut Hermen, Athenen, Heren et Iridem functos Poëta narrat [4]. Cum ἡνιόχῳ in currum adscendebat παραιβάτης, quo nomine dicebatur heros, qui ex curru armis cum hoste contendebat. Utrumque jungebat amicitia vel consanguinitas. Binos autem in eodem curru fuisse quis dubitet: unus enim pugnare et simul equos regere non poterat: quod incommodo suo post Patrocli necem expertus est Automedon, qui, quamvis acriter in hostes irrueret,

. . . . οὐχ ᾕρει φῶτας, ὅτε σεύαιτο διώκειν·
Οὐ γάρ πως ἦν, οἶον ἐόνθ' ἱερῷ ἐνὶ δίφρῳ
Ἔγχει ἐφορμᾶσθαι καὶ ἐπίσχειν ὠκέας ἵππους [5].

Παραιβάτου jussu ἡνίοχος currum dirigebat in eum locum, quo heros hostem armis experiri ardebat. Quo ubi ventum erat, e curru in terram fere desiliebat παραιβάτης, ut cominus pugnam iniret: qua mente ad Alcimedontem Automedon:

Ἀλλὰ σὺ μὲν μάστιγα καὶ ἡνία σιγαλόεντα
Δέξαι, ἐγὼ δ' ἵππων ἀποβήσομαι, ὄφρα μάχωμαι [6].

Hector

. . . . ἐξ ὀχέων σὺν τεύχεσιν ἆλτο χαμᾶζε,
Πάλλων δ' ὀξέα δοῦρα κατὰ στρατὸν ᾤχετο πάντη,
Ὀτρύνων μαχέσασθαι, ἔγειρε δὲ φύλοπιν αἰνήν [7].

In-

1) Od. XIII, 81 seqq. 2) Cf. dicta L. II. c. 5. §. 1, 2. 3) Vid. Il. IV, 365 seqq. V, 237 seq. VIII, 116 seq. XI. 102 seq. XV, 352. al. 4) Vid. Il. V, 365, 748, 768, 840. VIII, 392. XXIV, 441. 5) Il. XVII, 463 seqq. 6) Il. L. l. vs. 479. seq. 7) Il. XI, 211 seqq. Cf. III, 29. al.

Interim auriga in propinquo currum tenebat, quem scilicet, ubi opus esset, heros conscenderet [1].

§. 9. Domum ubi rediissent heroes, equi e curru soluti [2], ut potu ciboque se reficerent, loris ad praesepe (*κάπην* s. *φάτνην*) alligabantur. In Menelai regia Telemachi et Pisistrati equos *θεράποντες*

> . . . . . . *ἔλυσαν ὑπὸ ζυγοῦ ἱδρώοντας*
> *Καὶ τοὺς μὲν κατέδησαν ἐφ' ἱππείῃσι κάπῃσι* [3].

Diomedes et Ulysses

> . . . . *ὅτε Τυδείδεω κλισίην εὔτυκτον ἵκοντο,*
> *Ἵππους μὲν κατέδησαν εὐτμήτοισιν ἱμᾶσι*
> *Φάτνῃ ἐφ' ἱππείῃ, ὅθι* κ. τ. λ. [4].

Aut, ut in castris fecerunt Trojani, eos

> *Δῆσαν . . ἱμάντεσσιν παρ' ἅρμασιν οἷσιν ἕκαστος* [5].

Sed Trojam profectus Poseidon in ampla spelunca

> . . . . *βαθείης βένθεσι λίμνης*
> *Μεσσηγὺς Τενέδοιο καὶ Ἴμβρου παιπαλοέσσης*
> . . . *ἵππους ἔστησε·*

iisque, ne aufugerent,

> . . . . *ἀμφὶ . . ποσσὶ πέδας ἔβαλε χρυσείας,*
> *Ἀῤῥήκτους, ἀλύτους, ὄφρ' ἔμπεδον αὖθι μένοιεν*
> *Νοστήσαντα ἄνακτα* [6].

§. 10. Reversi currus *ἐν μεγάροισι* collocabant, eosque utpote parvos et humiles dissolvebant [7], quorum membra basi seu crepidini, *ἀμ βωμοῖσι* [8], imponebant, velis superinjectis [9]. De Lycaonis curribus Homerus:

> *Ἀλλά που ἐν μεγάροισι Λυκάονος ἕνδεκα δίφροι*
> *Καλοί, πρωτοπαγεῖς, νεοτευχέες* [10].

Qua

1) Vid. h. c. §. 4. med. Quam aciei partem currus in pugna occuparint, infra videbimus h. l. c. 12. 2) Solvere equos Homero est *λύειν ἵππους*, vel *λύειν ὑπὸ ζυγοῦ — ἐξ ὀχέων*. 3) Od. IV, 39 seq. 4) Il. X, 566 seqq. Cf. XXIV, 280. 5) Il. VIII, 544. Cf. II, 55 seq. et V, 195 seq. 6) Il. XIII, 36 seqq. 7) Vid. e. g. Il. V, 722 seqq. 8) Vid. Il. VIII, 441. 9) Vid. Il. V, 194 seq. *ἀμφὶ δὲ πέπλοι πέπτανται*. Il. VIII, 441. *κατὰ λῖτα πετάσσας*. 10) Il. V, 193 seq.

Ad quem locum Scholiastes *ἀγκῶνος* interpretatur, *ἐξοχῆς τοῦ τείχους-ὕψος δὲ ἔχει ὁ ἀγκὼν ὑπὲρ μῆκος ἀνδρὸς, ὡς ἐγγὺς εἶναι τῆς ἐπιθέσεως τῆς ἐπάλξεως* [1]. Hesychius *τὴν τοῦ τείχους καμπήν* intelligit [2]. Idem vallum, quod diximus, turribus, *πύργοις* [3], interceptum erat, quae, ut *ἀγκῶνες*, ipsius et altitudinem augebant et firmitatem. In turribus praeterea exstruebantur propugnacula, *ἐπάλξεις* [4], quae propugnatorum corpora tegerent. In ipsa urbe, quae in edito loco condita erat [5], altior etiam prominebat Pergamus [6], rupibus, ut ait Spohnius, superstructa atque ex aliqua parte inaccessa et praerupta [7]. E ceteris turribus eam saepius laudat Poëta, qua, portae Scaeae [8] superstructa, ab hostibus urbs defendi poterat [9]. Scaea autem porta in campum Troicum [10], ad Graecorum castra et Hellespontem versus ducebat [11]. Unde de Hectore in proelium redeunte Homerus:

Εὖτε πύλας ἵκανε, διερχόμενος μέγα ἄστυ,
Σκαιάς, τῇ γὰρ ἔμελλε διεξίμεναι πεδίονδε κ. τ. λ. [12].

Portis igitur, iisque numero pluribus, altis et bene stru-

1) Schol. MS. Lips. ap. Ern. ad Il. XVI, 702. ad q. l. Cf. Schol. Br. Nostrates dicunt, rondeel. 2) Quem vid. in v. 3) Vid. Il. III, 153, 384, 386. VI, 377, 386. XXI, 526. XXII, 462. al. 4) Vid. Il. XXII, 3. Cf. Schol. ad Il. XII, 259. et Gramm. in v. 5) Vid. Il. III, 130, 305. VIII, 499. IX, 419, 686. et cetera loca, quae habet Frid. Aug. G. Spohn, in commentatione laud., quae tota dignissima est ut conferatur. 6) *Ἀκρόπολις* Il. VIII, 494, 504. *πόλις ἄκρη* Il. VI, 88, 257. al. *ἀκροτάτη* Il. XX, 52. XXII, 172. 7) Vid. Spohn. Op. l. pag. 11, 12. 8) *Σκαιαὶ πύλαι* Il. III, 145, 149, 263. VI, 237, 307, 393. IX, 354. al. 9) Vid. Il. III, 149 seqq. 384. VI, 373, 386. XXI, 526. XXII, 447, 462. XXIV, 735. *Δαρδάνιαι πύλαι* laudantur Il. V, 789. XXII, 413. de quibus vid. interpr. ad l. l. et Heyn. ad Lechevalier, Beschreibung der Ebene von Troja; aus dem Engl. übersetzt. Leipzig 1792. in not. ad p. 177 seq. 10) *Τρωϊκὸν* s. *Τρώων πεδίον* vid. Il. X, 21. XI, 835. XV, 739. Il. XVI, 712. de quo plura vid. apud Sophn. Op. l. p. 17. 11) Vid. XXIII, 464. XXII, 3. 12) Il. VI, 392 seq.

structis [1], munita erat urbs Troja, quibus aderant πυλαωροί, qui ex Priami mandato aperta porta fugientes Trojanos exciperent, et reclusa eadem Achillem irruentem arcerent. Quibus πυλαωροῖς mandavit Priamus:

. . . . ἐπεί κ᾽ ἐς τεῖχος ἀναπνεύσωσιν ἀλέντες,
Αὖτις ἐπ᾽ ἂψ θέμεναι σανίδας πυκινῶς ἀραρυίας·
Δείδια γὰρ, μὴ οὖλος ἀνὴρ ἐς τεῖχος ἅληται [2].

Nec tantum incolarum arte et industria, sed naturae quoque beneficio ab hoste, quantum poterat, munita et tuta fuit Troja. A tergo enim urbis surgit mons Ida, sive verius, ut ait Spohnius, continua montium series alta et silvosa, quam aesculis et abietibus atque fruticetis consitam, pascuis virentem, innumeris irrigatam fontibus et multis sinuatam convallibus tanta oberrabat ferarum copia, ut ferax ferarum et parens diceretur. E variis ejus cacuminibus praeter reliqua duo prominuerunt Gargari et Lecti, in quo priore Jovis Idaei lucus et ara fuit, cum posterius, promontorii instar, ita, ut Tenedo insulae e regione situm esset, in mare (Aegaeum) excurrit [3]. Ex hac montium serie multi profluebant fluvii, in quibus celebriores erant duo, Simois [4] inquam et Scamander [5] seu Xanthus [6]. Scamander prope urbem e duobus fontibus, altero calido, frigido altero, scaturiebat [7], et, ut a dextro Simois, ita a sinistro latere [8] Scamander campum secabat: qui duo fluvii, loco haud ita longe a mari remoto [9] suas un-

1) Vid. Il. II, 809. V, 466. VIII, 58. XVI, 698. XXI, 544. XXII, 194, 507. 2) Il. XXI, 534 seqq. 3) Ita Spohn. Op. l. p. 14, 15. qui singula idoneis ex Homero petitis testimoniis firmavit, quae omnia describere brevitatis studio omittimus. 4) Vid. Il. IV, 475. V, 774, 777. VI, 4. etc. 5) Vid. Il. V, 36, 774. VII, 329. XI, 499. XII, 21. 6) Vid. Il. VI, 4. VIII, 560. XIV, 434. XX, 74. al. 7) Vid. Il. XXII, 144 seqq. 8) Vid. Il. XI, 498 seq. cll. VI, 4. 9) Vado pervius Scamander haud procul ante castra fluebat. Vid. Il. XIV, 433. XXI, 1. XXIV, 692.

undas commiscent [1] et communi alveo prolabsi in Hellespontum aquas immittunt [2]. In cujus maris litore duo adsunt promontoria, Rhoeteum et Sigaeum, quorum illud septentrionem, hoc meridiem versus exsurgit. Ceterum planities, quam ab urbe ad Hellespontum usque dividunt et irrigant Simois et Scamander, Τρωϊκὸν πεδίον, ut diximus, vocabatur, in eaque φηγός, ἐρινεός, σκοπιή, Πριάμου ἀλωή, Βατίεια, θρωσμὸς πεδίοιο, καλλικολώνη, θύμβρη, Ili, Aesyetae aliorumque σήματα inveniebantur, de quibus hic copiosius exponendi locus non est [3]. De ἐρινεῷ hoc unum addam; fuisse locum caprificis consitum prope ab urbe remotum, qua parte expugnatu facilis fuit Troja, quae quidem opportunitas Graecos non latuit. Ad Hectorem enim Andromache,

> Λαὸν, inquit, στῆσον παρ' ἐρινεὸν, ἔνθα μάλιστα
> Ἀμβατός ἐστι πόλις, καὶ ἐπίδρομον ἔπλετο τεῖχος.
> Τρὶς γὰρ τῇγ' ἐλθόντες ἐπειρήσανθ' οἱ ἄριστοι
> Ἀμφ' Αἴαντα δύω, καὶ ἀγακλυτὸν Ἰδομενῆα,
> Ἠδ' ἀμφ' Ἀτρείδας, καὶ Τυδέος ἄλκιμον υἱόν·
> Ἤ πού τίς σφιν ἔνισπε θεοπροπίων εὖ εἰδώς,
> Ἤ νυ καὶ αὐτῶν θυμὸς ἐποτρύνει καὶ ἀνώγει [4].

Pauca igitur fuerunt urbis munimenta ab arte petita, ad urbem ab hostibus tuendam vix satis idonea. Moenia enim, quae maximum erant contra irruentes praesidium, ab una saltem parte conscensu facilia fuisse constat, a quibus nisi Deorum ope hostes haud arceri potuerunt.

Τρὶς

1) Vid. Il. V, 774. al. 2) Vid. Il. XXI, 125., 219. 3) De singulis vid. Lechevalier et Spohn Op. l.: tum Wood, über das Originalgenie des Homer's: qui tamen, ex Heynii, in praef. ad Lechevalier Op. l., et plurimorum Doct. Vir. sententia, de agro Trojano minus recte exposuit. K. G. Lenz, die Ebene von Troja, nach dem Grafen Choiseul — Gouffier und anderen neueren Reisenden etc. Neustrelitz 1797. Köpke Op. l. p. 184 seqq. 4) Il. VI, 433 seqq.

Τρὶς (γὰρ) ἐπ' ἀγκῶνος βῆ τείχεος ὑψηλοῖο
Πάτροκλος, τρὶς δ' αὐτὸν ἀπεστυφέλιξεν Ἀπόλλων,
Χείρεσσ' ἀθανάτῃσι φαεινὴν ἀσπίδα νύσσων·
Ἀλλ' ὅτε δὴ τὸ τέταρτον ἐπέσσυτο κ. τ. λ. [1].

Itaque Graeci Trojam oppugnatam facile cepissent, si quidem rei militaris scientia satis fuissent instructi. Ast urbis obsidendae artem ignorarunt, nec quidquam ab Homero memoratur, quod eo referri possit. Ne igitur de obsidione cogitemus, qualem nostra aetas intelligit. Nec enim urbem cingere, nec commeatu oppugnatam intercludere, nec machinis aliisve rebus ad deditionem cogere noverant. Quam artem si calluissent, qui quaeso in una eaque parva nec satis munita urbe capienda decem annos consumsissent? quam quidem urbem tandem non vi et virtute expugnarunt, sed per fraudem in suam potestatem redegerunt [2]. Suae enim urbium obsidendarum inscitiae probe conscii Graeci agris Trojanis vastandis et plurimis urbibus expugnandis opimam praedam colligebant [3]: et Trojani flagrante bello agros, in ipsius urbis ambitu sitos, colere potuisse videntur, si veterum urbium naturam et belli gerendi morem cogitemus [4]. Primis belli temporibus muris inclusos se tenuerunt Trojani; quum autem Agamemnonis cum Achille contentionem atque hujus ab armis discessionem rescivissent, portas egressi quotidie fere ex urbe, ut Graeci ex castris, excursus fecerunt, unde leviora continuo proelia oriebantur: aliquando tamen acrius hostes aggressi sunt, ut Hectore duce Achivorum naves incendio delere et castra perfringere conarentur: post varia tandem discrimina Patroclo occiso ad pugnam redit Achilles,

1) Il. XVI, 702 seqq. 2) Vid. Od. IV, 272. 3) Vid. Il. XIX, 246 seqq. 4) Nec tamen huc facile retulerim, quae leguntur Il. XXI, 602 seq.

les, cum Hectore sub Trojae moenibus [1] acriter contendit, et devictum prostratumque occidit: Διὸς δὲ τελείετο βουλή.

§. 2. Achivi escensu facto naves ex more subduxerant inter promontorium Rhoeteum a septentrione, et Sigeum ad meridiem. Quod poëtice significat Homerus:

. . . . πλῆσαν ἁπάσης
Ἠϊόνος στόμα μακρὸν, ὅσον συνεέργαθεν ἄκραι [2].

Poëtice, inquam, illud notavit Homerus, quod universe navium stationem expressit, non vero accurate locum circumscripsit, in quem erant subductae. Nec vero spatium, quod a Rhoeteo ad Sigeum usque patebat, quia saepius abundaret Simois, totum occupasse videntur. Accedit, quod nulla in Homero testimonia adsint, quibus aut flumen media castra divisisse aut dextrum copiarum cornu ultra Simoënta tetendisse intelligi possit [3]. Itaque a Sigeo Rhoeteum versus ad Simoënta usque in litore adstabant naves, quas, quoniam omnes uno ordine subductas spatium definitum haud comprehendebat, in duos pluresve, alias ante alias, προκρόσσας [4], ita collocaverunt, ut quae priores appulsae essent a mari longius removerentur, posteriores in ipsa litoris ora adstarent, aliquo tamen a mari intervallo relicto [5]. In cornu sinistro ad Rhoeteum Ajax, in dextro Sigeum versus suis praefuit Achilles.

1) Ita explicanda τὰ πόλιν πέρι. Vid. Lechevalier Op. l. c. XX, p. 191—212. 2) Il. XIV, 35 seq. ἄκραι sunt Rhoeteum et Sigeum, ut seu fama seu opinione traditum creditur. Heyn. ad Il. l. l. Trojae situm tabula geographica depinxit Lechevalier Op. l., qui de ejusdem urbis tabula geograph. a Popio et Woodio delineata disputat pag. m. 99 seqq. et 108 seqq. 3) Ut recte notat Heynius in disputatione, quam inscripsit „über das Local in der Iliade" et germanicae suae versioni Op. l. Lechevalierii subjunxit p. 246 seqq. 4) Vid. Vir. Cl. Dalzel. nota ad Lechev. Op. l. pag. 146 seqq. 5) Vid. Il. XIV, 30 seqq.

les [1]. Spatio autem inter navium subductarum ordines, quos diximus, medio habebant Graeci tentoria [2]:

. . . . ἀγορή τε θέμις τε
Ἦην, τῇ δὴ καί σφι θεῶν ἐτετεύχατο βωμοί [3].

et πολλαὶ ἀνὰ στρατόν εἰσι κέλευθοι [4]. Quae naves ita dispositae, nulla, belli saltem initio, munitione contra Trojanos munitae Graecis pro castris fuerunt. Neque erat, cur munirent: primum enim moenibus se suis fere continebant Trojae propugnatores, nec egressi a moenibus longe prodire audebant: deinceps vero, cum audacius in hostes irruerent, profligatos in fugam conjicerent, in ipsas Graecorum naves excurrerent, intra navium ordines se recipiebant Achaei, quarum praesidio persequentibus resisterent. De Achivis v. c. Homerus:

. . . . μάλα δείδισαν Ἕκτορα δῖον·
Εἰσωποὶ δ' ἐγένοντο νεῶν, περὶ δ' ἔσχεθον ἄκραι
Νῆες, ὅσαι πρῶται εἰρύατο· τοὶ δ' ἐπέχοντο [5]

Tum demum ceteros Graeciae duces de castris faciendis monuit Nestor. Cujus monitis obsecuti vallo, cui portas inserebant [6], naves munierunt, fossa [7] simul facta, quae vallum cingeret. Ita enim duces hortatus erat Pyli orator eximius:

. . . . δείμομεν ὦκα
Πύργους ὑψηλούς, εἶλαρ νηῶν τε καὶ αὐτῶν·
Ἐν δ' αὐτοῖσι πύλας ποιήσομεν εὖ ἀραρυίας,
Ὄφρα δι' αὐτάων ἱππηλασίη ὁδὸς εἴη·
Ἔκτοσθεν δὲ βαθεῖαν ὀρύξομεν ἐγγύθι τάφρον,

Ἦ

1) De loco, quo ceteri duces cum suis constiterint, referre longum est. Vid. Heyn. „über das Local der Iliade," p. 252 seq. Köpke O. l. pag. 184 seqq. et auct. ibi cit. 2) De quibus vid. h. c. §. 3. 3) Il. XI, 805 seqq. 4) Vid. Il. X, 66. 5) Il. XV, 653 seqq. cll. 408, 426. VIII, 343 seqq. et XIV, 34. 6) Quas summa vi effregit, Hector. arg. Il. XII, 445 seqq. 7) Quae fiat necesse est eo loco, unde ad vallum exstruendum terram effoderant: ubi igitur τεῖχος ibi et τάφρος. Vid. Il. XII, 4 seqq.

Ἠ χ' ἵππους καὶ λαὸν ἐρυκάκοι ἀμφὶς ἐοῦσα,
Μή ποτ' ἐπιβρίσῃ πόλεμος Τρώων ἀγερώχων [1].

Quod Graecorum castrorum τεῖχος eodem modo, quo Trojana moenia, terra stipitibus saxisque aggestis eductum, turribus interceptum [2] et propugnaculis munitum fuit [3], quae omnia cingebat τάφρος

Εὐρεῖ', οὔτ' ἄρ' ὑπερθορέειν σχεδὸν, οὔτε περῆσαι
Ῥηϊδίη· [4].

Cujus τάφρου margines, κρημνοὶ, palis firmiter adactis sustentati, eminebant, ἐπηρεφέες ἦσαν [5], ut adscendentes amoverent. Quo eodem hostes arcendi consilio frequentes magnosque palos, σκολόπας, in ea τάφρου parte infixerant Achivi, quae ad vallum proxime pertinebat. Ipsum audiamus Homerum, de castrorum Graecorum munitionibus ita canentem:

. . . . . . κρημνοὶ . . ἐπηρεφέες περὶ πᾶσαν
Ἕστασαν ἀμφοτέρωθεν· ὕπερθεν δὲ σκολόπεσσιν
Ὀξέσιν ἠρήρει, τοὺς ἵστασαν υἷες Ἀχαιῶν
Πυκνοὺς καὶ μεγάλους, δηΐων ἀνδρῶν ἀλεωρήν.
Ἔνθ' οὔ κεν ῥέα ἵππος εὔτροχον ἅρμα τιταίνων
Ἐσβαίη, πεζοὶ δὲ μενοίνεον, εἰ τελέουσι [6].

Turribus, quas diximus, pro fundamento suberant lapides, στῆλαι, qui reliquis majores adeoque προβλῆτες erant, ἃς ἄρ' Ἀχαιοὶ, ut Poëtae verbis utar,

Πρώτας ἐν γαίῃ θέσαν ἔμμεναι ἔχματα πύργων [7].

Nec recta linea adsurgebant turres illae, sed ita eductae erant, ut lapides in graduum morem recederent, vel saxa saltem majora hic illic exstarent, quibus velut ἀναβάθμοις in turres adscendere possent. Ab

1) Il. VII, 337 seqq. cll. XII, 4 seqq. 118 seqq. al. 2) Vid. Il. XII, 258, 430. Hinc saepe Poëta τῷ πύργος vallum ipsum significat, ut loco in textu expresso. Ligneas turres fuisse conjicit Köpke Op. l. p. 178. ex Il. XII, 36., quo vs. δούρατα πύργων memorantur. 3) Cf. h. c. §. 1. init. 4) Il. XII, 53 seq. 5) Il. L. l. vs. 54. ad q. l. cf. Schol. et Interpr. 6) Il. L. l. vs. 54 seqq. cll. 62 seqq. ad q. vs. vid. Heyn. et Köpp. 7) Il. XII, 260. cll. sup. vs.

Ab Homero κρόσσαι dicuntur [1]. Hector duce Trojani

Κροσσάων ἐπέβαινον, ἀκαχμένα δούρατ' ἔχοντες [2].

De quibus, Graecorum castra fortiter oppugnantibus, alio loco cecinit Poëta:

Ῥήγνυσθαι μέγα τεῖχος Ἀχαιῶν πειρήτιζον.
Κρόσσας μὲν πύργων ἔρυον, καὶ ἔρειπον ἐπάλξεις,
Στήλας τε προβλῆτας ἐμόχλεον [3].

§. 3. In his igitur castris, ut verbo supra indicavimus, erant tentoria seu potius tuguria, quae incolebant heroes, suum singuli. De omnium tentoriis referre longum est: de Achillis κλισίᾳ monuisse sufficiat, ex qua de ceteris, quamvis verosimiliter minoribus, judicare licet: de ceteris, inquam, non omnium Graecorum, sed ducum tentoriis, quae sola Homerus nobis descripsit. Hoc igitur auctore casae formam referebant tentoria, quae stipitibus abiegnis in solum depactis, densa serie inter se junctis et coarctatis, exstructa et tecto, ex viminibus juncisque condensato, superne munita erant. Priamus, inquit Poëta, in Achillis κλισίην venit

Ὑψηλὴν, τὴν Μυρμιδόνες ποίησαν ἄνακτι
Δοῦρ' ἐλάτης κέρσαντες, ἀτὰρ καθύπερθεν ἔρεψαν,
Λαχνήεντ' ὄροφον λειμωνόθεν ἀμήσαντες [4].

Ipsam κλισίην ambit aula, circumdata septo, quod frequentibus palis constabat sibi quam proxime junctis:

Ἀμφὶ δέ οἱ μεγάλην αὐλὴν ποίησαν ἄνακτι
Σταυροῖσι πυκινοῖσι [5].

Sep-

1) De, q. v. vid. Heyn. in Comm. de acie Homerica in Tom. VI. Comment. Götting. pag. 158. et in Observ. ad Il. L. XII, 258. cui sunt pinnae summam ἐπάλξεως oram cingentes, et ad eund. Il. l. vid. Köppen. Cf. Goguet Op. l. vol. III. p. 58. Wessel. ad Herod. L. II. c. 125. 2) Il. XII, 443 seq. 3) Il. L. l. vs. 257 seqq. ad q. l. cf. Schol. et Interpr. 4) Il. XXIV, 449 seqq. 5) Il. L. l. vs. 452 seq.

Septo fores insunt, ingenti vecte obductae;

. . . . θύρην δ' ἔχε μοῦνος ἐπιβλὴς
Εἰλάτινος, τὸν τρεῖς μὲν ἐπιῤῥήσσεσκον Ἀχαιοὶ,
Τρεῖς δ' ἀναοίγεσκον μεγάλην κλῆϊδα θυράων
Τῶν ἄλλων· Ἀχιλεὺς δ' ἄρ' ἐπιῤῥήσσεσκε καὶ οἶος [1].

Aula ipsa satis ampla fuerit necesse est, in qua scilicet, ne de ceteris dicam, equorum stabula inveniebantur, quod Homeri testimonio de Achillis et Diomedis tentorio omni dubio majus est [2]. Laudantur item Achillei tentorii πρόθυρον [3], αἴθουσα [4], πρόδομος δόμου [5] et μέγαρον [6], de quibus fusius eo capite disputavimus, quo de domo egimus, ad quam igitur operis partem lectores delegamus [7]. Ἐν προδόμῳ δόμου Achillis jussu Priamo et praeconi lecti sternebantur [8];

Αὐτὰρ Ἀχιλλεὺς εὗδε μυχῷ κλισίης εὐπήκτου·
Τῷ δὲ Βρισηῒς παρελέξατο καλλιπάρῃος [9].

Achillis igitur et Ajacis tentoria in extremis castrorum partibus ad cornua stabant, illius versus promontorium Sigeum, hujus ad Rhoeteum, media castra occupante Ulysse, ut ex iis intelligimus, quae de Iride cecinit Poëta:

Στῆ δ' ἐπ' Ὀδυσσῆος μεγακήτεϊ νηῒ μελαίνῃ,
Ἤ ῥ' ἐν μεσσάτῳ ἔσκε, γεγωνέμεν ἀμφοτέρωσε;
Ἠμὲν ἐπ' Αἴαντος κλισίας Τελαμωνιάδαο
Ἠδ' ἐπ' Ἀχιλλῆος· τοί ῥ' ἔσχατα νῆας ἐΐσας
Εἴρυσαν, ἠνορέῃ πίσυνοι καὶ κάρτεϊ χειρῶν [10].

Denique ducum tentoriis prope adest περιωπή s. σκοπιά, id est, locus editior, ex quo liberior iis fuit prospectus, si quando, quae in castris agerentur, cognoscere vel hostes observare cuperent [11].

§. 4.

1) Il. XXIV, 453 seqq. 2) Vid. Il. X, 568 seqq. XIX, 244, 281. Cf. L. III. c. 11. §. 4. 3) Vid. Il. XIX, 212. 4) Vid. Il. XXIV, 644. 5) Vid. Il. L. l. vs. 673. 6) Vid. Il. L. l, vs. 647. vel οἶκος Il. L. l. vs. 471, 572. 7) Vid. L. III. c. 11. 8) Vid. Il. L. l. vs. 673. 9) Il. L. l. vs. 675 seq. 10) Il. XI, 5 seqq. Cf. VIII, 222 seqq. 11) Vid. Il. XIV, 8. XXIII, 451. Od. X, 146.

§. 4. Noctu diligenter fiebant excubiae [1], vigilibus per castra dispositis, multisque ignibus accensis. Quod a Graecis Nestoris monitu factum traditur. Hic enim

. . . . φυλακτῆρες, inquit, ἕκαστοι
Λεξάσθων παρὰ τάφρον ὀρυκτὴν τείχεος ἐκτός· [2].

Constituebantur igitur in spatio inter vallum et fossam medio, ita ut singulis septem ducibus, eo consilio electis, centum milites adessent, qui excubias agerent:

Ἑπτ' ἔσαν ἡγεμόνες φυλάκων, ἑκατὸν δὲ ἑκάστῳ.
Κοῦροι ἅμα στεῖχον, δολίχ' ἔγχεα χερσὶν ἔχοντες·
Κὰδ δὲ μέσον τάφρου καὶ τείχεος ἷζον ἰόντες·
Ἔνθα δὲ πῦρ κείαντο κ. τ. λ. [3].

Principes etiam, qui, utrum rite custodiae haberentur, inquirerent, nocte per castra discurrebant; quod ex Nestoris exemplo discimus, qui Ulysse ipsum et Diomede comitantibus excubitores adiit, eosque invenit, quum

. . . . . ἐγρηγορτὶ σὺν τεύχεσιν εἵατο πάντες.
Ὡς δὲ κύνες περὶ μῆλα δυσωρήσονται ἐν αὐλῇ,
Θηρὸς ἀκούσαντες κρατερόφρονος, ὅς τε καθ' ὕλην
Ἔρχηται δι' ὄρεσφι· πολὺς δ' ὀρυμαγδὸς ἐπ' αὐτῷ
Ἀνδρῶν ἠδὲ κυνῶν, ἀπό τέ σφισιν ὕπνος ὄλωλεν·
Ὣς τῶν νήδυμος ὕπνος ἀπὸ βλεφάροιϊν ὀλώλει,
Νύκτα φυλασσομένοισι κακήν· πεδίονδε γὰρ αἰεὶ
Τετράφαθ', ὁππότ' ἐπὶ Τρώων ἀΐοιεν ἰόντων [4].

Quibus cognitis gavisus Nestor excubitores ita laudavit θάρσυνέ τε μύθῳ·

Οὕτω νῦν, φίλα τέκνα, φυλάσσετε· μηδέ τιν' ὕπνος
Αἱρείτω, μὴ χάρμα γενώμεθα δυσμενέεσσιν [5].

Nec secus fecerunt Trojani, Priami monitis obsecuti:

1) Nox autem divisa erat in tres vigilias. vid. Il. X, 252 seqq. uti et dies vid. Il. XXI, 111. 2) Il. IX, 66 seq. 3) Il. L. l. vs. 85 seqq. 4) Il. X, 182 seqq. 5) Il. L. l. vs. 192 seq.

. . . . . φυλακῆς μνήσασθε, καὶ ἐγρήγορθε ἕκαστος [1].

Quo pertinent in primis quae de urbe noctu custodienda prudenter praecepit Hector:

Παῖδας πρωθήβας, πολιοκροτάφους τε γέροντας
Λέξασθαι περὶ ἄστυ θεοδμήτων ἐπὶ πύργων·
Θηλύτεραι δὲ γυναῖκες ἐνὶ μεγάροισιν ἑκάστη
Πῦρ μέγα καιόντων· φυλακὴ δέ τις ἔμπεδος ἔστω,
Μὴ λόχος εἰσέλθῃσι πόλιν, λαῶν ἀπεόντων· [2].

Haec sunt, quae exsomnem et sollicitum Agamemnonis animum angebant:

. . . . Ὅτ' ἐς πεδίον τὸ Τρωϊκὸν ἀθρήσειε,
Θαύμαζε πυρὰ πολλά, τὰ καίετο Ἰλιόθι πρό,
Αὐλῶν συρίγγων τ' ἐνοπήν, ὅμαδόν τ' ἀνθρώπων [3].

§. 5. Exploratores quoque utrinque mittebantur, qui, quae ab hostibus agerentur, cognita referrent. Nota sunt, quae de Diomede et Ulysse, Trojana castra speculatum nocte profectis, Iliadis libro decimo perspicue narravit Poëta. Illi scilicet Dolonem, a Trojanis ad Achivorum castra exploranda missum, obviam factum interfecerunt, postquam quae vellent, ex eo de castris Trojanis sciscitati erant. Speculandi gratia se Graecorum castra adiisse ipse Dolon fatetur: praemio, inquit, ab Hectore inductus sum

Ἀνδρῶν δυσμενέων σχεδὸν ἐλθέμεν, ἔκ τε πυθέσθαι,
Ἠὲ φυλάσσονται νῆες θοαί, ὡς τὸ πάρος περ,
Ἢ ἤδη, χείρεσσιν ὑφ' ἡμετέρῃσι δαμέντες,
Φύξιν βουλεύοιτε μετὰ σφίσιν, οὐδ' ἐθέλοιτε
Νύκτα φυλασσέμεναι, καμάτῳ ἀδδηκότες αἰνῷ [4].

1) Il. VII, 371. et XVIII, 299. 2) Il. VIII, 518 seqq. cll. 547, 550 seqq. et X, 12. 3) Il. X, 11 seqq. 4) Il. L. l. vs. 395 seqq.

CA-

CAPUT DUODECIMUM.

DE PUGNA.

§. 1. Ex Homeri carminibus in Iliade praesertim proeliorum frequentem fieri mentionem, nemo sane est, qui vel dubitet vel miretur. Nec tamen semper universus exercitus concurrit: immo principes saepius heroes ante aciem πρόμαχοι pugnant et certamen omne diriment. Quod si factum non est, in se invicem per stirpes fere irruunt hostes, nec quidquam fieri videas, quod totam aciem spectet. Ut autem ordine procedamus, de his singulatim erit monendum, generalibus quibusdam de tactica praemissis.

§. 2. Per stirpes divisi in acie adstant Achivi et Trojani, cuique stirpi sui principes praesunt, qui eodem in suos imperio et pari auctoritate sunt: hi sponte sua nec inviti imperii summam in unum deferunt, quod in Agamemnonem a Graecis, a Trojanis in Hectorem Trojano bello delatum esse norunt omnes. Disciplinam vero militarem, quam dixerunt recentiores, frustra in eorum acie quaesiveris. Ejus enim, vel ut universe dicam, tactices omnino non nisi prima elementa noverant, nec ea omnes aut plurimi, sed pauci tantum: Hectorem dico, Menestheum et prae ceteris Nestorem: Trojanis vero multum excelluerunt Achivi. Ex his quaedam tactices praecepta suis dedit senex Pylius, quae, ab Homero memoriae prodita, breviter sumus relaturi, de quibus vero probe tenendum est, haud omnes arte, quam Nestor docuerat, in proelio usos fuisse, im-

immo vero plurima saepissime fecisse ab illius praeceptis toto quasi coelo diversa. Secundo igitur Iliadis libro Agamemnonem monet Gerenius Nestor, ut aciem instruat, suosque, qui promiscue admodum pugnaverant, in stirpes et familias dividat κατὰ φῦλα, κατὰ φρήτρας [1]: quo facto communi stirpe oriundi uno loco consisterent, nec hi quidem mixti, sed in sua singuli familia:

Ὡς φρήτρη φρήτρηφιν ἀρήγῃ, φῦλα δὲ φύλοις· [2].

Hoc pacto strenuos, inquit, ab ignavis optime discernes:

Γνώσῃ ἔπειθ' ὅς θ' ἡγεμόνων κακὸς, ὅς τέ νυ λαῶν,
Ἠδ' ὅς κ' ἐσθλὸς ἔῃσι· κατὰ σφέας γὰρ μαχέονται [3].

Idem senex, ubi copias suas instruit, in prima acie collocat equites,

Ἱππῆας . . . σὺν ἵπποισι καὶ ὄχεσφι [4].

ut primi hostes adoriantur et maxima adeo belli pericula subeant [5]: in tertia s. extrema

Πεζοὺς . . . . στῆσε πολέας τε καὶ ἐσθλοὺς,
Ἕρκος ἔμεν πολέμοιο· [6].

media vero acie deteriores copias [7] constituit, quo ipsis fortiter pugnandi necessitatem injungeret:

. . . . κακοὺς δ' ἐς μέσσον ἔλασσεν,
Ὄφρα καὶ οὐκ ἐθέλων τις ἀναγκαίῃ πολεμίζοι [8].

Deinde idem dux haec equitibus mandata tradit, ut ordinem diligenter servent, nec ante aciem cum equis progressi turbas faciant, neve, ubi ad hostes propi-

1) Il. II, 362. ad q. l. cf. Heyn. et Köppen. 2) Il. L. l. vs. 363 3) Il. L. l. vs. 365 seqq. Cf. Köpk. Op. I. p. 220 seq. 4) Il. IV, 297. ibiq. interpr. Ἱππεῖς dicuntur heroes qui ex curru pugnant: ceteri, quibuscunque tandem armis accincti, πεζοὶ s. πρυλέες. Vid. Il. V, 743. unde ἱππεῖς quoque, ubi e curribus desilierunt, πρυλέες pugnant. vid. Il. XI, 49. XII, 77. XXI, 90. al. 5) Vid. Il. IV, 308 seq. 6) Il. L. l. vs. 298 seq. 7) Qui ceteris leviorem armaturam habuisse videntur, ut sunt tela ceteraque missilia. 8) Il. IV, 299 seq.

pius accessissent, ex curru desilirent pedites proelium commissuri:

Ἱππεῦσι μὲν πρῶτ' ἐπετέλλετο· τοὺς γὰρ ἀνώγει
Σφοὺς ἵππους ἐχέμεν, μηδὲ κλονέεσθαι ὁμίλῳ.
Μηδέ τις, ἱπποσύνῃ τε καὶ ἠνορέηφι πεποιθὼς,
Οἶος πρόσθ' ἄλλων μεμάτω Τρώεσσι μάχεσθαι,
Μηδ' ἀναχωρείτω· ἀλαπαδνότεροι γὰρ ἔσεσθε.
Ὃς δέ κ' ἀνὴρ ἀπὸ ὧν ὀχέων ἕτερ' ἅρμαθ' ἵκηται,
Ἔγχει ὀρεξάσθω· ἐπεὶ ἦ πολὺ φέρτερον οὕτως [1].

Quae tamen omnia tantum abfuit ut ab omnibus observarentur, ut a ceteris ducibus et militibus neglecta esse, singula fere proelia probent [2]. Idem denique ἱππότα Νέστωρ, ne in caesis spoliandis morati hostes fortiter persequi desistant, copias hortatur μακρὸν ἀΰσας [3]:

Ὦ φίλοι, ἥρωες Δαναοὶ, θεράποντες Ἄρηος.
Μήτις νῦν ἐνάρων ἐπιβαλλόμενος, μετόπισθε
Μιμνέτω, ὥς κε πλεῖστα φέρων ἐπὶ νῆας ἵκηται·
Ἀλλ' ἄνδρας κτείνωμεν· ἔπειτα δὲ καὶ τὰ ἕκηλοι
Νεκροὺς ἀμπεδίον συλήσετε τεθνειῶτας [4].

Hectore duce Trojani

. . . . πυργηδὸν σφέας αὐτοὺς ἀρτύναντες
Ἀντίοι ἵστανται, καὶ ἀκοντίζουσι θαμειὰς
Αἰχμὰς ἐκ χειρῶν [5].

Versibus vero aliquot interjectis de iisdem ita pergit Homerus:

Οἱ δὲ διαστάντες, σφέας αὐτοὺς ἀρτύναντες,
Πένταχα κοσμηθέντες, ἅμ' ἡγεμόνεσσιν ἕποντο.
. . . ἐπεὶ (δὲ) ἀλλήλους ἄραρον τυκτῇσι βόεσσι,
Βάν ῥ' ἰθὺς Δαναῶν λελιημένοι, οὐδ' ἔτ' ἔφαντο
Σχήσεσθ', ἀλλ' ἐν νηυσὶ μελαίνῃσι πεσέεσθαι [6].

Ali-

1) Il. IV, 301 seqq. Cf. VIII, 118 seq. 2) Vid. e. g. Il. IV, 419 seqq. V, 13 seqq. Plura vide in Heynii Exc. ad Il. IV. de acie Homerica et tactica Achivorum et Trojanorum. 3) Vid. h. c. §. 8. 4) Il. VI, 67 seqq. 5) Il. XII, 43 seqq. 6) Il. L. l. vs. 86 seq. et 105 seqq.

Aliquando densatis ordinibus hostes repellunt. Achivi ex. gr. Hectorem cum Trojanis irruentem reprimunt:

Φράξαντες δόρυ δουρὶ, σάκος σάκεϊ προθελύμνῳ·
Ἀσπὶς ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ' ἀνήρ·
Ψαῦον δ' ἱππόκομοι κόρυθες λαμπροῖσι φάλοισι
Νευόντων· ὡς πυκνοὶ ἐφέστασαν ἀλλήλοισιν·
Ἔγχεα δὲ πτύσσοντο θρασειάων ἀπὸ χειρῶν
Σειόμεν'· οἱ δ' ἰθὺς φρόνεον, μέμασαν δὲ μάχεσθαι [1].

Prima, inquit Heynius, tactices elementa in hoc agnoscas, quod turmae saltem certos ordines servare didicerant. Tribuuntur quoque pugnantibus στίχες, generali aliqua notione: nam de nostris ordinibus nondum est cogitandum: omnino vocibus his, quales sunt ὅμιλος, στίχες, φάλαγγες, non tam subtiliter utitur Poëta, ut certi aliquid definias [2].

Ceterum plurima sunt in Homero, quae huc referri possint: sed singula exponere nostri instituti ratio nec sinit nec postulat [3]. Quocirca ad reliqua pergamus.

§. 3. Priusquam proelium inirent, ubi per rerum opportunitates licebat, cibum capere solebant, quo fortius belli labores sustinerent, ὥς κε πανημέριοι στυγερῷ κρίνοιεν Ἄρηϊ [4]. Quod nimio pugnandi ardore et intempestiva festinatione ab Achille neglectum reprehendit Ulysses, qui ad Peliden,

Ἀλλὰ πάσασθαι, inquit, ἄνωχθι θοῇς ἐπὶ νηυσὶν Ἀχαιοὺς
Σίτου καὶ οἴνοιο· τὸ γὰρ μένος ἐστὶ καὶ ἀλκή.

Oὐ

1) Il. XIII, 130 seqq. Cf. L. I. 487 seqq. XI, 150 seq. et XVI, 211 seqq. *Πύργος*, inquit Heyn., quoque appellatur istud aciei genus et *πυργηδὸν* pugnatur, singulis saltem turmis ut IV, 334, 347. XII, 43. Cf. Köpp. ad l. l. 2) In Excurs. s. l. ad Il. L. IV. 3) Qui plura velit adeat Heyn. l. l. ejusdemque Viri Cl. Commentationem insertam Vol. VI. Comment. Societ. R. Soc. Götting. p. 137. cll. iis, quae adtexuit germ. vers. Op. l. Lechevalierii p. 246 seqq. Köpk. Op. l. c. 7. p. 202 seqq. 4) Vid. Il. II, 381.

Οὐ γὰρ ἀνὴρ πρόπαν ἦμαρ ἐς ἠέλιον καταδύντα
Ἄκμηνος σίτοιο δυνήσεται ἄντα μάχεσθαι [1].

Qui vero

. . . . οἴνοιο κορεσσάμενος καὶ ἐδωδῆς [2]
Ἀνδράσι δυσμενέεσσι πανημέριος πολεμίζῃ,
Θαρσαλέον νύ οἱ ἦτορ ἐνὶ φρεσὶν, οὐδέ τι γυῖα
Πρὶν κάμνει, πρὶν πάντας ἐρωῆσαι πολέμοιο [3].

§. 4. Manus conserturi praeterea Deorum opem et victoriam sibi precibus a coelicolis implorabant, quod passim testantur certamina et a pluribus inter se stirpibus et a singulis heroibus commissa. A Deorum enim voluntate omnis pendet pugnae fortuna [4]. His precibus ex more vota addebant, quibus potissimum arma ceteraque spolia hostibus detrahenda Diis pollicebantur. Qualia Apollini vota concepit Hector:

Εἰ δέ κ' ἐγὼ τὸν ἕλω, δώῃ δέ μοι εὖχος Ἀπόλλων
Τεύχεα συλήσας, οἴσω προτὶ Ἴλιον ἱρὴν
Καὶ κρεμόω προτὶ νηὸν Ἀπόλλωνος ἑκάτοιο [5].

et Athenae Ulysses, quae ipsi solvisse docet Homerus:

Νηΐ . . ἐνὶ πρύμνῃ ἔναρα βροτόεντα Δόλωνος
Θῆκ' Ὀδυσεὺς, ὄφρ' ἱρὸν ἑτοιμασσαίατ' Ἀθήνῃ [6].

§. 5. Duces porro ad milites orationem habebant, qua eos ad pugnam strenue ineundam hortabantur, et monebant, ne metu perculsi a virtute deficerent, neve victoriarum praemiorumque antea reportatorum obliviscerentur. Eximii Pylii oratoris sermonem cogitetis, qua, fortibus facinoribus, quae juvenis ediderat, commemoratis, pudorem injecit heroibus Achivis, quo moti, quum antea pugnam

1) Il. XIX, 160 seqq. cll. 154 seqq. et 230 seq. 2) Erant autem in castris, qui armatorum numero exemti, penum victumque exercitus curabant, ταμίαι παρὰ νηυσὶν, σίτοιο δοτῆρες Il. L. l. vs. 44. 3) Il. L. l. vs. 167 seqq. 4) Vid. e. q. Il. V, 115 seqq. Hinc qui feliciter pugnat ἐκ θεόφι, qui secus πρὸς δαίμονα πολεμίζει. 5) Il. VII, 181 seqq. 6) Il. X, 570 seq.

gnam detrectassent, tandem ad hanc committendam alacriter sese accinxerunt [1]. Quem morem Homero teste cum alii duces secuti sunt, tum summus belli dux Agamemnon. Hic enim ad eos, quos σπεύδοντας ἴδοι Δαναῶν,

> Ἀργεῖοι, inquit, μή πώ τι μεθίετε θούριδος ἀλκῆς.
> Οὐ γὰρ ἐπὶ ψευδέσσι πατὴρ Ζεὺς ἔσσετ' ἀρωγός·
> Ἡμεῖς . . . ἀλόχους τε φίλας καὶ νήπια τέκνα [2]
> Ἄξομεν ἐν νήεσσιν, ἐπὴν πτολίεθρον ἕλωμεν [3].

Quos contra μεθιέντας ἴδοι στυγεροῦ πολέμοιο,

> Τοὺς μάλα νεικείεσκε χολωτοῖσιν ἐπέεσσιν [4].

quibus ad officium redire cogeret, ignavos his increpans verbis:

> Ἀργεῖοι ἰόμωροι, ἐλεγχέες, οὔ νυ σέβεσθε;
> Τίφθ' οὕτως ἔστητε τεθηπότες, ἠΰτε νεβροί;
> Αἵτ', ἐπεὶ οὖν ἔκαμον, πολέος πεδίοιο θέουσαι,
> Ἑστᾶσ', οὐδ' ἄρα τίς σφι μετὰ φρεσὶ γίγνεται ἀλκή·
> Ὣς ὑμεῖς ἔστητε τεθηπότες, οὐδὲ μάχεσθε [5].

Quo consilio minis etiam utebantur, ut Hector:

> Ὃν δ' ἂν ἐγὼ ἀπάνευθε νεῶν ἑτέρωθι νοήσω,
> Αὐτοῦ οἱ θάνατον μητίσομαι [6].

Denique honores mortuis debitos imbellibus interdicebant, ut sepulchro justisque destituti κυνῶν μέλπηθρα γένοιντο· [7]

> . . . . οὐδέ νυ τόνγε
> Γνωτοί τε γνωταί τε πυρὸς λελάχωσι θανόντα,
> Ἀλλὰ κύνες ἐρύουσι· [8].

Nec minorem fere haec ducis verba in militum animos vim habuerunt, quam in Trojanos habuisse dicuntur Hectoris monita:

> Ὣς εἰπὼν ὤτρυνε μένος καὶ θυμὸν ἑκάστου [1].

§. 6.

1) Vid. Il. VII, 124—161. 2) Trojanorum scilicet. 3) Il. IV, 234 seqq. De Hectore cf. XIII, 150 seqq. al. 4) Il. IV, 240 seq. 5) Il. L. l. vs. 242 seqq. 6) Il. XV, 348 seqq. 7) Vid. Il. XIII, 234. Cf. II, 391 seqq. XVIII, 179. 8) Il. XV, 349 seqq. Cf. XVIII, 271 seqq. 9) Il. XIII, 155.

§. 6. Non verbis solis, sed suo maxime exemplo duces militibus animos ac robur addebant. Praeibant enim ipsi:

Λαοὶ ἕπονθ', ὡσεί τε μετὰ κτίλον ἕσπετο μῆλα
Πιόμεν' ἐκ βοτάνης· γάνυται δ' ἄρα τε φρένα ποιμήν [1].

Missilibus quippe, quibus hostem lacessant, temere jactis, principes, ἀριστῆες, primi ubique proelium ineunt. Aliquando in prima acie adstant [2], ut curribus invecti [3], ἀφ' ἵππων, in peditum hostilium ordines irruant eosque perrumpant. Aliquando ordine relicto ante suam quisque turmam versantur et πρόμαχοι concurrunt, ἀνὰ πτολέμοιο γεφύρας, ut ait Homerus [4], id est, intervallo inter utramque aciem medio, τὰ μεταξὺ πολεμούντων διαστήματα [5]. Hinc fit, ut adversarii ante proelium singulare (πρόμαχοι) sermones inter se aliquando habere possint sibique mutuo opprobriis insultent [6]. Qui promachorum procursus et sermones ansam haud raro praebuerunt certamini singulari, μονομαχίᾳ, quo heroes ex hostili acie fortissimum quemque in pugnam secum ineundam poscebant. Quod si fieret, hinc inde copiae suo quaeque loco immotae consistebant. Ab ejus scilicet μονομαχίας eventu totius proelii fortuna pendebat, ita ut, cujus partis promachus e singulari certamine victor rediisset, superior pronunciaretur. Dicta exemplo illustremus. Quum in eo erant Achivi, ut cum Trojanis manus consererent,

Τρωσὶν μὲν προμάχιζεν Ἀλέξανδρος θεοειδής,

et

....

1) Il. XIII, 491 seq. Cf. III, 31. IV, 354, 458. XVI, 218 seqq. al. 2) Vid. Il. IV, 303. XI, 711 seqq. Cf. dicta h. c. §. 2. 3) E quibus tamen descendunt ubi in loco iniquo s. impedito pugnandum est, curribus in extrema acie relictis ut Il. XI, 47 seqq. Nullus enim poterat esse curruum usus nisi in campis planis et aequis. Vid. Il. VIII, 106. XII, 66. 4) Vid. Il. VIII, 378, 549. IV, 371. XI, 160. al. 5) Interp. Eustath. ad Il. XX, 427. 6) Vid. Il. VI, 122 seqq. VII, 225 seqq. al.

. . . . Ἀργείων προκαλίζετο πάντας ἀρίστους,
Ἀντίβιον μαχέσασθαι ἐν αἰνῇ δηϊοτῆτι [1].

Quibus verbis excitatus pugnam cum Paride iniit Menelaus. Ubi vero plures contendere cupiunt, ad sortem arbitrium deferri solet [2]. Qui provocaverat, pugnam fere orditur primusque hastam emittit. In Paridis cum Menelao μονομαχίᾳ priori illud sorte obvenit [3]. Ambo igitur inter utramque aciem consistunt ἐνὶ χώρῳ διαμετρητῷ, in loco ab Hectore et Achille definito: sacris factis de pugna pactio sancitur: de conditionibus convenit: prior hastam jaculatur Paris, tum Menelaus, qui missis hastis in Paridem ense confestim irruit. Victo Paride, ut postulatis satisfaciant Trojani, exposcit victor Menelaus [4]. Haec in exemplum capitulatim diximus: ab aliis aliter res peracta est, de quo singulatim exponere longum sit [5].

§. 7. Sin autem a promachis res ad finem deduci non potuit: vel si de caesis spoliandis proelium ortum est: vel denique si singulari certamini locus non fuit: turmae in turmas concurrunt et pluribus locis pugna increbescit. Quod ubi fit, ingens clamor a concurrentibus edi solet: οἱ δὲ ξύνισαν μεγάλῳ ἀλαλητῷ [6]; quem cum torrentibus de monte ruentibus [7], cum mari fluctuum aestu agitato [8], cum ignis late furentis ventorumve vehementium fremitu [9], aliisque ejusmodi ita comparat Homerus, ut omnium vim superet

. . . .

1) Il. III, 16 et 19 seq. 2) Vid. Il. VII, 171 seqq. 3) Vid. Il. III, 315 seqq. 4) Vid. Il. L. l. vs. 340 seqq. 5) Vid. Il. VII, 232 seqq. XXIII, 817 al. 6) Il. XIV, 395. Cf. IV, 144 seqq. 394 seqq. al. Hinc pugna Homero est φύλοπις. vid. Eustath. ad Il. I, 492. 7) Vid. Il. IV, 452. 8) Vid. Il. L. l. vs. c. et XIV, 394 seq. 9) Vid. Il. XIV, 396 seqq.

. . . . . . Τρώων καὶ Ἀχαιῶν . . . . φωνὴ
Δεινὸν ἀϋσάντων, ὅτ' ἐπ' ἀλλήλοισιν ὄρουσαν [1].

Quae quidem comparationes mira delectatione legentium animos permulcent, quotquot pulchri, sublimis et veri sensu imbuti sunt. Neque frustra antiquitus institutum est, ut clamorem universi tollerent: ita enim et hostes terreri et suos incitari existimaverunt.

§. 8. Ab hoc autem loco haud alienum videtur, monere, a clamoris vehementia et vocis claritate heroes quosque fortissimos in Homeri carminibus commendari. Quis enim, ut hoc utar, Poëtae verba non recordatur, quibus Diomedem aliosque principes laudat βοὴν ἀγαθούς [2]. Nec vero mirum. Hac quippe aetate maximo in honore erant omnes universe corporis dotes, quales sunt proceritas, formae gravitas, oris vultusque gratia, pedum agilitas, manuum pulchritudo, apta denique membrorum venustas et concinnitas: quae quidem omnia sensuum judicium adhibentes non poterant non mirari et laudare. Intenta igitur eaque clara vox corporis vires arguebat majores. Quae in duce praesertim requirebatur, ut ejus jussa atque exhortationes et suis in belli tumultu animos adderent et hostibus terrorem incuterent: in concionibus vero, si oratoris partes duci sustinendae essent, populi strepitus ac murmura sua voce superarentur atque opprimerentur. Hinc est quod de Ulysse Antenor, virum crederes, inquit, ζάκοτον et ἄφρονα, ubi sine actione et motu eum stantem conspexeris:

Ἀλλ'

1) Il. L. l. vs. 400 seq. Nec enim minus a Graecis, quam a Trojanis clamor excitabatur. Vid. Il. XIII, 169, 540, 834 seqq. XVI, 367. al. Quae de Achivorum σιγῇ, et Trojanorum κλαγγῇ ἐνοπῇ τε dicuntur Il. II, 459 seqq. III, 8 seqq. IV, 429 seqq. non ipsum concursum spectant, sed ad turmas in pugnam procedentes pertinent. Vid. Interpr. ad l. l. 2) Vid. Il. II, 408, 563, 568. III, 81. VIII, 81, 91. XV, 270, 279, 686. XVIII, 217, 222 seqq.

Ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ὄπα τε μεγάλην ἐκ στήθεος ἵει,
Καὶ ἔπεα νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίῃσιν,
Οὐκ ἂν ἔπειτ' Ὀδυσῆΐ ἐρίσσειε βροτὸς ἄλλος· [1].

Nota sunt, quae de Stentoris μεγαλήτορος χαλκεοφώνου voce leguntur:

Ὃς τόσον αὐδήσασχ', ὅσον ἄλλοι πεντήκοντα [2].

Quam vocis bonitatem cum in fortissimo quoque heroe tanti facerent, majorem etiam et horrendam adeo in summo belli Deo ex eorum sententia fuisse, quis miretur? Hic igitur a Diomede vulneratus ἔβραχε,

Ὅσσον τ' ἐννεάχιλοι ἐπίαχον, ἢ δεκάχιλοι
Ἀνέρες ἐν πολέμῳ, ἔριδα ξυνάγοντες Ἄρηος [3].

§. 9. In insidiis praesertim cujusque animum optime perspici virumque fortem ab ignavo facillime discerni posse, communis erat horum hominum persuasio.

. . . . . Ἔνθα μάλιστ' ἀρετὴ διαείδεται ἀνδρῶν,
Ἔνθ' ὅ τε δειλὸς ἀνὴρ, ὅς τ' ἄλκιμος, ἐξεφαάνθη [4].

Major enim requiritur animi fortitudo, quando alto silentio cum paucis eodem corporis statu [5] diu permanet insidiator, quam ubi acie instructa cum plurimis in belli tumultu concurrit miles: adde, quod maxima virtute insidiatoribus opus est, ubi forte insidiis detectis hostes irruunt. Quibus causis fiebat, ut Agamemnoni ignaviam exprobraret Achilles, quod

Οὔτε λόχον δ' ἰέναι σὺν ἀριστήεσσιν Ἀχαιῶν
Τέτληκε θυμῷ· [6].

et jure de se praedicaret Ulysses, cum Cretensem se fingeret;

Ἦ μὲν δὴ θάρσος μοι Ἄρης τ' ἔδοσαν καὶ Ἀθήνη
Καὶ ῥηξηνορίην, ὁπότε κρίνοιμι λόχονδε
Ἄνδρας ἀριστῆας κ. τ. λ. [7].

§. 10.

1) Il. III, 221. cll. vs. praec. 2) Il. V, 786. 3) Il. L. l. vs. 860 seqq. Cf. XIV, 147 seqq. 4) Il. XIII, 277 seq. ad q. l. vid. Köpp. 5) Poplitibus flexis, corpore calcibus subnixo. Vid. Il. L. l. vs. 281 seqq., ubi ea recensentur, quibus in insidiis ab ignavo fortis discernatur. 6) Il. I, 227. Cf. vs. 151. ad q. vid. Köpp. 7) Od. XIV, 216 seqq. Cf. XI, 524 seqq.

§. 10. Ceterum, ubi concurritur, noctu fere pugna terminatur:

Ἠέλιος μὲν ἔδυ, παύσαντο δὲ δῖοι Ἀχαιοὶ
Φυλόπιδος κρατερῆς, καὶ ὁμοιΐου πολέμοιο·
Τρῶες δ' αὖθ' ἑτέρωθεν, ἀπὸ κρατερῆς ὑσμίνης
Χωρήσαντες, ἔλυσαν κ. τ. λ. [1].

Ita Agamemnon, pugnae, inquit,

Οὐ . . παυσωλή γε μετέσσεται, οὐδ' ἠβαιόν,
Εἰ μὴ νὺξ ἐλθοῦσα διακρινέει μένος ἀνδρῶν [2].

et Hector Ajaci, quocum interdiu pugnaverat, proposuit, ut nocte interveniente pugnam derimant: quod nec Ajaci displicuit: etenim

. . . . ἀγαθὸν καὶ νυκτὶ πιθέσθαι [3].

CAPUT DECIMUM TERTIUM.

DE IIS, QUI IN PUGNA VEL VULNERATI VEL CAESI ERANT.

§. 1. Qui vulnera in proelio acceperant [4], a viris medicae artis (si modo artis nomine insignire liceat eorum hominum tenuem illam corporis curandi facultatem) vel disciplina vel usu peritis curabantur. Artem eam Paeon, medicorum deus [5], suis tribuit, qua qui excellunt inter mortales Παιήονός εἰσι γενέθλης [6]. Ipse Paeon deos sanat, qui vel ab mortalibus vulnera aliaque mala perpetiuntur, ex quibus belli Deum cogitetis,

Τῷ

1) Il. XVIII, 241 seqq. 2) Il. II, 385 seqq. 3) Il. VII, 293. cll. vs. praec. et seqq. 4) Ignaviae indicia habebantur in dorso accepta vulnera, cum ἐν αὐχέν' ὄπισθε πέσοι βέλος ἐνὶ νώτῳ· contra virtutis index censebatur vulnus ἢ στέρνων ἢ νηδύος. Vid. Il. XIII, 288 seqq. 5) Vid. l. mox laudandi. Cf. L. 1. c. 2. §. 14 med. 6) Vid. Od. IV, 232. quo loco de Aegyptiis agitur.

Τῷ . . ἐπὶ Παιήων ὀδυνήφατα φάρμακα πάσσων
Ἠκέσατο [1].

Ab eo artem medicam doctus erat nobilissimus Chiron, qui eandem Aesculapio tradidit, cujus denuo filii, Machaon et Podalirius, ad artes paternas eruditi erant:

Ἰητροὶ μὲν γὰρ Ποδαλείριος, ἠδὲ Μαχάων [2].

Ab eodem Chirone Achilles vulnerum curandorum peritiam acceperat, quam Patroclum

. . . . προτί φασιν Ἀχιλλῆος δεδιδάχθαι,
Ὃν Χείρων ἐδίδαξε, δικαιότατος Κενταύρων [3].

de quo Aesculapii filio iterum Poëta:

Ἰητρὸς . . . ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων
Ἰούς τ' ἐκτάμνειν, ἐπί τ' ἤπια φάρμακα πάσσειν [4].

Ex quibus, ni fallar, patet, medicorum operam non in morbis curandis, sed vulneribus sanandis versatam esse, adeoque ad chirurgicam, quam hodie dicimus, potissimum pertinuisse. Sagittas enim exsecare et vulneri herbas vel radices siccatas et contritas inspergere [5] noverant, quo sanguinem sisterent vulnerisque dolores lenirent. Machaon, postquam Menelai corpore sagittam extraxerat, sanguinem, ne cruor in pus vertatur, vulneri continuo exsugit, quo facto lenientia medicamina ei inspergit. Αἷμ' ἐκμυζήσας, inquit Homerus, i. e., ἐκπιέσας, ἐκθλίψας [6],

. . . . ἐπ' ἄρ' ἤπια φάρμακα εἰδὼς
Πάσσε, τά οἱ ποτὲ πατρὶ φίλα φρονέων πόρε Χείρων [7].

Quae φάρμακα ex acerbae radicis contritae pulvere sibi parasse videntur. Eurypyli enim vulnerati precibus motus Patroclus, ubi e femore sagittam μαχαίρῃ [8] exciderat ejusque vulnus tepida aqua, ὕδατι λιαρῷ [9], abluerat,

1) Il. V, 401 seq. et 900 seq. 2) Il. XI, 832. 3) Il. L. l. vs. 830 seq. 4) Il. L. l. vs. 514 seq. 5) Quod dicebant πάσσειν vel ἐπιπάσσειν. 6) Vid. Schol. br. et Eustath. ad Il. IV, 218. 7) Il. L. l. vs. 218 seq. 8) Vid. Il. XI, 843. 9) Vid. Il. L. l. vs. 845.

. . . . ἐπὶ . . . ῥίζαν βάλε πικρὴν,
Χερσὶ διατρίψας, ὀδυνήφατον, ἥ οἱ ἁπάσας
Ἔσχ᾽ ὀδύνας· τὸ μὲν ἕλκος ἐτέρσετο, παύσατο δ᾽ αἷμα [1].

Nestor Machaoni sagitta vulnerato θερμὰ λοετρὰ parari curat, ut βρότον αἱματόεντα abluat Hecamede, quae heroi laboribus et vulnere fracto jam antea vinum πράμνειον miscuerat, quo vires reficeret [2]. Fluviatili aqua Hector recreatur, qui ab Ajace saxo petitus animi deliquium passus erat, quem adeo ἑταῖροι ex pugna ad Xanthi flumen avectum

. . . . ἐξ ἵππων πέλασαν χθονί, κὰδ δέ οἱ ὕδωρ
Χεῦαν· ὁ δ᾽ ἀμπνύνθη, καὶ ἀνέδρακεν ὀφθαλμοῖσιν [3].

Unum est et singulare in Homero exemplum, quo eam incantationi vim tributam esse intelligimus, ut sanguinis ex vulnere proruentis impetum cohiberet. Capri scilicet ictu supra genua percussus erat Ulysses:

Τὸν μὲν ἄρ᾽ Αὐτολύκου παῖδες φίλοι ἀμφεπένοντο·
Ὠτειλὴν δ᾽ Ὀδυσῆος ἀμύμονος ἀντιθέοιο
Δῆσαν ἐπισταμένως· ἐπαοιδῇ δ᾽ αἷμα κελαινὸν
Ἔσχεθον· [4].

Haec fere sunt, quae de re medica nobis Poëta tradidit. Unum restat ejus de Aegyptiorum peritia testimonium, quo Polydamna, Thonis uxor, Aegyptia, Helenam potionis mixturam docuisse dicitur, cujus ea est in hominum animos efficacitas, ut omni eos

1) Il. L. XI. 845 seq. 2) Vid. Il. L. I. vs. 506 seqq. et 638. XIV, 5 seqq. Ceterum, qui ipsius vulnus curaverint, non traditur. 3) Il. XIV, 435 seqq. cll. vs. 402 seqq. 4) Od. XIX, 455 seqq. cl. praec. vs. Anachronismum in incantationis mentione locum habere ponit B. Thiersch, Urgestalt der Odyssee, eo argumento nixus, quod ejus non nisi uno loco laudato mentio facta est. De qua sententia rectissime Baumgarten-Crusius in Op. l. cens. ap. Jahn. Jahrb. etc. Tom. III. P. 2. p. 26.: Die Stillung des Bluts durch Beschwörung, weil sie in dieser Stelle allein vorkommt, für einen Anachronismus erklären, ist bei der mangelhaften Kenntniss der alten Sitten, besonders des so mannigfaltig gestalteten Volksglaubens, ein Wagstück, das zu einer Menge Willkürlichkeiten führen dürfte.

eos luctu liberet, omniumque malorum oblivionem adferat. Est enim illud φάρμακον μητιόεν, quod vino mixtum

Νηπενθές τ' ἄχολόν τε, κακῶν ἐπίληθον ἁπάντων·
Ὃς τὸ καταβρόξειεν, ἐπὴν κρητῆρι μιγείη,
Οὐκ ἂν ἐφημέριός γε βάλοι κατὰ δάκρυ παρειῶν,
Οὐδ' εἴ οἱ κατατεθναίη μήτηρ τε πατήρ τε,
Οὐδ' εἴ οἱ προπάροιθεν ἀδελφεὸν, ἢ φίλον υἱὸν,
Χαλκῷ δηϊόωεν, ὁ δ' ὀφθαλμοῖσιν ὁρῷτο [1].

In Aegypto autem, teste eodem,

. . . . πλεῖστα φέρει ζείδωρος ἄρουρα
Φάρμακα, πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά [2].

medendique artem [3] callent Aegyptii omnes:

Ἰητρὸς δὲ ἕκαστος, ἐπιστάμενος περὶ πάντων
Ἀνθρώπων· [4].

§. 2. Quos vero ex hostibus ceciderant Graeci aut Trojani, sepulturae honore destitutos, κύνεσσιν, ut ajebant, οἰωνοῖσί τε πᾶσι ἑλώρια τεῦχον [5]. Hanc sibi invicem contumeliam hostes minitabantur, qua major infligi illis quidem temporibus non poterat [6]. Quod vel ex primis Iliadis versibus apparet, quibus de Achille canit Poëta:

Πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς ἄϊδι προΐαψεν
Ἡρώων· αὐτοὺς δ' ἑλώρια τεῦχε κύνεσσιν,
Οἰωνοῖσί τε πᾶσι [7].

Hinc gloriantis Hectoris in Patroclum jactatae minae;

. . . . . . σὲ δέ τ' ἐνθάδε γῦπες ἔδονται [8]·

et Achillis ad Patrocli manes oratio, qua amico se vota solvisse praedicat, quae his verbis susceperat:

Ἐκ-

1) Od. IV, 221 seqq. ad q. l. vid. Schol. et Nitzsch. 2) Od. L. l. vs. 229 seq. 3) Quae chirurgica fuit: erant enim Παιήονος γενέθλης. Ita Nitzsch., quem adeas ad Od. l. l. 4) Od. L. l. vs. 231 seq. 5) De qua loquendi ratione leg. omnino quae adn. Köpp. ad Il. I, 4 seq. 6) Vid. L. I. c. 14. 7) Il. I, 3 seqq. 8) Il. XVI, 836.

Ἕκτορα δεῦρ' ἐρύσας σώσειν κυσὶν ὠμὰ δάσασθαι [1].

et alia hujusmodi [2]. Nec hîc in hostium cadavera furentium substitit vindictae studium et crudelitas. In aliorum enim cadaveribus praeter vulnera laetifera, manus quoque amputatas, caput abscissum aliaque furoris specimina edita videatis [3]. Hector e. g. Patroclum

Ἕλκ', ἵν' ἀπ' ὤμοιιν κεφαλὴν τάμοι ὀξέϊ χαλκῷ,
Τὸν δὲ νέκυν Τρῳῇσιν ἐρυσσάμενος κυσὶ δοίη [4].

ne de Achille mortuum Hectorem de curru suspensum crudeliter dilaniante dicam, cujus vel equos admissos lacero Hectoris cadavere terreri posse finxit poëta Ovidius. Et idem tamen Pelei filius victum Eetionem

Οὐδὲ . . . ἐξενάριξε· σεβάσσατο γὰρ τόγε θυμῷ·
Ἀλλ' ἄρα μιν κατέκηε σὺν ἔντεσι δαιδαλέοισιν,
Ἠδ' ἐπὶ σῆμ' ἔχεεν· [5].

Ita presse naturam secutus heroas depingit Homerus, ut eorum et virtutes et vitia exprimat, quae in uno eodemque homine simul adesse usus docet.

§. 3. Amicorum caesorum corpora projici tantoque dedecore affici, graviter ferebant omnes, quibuscum vel propinquitate vel amicitia vel militia conjuncti fuerant, eoque magis, quo pluris mortuorum sepulturam faciebant, ut suo loco observatum dedimus [6]. Hinc igitur pium erat amicis superstitibus officium, ut a caris mortuorum cadaveribus tantum malum arcerent: hinc maxima fuit inter milites nobilis contentio, qua sociorum cadavera hostium furori praeriperent: hinc, principe heroe προμάχῳ oc-

ci-

1) Il. XXIII, 21. 2) Vid. e. g. Il. XVII, 127. XXII, 89, 335. et ipsius Athenes verba VIII, 379 seqq. Cf. L. 14. c. 3) Vid. Il. XI, 146. XII, 203, 233. XIII, 203 seqq. XVII, 39, 63 seqq. XVIII, 271 seqq. 4) Il. XVII, 127 seq. 5) Il. VI, 416 seqq. cf. VII, 406 seqq. et Od. XXII, 412. 6) Vid. L. 1. c. 14.

ciso, summa vi in hostes irruunt illi, quibus praefuit, nec a pugna cessant, nisi aut ipsi succumbant, aut mortui cadaver victores referant. Plurima eaque acerrima ejusmodi certamina meminit Homerus, quae ne singula recenseamus, hostium de Sarpedonis et Patrocli cadavere concursum memoremus [1], quos, suum quique ducem, hinc Trojani, illinc Graeci, haud sine magna caede auferre nitebantur, et re vera abstulerunt, postquam, saepius repulsi, majoribus denuo viribus pugnam instaurassent: quin etiam tanto defunctorum cadavera recuperandi studio ferebantur, ut vel invito numine decernendum esse sibi persuaderent. Itaque Menelaus, ab Hectore a Patrocli cadavere repulsus, cum Ajacem in auxilium vocasset,

"Αμφω, inquit, αὖτις ἰόντες ἐπιμνησαίμεθα χάρμης,
Καὶ πρὸς δαίμονά περ, εἴπως ἐρυσαίμεθα νεκρὸν
Πηλείδῃ Ἀχιλῆϊ· κακῶν δέ κε φέρτατον εἴη [2].

Quod si vel sic caesi cadavere hostes potirentur, quod reliquum erat, pie faciebant propinqui, ut vel summo pretio mortuum redimerent et redemtum sepulturae debito honore ornarent [3]. Egregium est Priami senis exemplum, qui filii mortui desiderio ductus saevissimi Achillis tentorium deo duce adiit, et carissimi Hectoris cadaver, maximis ab inimico muneribus redemtum, laetus Trojam secum avexit [4].

§. 4. Heroes, ne tantae, quam diximus, calamitatis et ignominiae periculum subirent, ante pugnam ineundam (singularem pugnam dico) de cadaveribus post certaminis finem suis ad sepulturam reddendis pacto interdum cavebant. Hector enim, Achivorum quemque fortissimum provocans, has posuit

1) De Sarpedonis cadavere certamen vid. Il. XVI, 565 seqq., quod redintegratur vs. 633 seqq.: de Patrocleo Il. XVII, 120, 256 seqq. inprimis vs. 543 seqq. et 592 seqq. 2) Il. XVII, 103 seqq. 3) De quo vid. L. 1. c. 14. 4) Vid. Il. XXIV.

suit certaminis leges, ut victori armis victum spoliare liceret, corpus vero exanimatum suis redderet, cui justa persolverentur [1]. Quae ut rata essent, in pacti fidem Zeum testem invocat:

. . . . . Ζεὺς, inquit, ἄμμ' ἐπιμάρτυρος ἔστω [2].

At nocte interveniente pugna pari marte diremta est, ita ut Ajax et Hector [3] muneribus mutuo datis ad suos digrederentur. Qui Priami filius, cum Achille armis congressurus et, ne victor victi corpus foedaret, pacisci cupiens, ad eum, ἀλλ' ἄγε, inquit,

. . . . . δεῦρο θεοὺς ἐπιδώμεθα· τοὶ γὰρ ἄριστοι
Μάρτυροι ἔσσονται καὶ ἐπίσκοποι ἁρμονιάων·
Οὐ γὰρ ἐγώ σ' ἔκπαγλον ἀεικιῶ, αἴ κεν ἐμοὶ Ζεὺς
Δώῃ καμμονίην, σὴν δὲ ψυχὴν ἀφέλωμαι·
Ἀλλ' ἐπεὶ ἄρ κέ σε συλήσω κλυτὰ τευχε', Ἀχιλλεῦ,
Νεκρὸν Ἀχαιοῖσιν δώσω πάλιν· ὣς δὲ σὺ ῥέξειν [4].

Quas tamen conditiones superbus respuit Achilles [5]. Eodem consilio aliquando inducias ab hostibus factas vidimus. Priami ex. gr. jussu Idaeus praeco Achivorum castra petit, ut inducias impetret, per quas caesis utrimque justa reddantur [6]. Nec vana atque irrita fuit ea legatio. Ad Idaeum enim in concione Agamemnon:

Ἀμφὶ . . νεκροῖσι, κατακειέμεν οὔτι μεγαίρω·
Οὐ γάρ τις φειδὼ νεκύων κατατεθνηότων
Γίγνετ', ἐπεί κε θάνωσι, πυρὸς μειλισσέμεν ὦκα·
Ὅρκια δὲ Ζεὺς ἴστω, ἐρίγδουπος πόσις Ἥρης.
Ὣς εἰπὼν, τὸ σκῆπτρον ἀνέσχεθε πᾶσι θεοῖσιν 7.

De quibus ut convenit, ad Trojanos rediit Idaeus

. . . . καὶ ἀγγελίην ἀπέειπε
Στὰς ἐν μέσσοισι· τοὶ δ' ὡπλίζοντο μάλ' ὦκα,
Ἀμφότερον, νέκυάς τ' ἀγέμεν, ἕτεροι δὲ μεθ' ὕλην·

Ἀρ-

1) Vid. Il. VII, 75 seqq. 2) Il. L. l. vs. 76. 3) Vid. Il. L. l. 290 seqq. 4) Il. XXII, 254 seqq. 5) Vid. Il. L. l. vs. 260 seqq. 6) Vid. Il. VII, 372 — 397. 7) Il. L. l. vs. 408 seqq.

'Αργεῖοι δ' ἑτέρωθεν ἐϋκνήμιδες ἀπὸ νηῶν
'Ωτρύνοντο, νέκυς ἀγέμεν, ἕτεροι δὲ μεθ' ὕλην [1].

Hectoris cadavere redemto, ad illud lugendum et rite sepeliendum undecim dierum inducias ab Achille petiit Priamus, cui ille:

Ἔσται τοι καὶ ταῦτα, γέρον Πρίαμ', ὡς σὺ κελεύεις,
Σχήσω γὰρ πόλεμον τόσσον χρόνον, ὅσσον ἄνωγας [2].

CAPUT DECIMUM QUARTUM.

DE PRAEDA BELLICA.

§. 1. Ut praedam quacunque tandem ratione sibi comparandi studiosi heroes erant [3], ita ex bellis praeda onusti victores redire adamabant. Nec eam victorum urbibus agrisque devastandis aut bonis deripiendis petebant tantum, sed arma etiam hostibus caesis, ut vidimus, detrahebant, quae ἔναρα βροτόεντα Homero dicuntur [4]. Cujus quidem studii tot exstant in Iliade exempla, quot pugnae et caedes memorantur. Victos enim omniaque eorum bona in victoris potestatem belli jure abire censebant. Caesorum autem spoliationem in προμάχων proeliis praesertim meminit Homerus, ut in his:

'Ατρείδης Μενέλαος, ἐπεὶ κτάνε, τεύχε' ἐσύλα [5].

Hector

. . . . Πάτροκλον, ἐπεὶ κλυτὰ τεύχε' ἀπηύρα.
Ἕλχ', ἵν' κ. τ. λ. [6].

Dio-

1) Il. VII, 416. cf. cetera ad libri finem. 2) Il. XXIV, 669 seq. cll. sup. vs. 3) Vid. L. II. c. 10. 4) Vid. Il. VI, 480. X, 528. XIII, 268 seqq. De omni praeda generatim vocem usurpat Poëta Il. IX, 188. 5) Il. XVII, 60. 6) Il. L. l. vs. 125 seq.

Diomedes

. . . . . . Παιονίδην δουρικλυτὸν ἐξενάριξεν [1].

Unde fiebat, ut Nestor Achivis suis praeciperet, ne caesis spoliandis immorati hostes persequi negligerent [2]. Ex eademque praedae faciendae cupiditate explicandum est, quod, ubi de cadaveribus ad sepulturam reddendis conditiones fiunt vel induciae, victori tamen caesos armis ceterisque, quae habeant, spoliare liceat, priusquam suis tradantur [3]. Quae autem hostibus occisis detraxerant victores, partem ipsis in laudem atque utilitatem cedebant, partim Diis ex voto [4] dedicabantur. Diomedes ex. gr. atque Ulysses caesi Dolonis spolia Athenae consecrant et signo apposito ἀνὰ μυρίκην recondunt:

Τοῦ δ' ἀπὸ μὲν κτιδέην κυνέην κεφαλῆφιν ἕλοντο,
Καὶ λυκέην, καὶ τόξα παλίντονα, καὶ δόρυ μακρόν [5]

eaque manibus in altum sublata solennibus his verbis εὐχόμενοι Deae offerunt:

Χαῖρε, θέα, τοῖςδεσσι· σὲ γὰρ πρώτην ἐν Ὀλύμπῳ
Πάντων ἀθανάτων ἐπιβωσόμεθ'. ἀλλὰ καὶ αὖτις
Πέμψον ἐπὶ Θρηκῶν ἀνδρῶν ἵππους τε καὶ εὐνάς [6].

§. 2. Praeter arma ceteraque hostium bona, quae belli jure victoribus cedunt, ipsi etiam, quos vivos ceperunt, praedae partem constituunt: quos scilicet vel aliis divenderent, vel sibi servos servarent [7]. Captivitate vero liberari suisque reddi poterant, si domino victori oblatum pretium placuisset: quae maxima redemtionis pretia, ἄποινα, a parentibus vel propinquis offerebantur, non signatis nummis constantia, sed quibusvis rebus pretiosissimis, ut aere, auro, argento, aliis, quae nominatim a Poëta non memorantur, sed generatim ἀπερεί-

1) Il. XI, 368. 2) Vid. Il. VI, 66 seqq. Cf. Köpke Op. l. p. 230 seqq. 3) Vid. loci c. XIII. §. 4. cit. 4) Vid. h. L. c. 12. §. 4. 5) Il. X, 458 seq. 6) Il. L. l. vs. 462 seqq. Cf. XI, 110, 247, 334 seqq. XIII, 261 seqq. 7) Vid. L. II. c. 20.

ρείσια et ἄγλαὰ fuisse dicuntur. Ejusmodi muneribus onustus Achivorum castra adiit Chryses, filiam Chryseidem ab Agamemnone redemturus [1]. Eetionis uxorem Achilles

. . . . . . ἀπέλυσε λαβὼν ἀπερείσι' ἄποινα [2].

Hinc à Diomede et Ulysse captus Dolon mortem deprecaturus,

Ζωγρεῖτ', inquit, αὐτὰρ ἐγὼν ἐμὲ λύσομαι· ἔστι γὰρ ἔνδον
Χαλκός τε, χρυσός τε, πολύκμητός τε σίδηρος,
Τῶν κ' ὔμμιν χαρίσαιτο πατὴρ ἀπερείσι' ἄποινα,
Εἴ κεν ἐμὲ ζωὸν πεπύθοιτ' ἐπὶ νηυσὶν 'Αχαιῶν [3].

§. 3. Post singulas expeditiones, praeter arma caesis detracta, cetera omnis praeda inter expeditionis socios statim dividebatur, in eaque distribuenda magna aequitatis ratio habita est, ne quis justa parte fraudaretur [4]. Qua de causa Chryseide reddita, aliud sibi munus postulavit Agamemnon, ne Achivorum unus esset ἀγέραστος· ἐπεὶ οὐδὲ ἔοικε [5]. Quin etiam Ulysses Orchilochum, Cretensium regis filium, a se occisum esse narrat, quod sua ipsum praedae parte privare tentasset:

Οὕνεκά με στερέσαι τῆς ληΐδος ἤθελε πάσης
Τρωϊάδος, τῆς ἕνεκ' ἐγὼ πάθον ἄλγεα θυμῷ,
'Ανδρῶν τε πτολέμους, ἀλεγεινά τε κύματα πείρων [6].

Singuli autem praedam, quam fecerant, ad summum expeditionis bellive ducem [7] conferebant, quam collatam, ξυνήϊα κείμενα πολλά [8], inter milites divi-

1) Vid. Il. I, 9 seqq. 2) Il. VI, 427. Qui ἄποινα affert λύεσθαι, qui captum manumittit λύειν dicitur. 'Απερείσιος, adnot. G. Daukovsky Op. l. ad Il. I, 13, significat adminiculo serviens. Sunt ea, quae preces recuperandae filiae causa factas suffulciant. "Αποινον (decurtatum pro ἀπόποινον) est illud, quod debetur, ad quod aliquis dandum vel praestandum obligatur, obligatio, officium, munus. Cf. Ejusd. not. ad Il. L. l. vs. 99. 3) Il. X, 378 seqq. Cf. XI, 130 seqq. 4) Cf. dicta L. II. c. 10. §. 4. 5) Il. I, 119. Cf. IX, 335. 6) Od. XIII, 262 seqq. 7) Vid. Il. IX, 330 seqq. 8) Vid. Il. I, 124. cll. vs. seqq.

videret princeps, ex eaque suo jure et omnium consensu sibi eximeret, quae maxime placerent [1]. Hoc tamen jure aliquando abusus est Agamemnon, qui ex praeda, quam Achivi viginti tribus urbibus expugnatis ceperant,

. . . . διὰ παῦρα δασάσκετο, πολλὰ δ' ἔχεσκεν [2].

Quam ducis avaritiam verbis, quae modo descripsimus, jure at modeste tamen ipsi exprobravit Achilles [3]. Sed et ceteris ducibus virisque principibus, pro rebus fortiter gestis, praecipua praedae pars praemii loco donabatur. Quemadmodum ab Agamemnone factum testatur Achilles, qui,

Ἄλλα δ', inquit, ἀριστήεσσι δίδου γέρα καὶ βασιλεῦσι [4].

Eo nomine Nestor Hecameden abstulit,

. . . . ἥν οἱ Ἀχαιοὶ
Ἔξελον, οὕνεκα βουλῇ ἀριστεύεσκεν ἁπάντων [5].

et Briseidem Achilles, cujus filius Neoptolemus post direptam Trojam

Μοῖραν καὶ γέρας ἐσθλὸν ἔχων ἐπὶ νηὸς ἔβαινεν [6].

Haec aliaque ejusmodi virtutis praemia fuerunt, quibus duces suorum animos ad fortitudinem incitabant [7]. Hectorem ex. gr. cogitetis, qui dimidiam spoliorum partem se ei daturum pollicetur, qui Achivorum manibus Patroclum mortuum eripuisset [8]: et Agamemnonem, qui Teucro, ut ipsi virtutem remuneret, post captam Trojam insigne πρεσβήϊον pollicetur,

Ἢ τρίποδ', ἠὲ δύω ἵππους αὐτοῖσιν ὄχεσφιν,
Ἠὲ γυναῖχ', ἥ κεν τοι ὁμὸν λέχος εἰσαναβαίνοι [9].

1) Vid. e. g. Il. XI, 703. Cf. dicta L. II. c. 10. §. 4. 2) Il. IX, 333. 3) Cf. Il. I, 167. II, 225 seq. 4) Il. IX, 534. Cf. L. II. c. 3. §. 4. 5) Il. XI, 625 seq. 6) Od. XI, 533. Andromache accepta ut refert Justin. XVII, 3. 7) Cf. h. L. c. 14. §. 5. 8) Vid. Il. XVII, 229 seqq. 9) Il. VIII, 290 seq.

CA-

CAPUT DECIMUM QUINTUM.

DE FOEDERIBUS.

§. 1. Bellis, heroica aetate gestis, originem semper fere praebuerunt pecora, armenta, mancipia abducta, fruges vel ablatae vel devastatae, feminae raptae, alia. Ubi ablata frustra repetissent, armis ulciscebantur. Unde continua fere et atrocia bella oriebantur, quae non nisi alterutrius populi internecione exstinguebantur. His igitur temporibus de vera pace sermo esse nequit; quibus scilicet, etsi aliquamdiu quiescerent, mox tamen armis, praedatione, aliisque sibi invicem nocebant, vel victores victos interficere aut viros servos abducere, et hostium urbes ceteraque omnia funditus delere solebant. Quod utrumque probat bellum Thebanum, maximeque Trojanum, cui, non nisi Troja incendio deleta Trojanisque in servitutem abductis, finis est impositus. Quamvis vero per decem annos flagraverit bellum Trojanis illatum, non tamen continua fuere proelia, sed a bello interdum cessarunt, et foedere icto, aliquamdiu saltem arma sibi invicem inferre destiterunt.

§. 2. Ex hac igitur bellorum origine eademque gerendi ratione, fiebat, ut vel ante bella vel dum gererentur, de foederibus feriendis utrimque agerent, quod fere per legatos fecisse videntur. Ante ipsum enim bellum Trojanum Menelaus et Ulysses Trojam legati proficiscuntur, ut Helenam repetant, qua reddita foederi faciendo locus esset. Testis est Antenor qui ad Helenam,

Ἠδη

Ἤδη γὰρ, inquit, καὶ δεῦρό ποτ' ἤλυθε δῖος Ὀδυσσεὺς
Σεῦ ἕνεκ' ἀγγελίης σὺν Ἀρηϊφίλῳ Μενελάῳ· [1].

Idem Poëta a Paride corruptum Antimachum Trojanis, ne Helenam Graecorum legatis abducendam traderent, suasisse memoriae prodidit: quod impium patris Antimachi facinus liberorum nece vindicavit Agamemnon [2]. Legati autem, ut apud reliquas gentes, ita apud Graecos et Trojanos aevo heroico, venerandi habebantur et sacrosancti. Qua de causa Antenor Menelaum et Ulyssem, a Graecis delegatos, se amice excepisse eoque, quo decet, honore prosecutum esse Helenae narrat:

Τοὺς δ' ἐγὼ ἐξείνισσα, καὶ ἐν μεγάροισιν φίλησα,
Ἀμφοτέρων δὲ φυὴν ἐδάην καὶ μήδεα πυκνά [3].

Unde etiam θεῖοι κήρυκες ab Homero nuncupantur, qui huc illuc publicis de causis a regibus ablegati erant [4]. Ex foederibus bello flagrante utrimque ab hoste ictis, ne plura afferam, illud unum cogitetis, quod Iliadis libro tertio factum canit Poëta, cum Paris et Menelaus μονομαχίαν inituri erant.

§. 3. Ab ipsis utriusque populi regibus foedera contrahebantur. Quod Agamemnonis et Priami exemplo appareat, qui, postquam inter utramque aciem medii convenerant, Graecis et Trojanis inspectantibus, paciscuntur [5], iisque ritibus utuntur, quibus foederi sanctitas concilietur et auctoritas. Ab utraque scilicet contrahentium parte agni afferuntur: quod fieri jubet Menelaus:

Οἴσετε δ' ἄρν', ἕτερον λευκὸν, ἑτέρην δὲ μέλαιναν
Γῇ τε καὶ Ἠελίῳ· Διῒ δ' ἡμεῖς οἴσομεν ἄλλον [6].

Quae victimae cum reliquo apparatu sacro in spatium

1) Il. III, 205 seq. 2) Il. XI, 122 seqq. 3) Il. III, 207 seq. 4) Vid. e. g. Il. IV, 192. 5) Quod dicebant ὅρκια πιστὰ τάμνειν. 6) Il. III, 103 seq. Notabile, inquit Heyn. in not. ad l. l., quod Trojani Terrae et Soli duas victimas agnum et agnam, caedere jubentur, Achivi tantum unam Jovi, et quidem agnum marem.

tium inter acies, medium a praeconibus [1] adducuntur, qui mox aquam principum manibus inspergunt:

"Ορκια πιστὰ θεῶν σύναγον . . . .

'Ατὰρ βασιλεῦσιν ὕδωρ ἐπὶ χεῖρας ἔχευον [2].

Tum ex victimarum fronte Agamemnon μαχαίρᾳ pilos rescindit et utriusque exercitus principibus distribuendos praeconibus tradit:

'Ατρείδης δὲ, ἐρυσσάμενος χείρεσσι μάχαιραν,
'Αρνῶν ἐκ κεφαλέων τάμνε τρίχας· αὐτὰρ ἔπειτα
Κήρυκες Τρώων καὶ 'Αχαιῶν νεῖμαν ἀρίστοις [3].

Post haec in mediis principibus adsurgit Atrides, manibusque sublatis Deos, acerrimos perjurii vindices, foederis testes invocat:

Ζεῦ πάτερ, "Ιδηθεν μεδέων, κύδιστε, μέγιστε,
'Ηέλιός θ', ὃς πάντ' ἐφορᾷς, καὶ πάντ' ἐπακούεις,
Καὶ Ποταμοὶ, καὶ Γαῖα, καὶ οἱ ὑπένερθε καμόντας
'Ανθρώπους τίνυσθον, ὅτις τ' ἐπίορκον ὀμόσσῃ [4].
'Υμεῖς μάρτυροί ἐστε, φυλάσσετε δ' ὅρκια πιστά [5].

Diis ita in foederis fidem advocatis [6], conditiones recitat, quibus Paris et Menelaus secum contendant. Deinde caeduntur victimae [7], quae non, ut in sacrificiis, partim cremari, partim comedi solebant [8]. Victima caesa praecones vinum, a Trojanis et Graecis allatum in unoque cratere mixtum [9],

. . . . . ἐκ κρητῆρος ἀφυσσάμενοι δεπάεσσιν
"Εκχεον·

quo facto,

. . . . εὔχοντο θεοῖς αἰειγενέτῃσιν·

'Ωδε

1) De quibus vid. L. II. c. 5. 2) Il. III, 269 seq. 3) Il. L. l. vs. 271 seqq. 4) Cf. L. II. c. 8. §. 5. 5) Il. III, 276 seqq, 6) Quae solennis deorum invocatio ut in jurejurando (vid. L. II. c. 8.) ita in omnibus omnino pactis locum habuit, quo magis de paciscentium fide constaret. Vid. e. g. Il. XXII, 254. Od. XIV, 393. cll. praec. vs. etc. 7) Vid. Il. III, 292 seqq. 8) Vid. dicta L. II. c. 8. §. 4. cll. Il. III, 310. 9) Merum autem fuit: unde σπονδαὶ ἄκρητοι dicuntur Il. II, 341 et IV, 159.

Ὧδε δέ τις εἴπεσκεν Ἀχαιῶν τε Τρώων τε·
Ζεῦ κύδιστε, μέγιστε, καὶ ἀθάνατοι θεοὶ ἄλλοι,
Ὁππότεροι πρότεροι ὑπὲρ ὅρκια πημήνειαν,
Ὧδέ σφ' ἐγκέφαλος χαμάδις ῥέοι, ὡς ὅδε οἶνος,
Αὐτῶν, καὶ τεκέων, ἄλοχοι δ' ἄλλοισι μιγεῖεν· [1].

Vini igitur mixtione et effusione perjuri poenam adumbrabant, cujus quippe ipsius et liberorum cerebrum, vini instar, in humum effunderetur, cum ejusdem uxor, stuprum passa, ita se viro alieno, ut vinum Trojanum Achivo, misceret. Est enim perjurii poena gravissima, quae, etsi non continuo, aliquando tamen certo certius foedifrago a Diis imminet:

Οὐ μέν πως ἅλιον πέλει ὅρκιον, αἷμά τε ἀρνῶν,
Σπονδαί τ' ἄκρητοι, καὶ δεξιαί, ᾗς ἐπέπιθμεν [2].

§. 4. Dextras quoque in foederibus jungebant, quemadmodum Nestoris dicta testantur:

Πῇ δὴ συνθεσίαι τε καὶ ὅρκια βήσεται ἡμῖν;
Σπονδαί τ' ἄκρητοι, καὶ δεξιαί, αἷς ἐπέπιθμεν; [3].

Quem dextras ἐπὶ πίστει καὶ συνθήκαις βεβαίαις jungendi morem, ut ceteris populis, ita Graecis et Trojanis communem fuisse constat. Itaque in amicitiae fidem Glaucus et Diomedes

Χεῖράς τ' ἀλλήλων λαβέτην, καὶ πιστώσαντο· [4].

et Achilles, ut Priamo de ipsius in induciis faciendis fide constaret,

. . . . ἐπὶ καρπῷ χεῖρα γέροντος
Ἔλλαβε δεξιτερὴν, μήπως δείσῃ ἐνὶ θυμῷ [5].

§. 5. In foederibus autem primum fere statuebant, ut res ablatae redderentur. Quod ex singularis inter Paridem et Menelaum certaminis lege, ab Hectore Graecis et Trojanis proposita, patet, ex qua μονομαχίᾳ [6] ita omne negotium transigeretur, ut, altero occiso, al-

1) Il. III, 296 seqq. 2) Il. IV, 158 seq. Cf. L. II. c. 8. §. 5. 3) Il. II, 339 et 341. Cf. IV, 158. 4) Il. VI, 233. 5) Il. XXIV, 671. Cf. nos L. III. c. 13. §. 1. ibiq. not. 6) Qua omnem belli contentionem saepius dirimi supra observavimus, quo fiebat, ut universae acies raro concurrerent. De induciis quoque monuimus h. L. c. 13. § 4.

alter rebus controversis perfrueretur, nec quidquam de suis victus amitteret, sed aliena tantum redderet:

Ὁππότερος . . κε νικήσῃ, κρείσσων τε γένηται,
Κτήμαθ' ἑλὼν εὖ πάντα, γυναῖκά τε, οἴκαδ' ἀγέσθω·
Οἱ δ' ἄλλοι φιλότητα καὶ ὅρκια πιστὰ τάμωμεν [1].

Quibus conditionibus Agamemnon in ipso foedere *τίμην* a Trojanis, Paride occiso, solvendam adjunxit. Ita enim ille:

Εἰ μέν κε Μενέλαον Ἀλέξανδρος καταπέφνῃ,
Αὐτὸς ἔπειθ' Ἑλένην ἐχέτω καὶ κτήματα πάντα,
Ἡμεῖς δ' ἐν νήεσσι νεώμεθα ποντοπόροισιν·
Εἰ δέ κ' Ἀλέξανδρον κτείνῃ ξανθὸς Μενέλαος,
Τρῶας ἔπειθ' Ἑλένην καὶ κτήματα πάντ' ἀποδοῦναι,
Τιμὴν δ' Ἀργείοις ἀποτινέμεν, ἥντιν' ἔοικεν,
Ἥ τε καὶ ἐσσομένοισι μετ' ἀνθρώποισι πέληται [2].

Quod si autem contrahentium alteruter a promissis non stetisset, vel si res dubia mansisset et ambigua, ut in Paridis et Menelai *μονομαχίᾳ*, armis jus suum persequebantur infestoque animo concurrebant, ut virtute hostes prosternerent, vel dolis artibusque perderent. Horum foecundus parens ab Homero laudatur Ulysses, cujus consilio equus ille ligneus in urbem est deductus,

. . . . . . τὸν Ἐπειὸς ἐποίησεν σὺν Ἀθήνῃ,
Ὅν ποτ' ἐς ἀκρόπολιν, δόλον, ἤγαγε δῖος Ὀδυσσεύς,
Ἀνδρῶν ἐμπλήσας, οἵ Ἴλιον ἐξαλάπαξαν [3].

Hinc Trojae urbi excidium belloque Trojano finis fuit. Urbem enim, ut Demodoci *ἀοιδοῦ* verbis utar,

. . . . διέπραθον υἷες Ἀχαιῶν,
Ἱππόθεν ἐκχύμενοι, κοῖλον λόχον ἐκπρολιπόντες [4].

Sic namque Trojae fata ferebant:

Αἶσα γὰρ ἦν ἀπολέσθαι, ἐπὴν πόλις ἀμφικαλύψῃ
Δουράτεον μέγαν ἵππον, ὅθ' εἵατο πάντες ἄριστοι
Ἀργείων, Τρώεσσι φόνον καὶ κῆρα φέροντες [5].

1) Il. III, 92 seqq. cll. vs. 101 seqq. 2) Il. L. l. vs. 281 seqq. cll. vs. 458. 3) Od. VIII, 493 seqq. Cf. XI, 521 seqq. 4) Od. VIII, 514 seq. 5) Od. L. l. vs. 511 seqq.

AD-

ADDENDA.

ADDENDA.

Pag. 3. not. 1. Cf. Nitzsch in Proleg. ad adn. in Hom. Odyss. p. XIV et G. L. Cammann, Vorschule etc. p. 207.

P. 3. §. 5. Cf. M. Casauboni Is. Fil. dissertatio super loco Homerico dubiae apud antiquos interpretationis, quo Dei in hominum tam mentes, quam fortunas imperium asseritur: inserta libro, de Nupera Homeri editione Lugduno-Batava Hackiana etc. Londini. an. 1659.

P. 5. not. 2. D. C. Seybold, super Odyssea Hom., (Halae ad Salam an. 1769) in not. ad p. 56., fatum Homericum, inquit, commune Deorum consilium esse in eo mihi observasse videor. Il. π, 434 Jupiter μοῖραν esse ait, ut a Patroclo occidatur Sarpedon, utque hunc mortis possit eripere faucibus optat. At insurgit Juno: ἔρδ', ἀτὰρ κ. τ. λ. Hinc si Jupiter id, quod contra fatum facit, contra Deorum omnium reliquorum voluntatem facit: quid fatum est aliud, quam Deorum voluntas unanimis? Idem apparebit Od. ι, 530. cll. α, 76 seqq. Uti igitur sub fato intelliguntur decreta Deorum, ita Jupiter, ut concilii divini interpres, pro fato ipso sumitur. Sic e. g. Il. α, 4. quare et ad illum sub plurium persona preces diriguntur — Vid. Cammann Op. l. p. 153 seq. et 203 seqq. Cf. Il. II, 155 seq. VIII, 69 seq. XII, 402. Od. III, 236—38. IV, 208. V, 436 seqq. aliique loci, quos citat Auctor. cf. Nitzsch Proleg. p. XV seq. De v. Κῆρες vid. Nitzsch et Cammann. l. l.

P. 5. *Nuntia Eris.* Hermes hat den dienst des Böthen, doch nicht so sehr um einfache Aufträge, Rathschläge und Warnungen zu überbringen, sondern vielmehr in solchen Fällen, wo ein Aufseher, Besorger, Vermittler und Friedensstifter nöthig ist. Den dienst eines gewöhnlichen Böthen

versieht in der Iliade stets die Iris. Ita Cammann Op. l. p. 197 seq. Cf. P. F. A. Nitzsch Op. l. tom. II. p. 130 seq. Ex Thierschii sententia, Iris deorum quidem nuncia est, sed ita ut munus divini nuntii non quasi unius numinis privilegium valeret. Mercurius, Iris, Minerva et Eris, prout res postulat, nuntii munere fungebantur. Vid. Auct. de divers. Il. et Od. aetate apud Jahn. Jahrb. etc. Tom. III. P. 2. p. 100.

P. 5. not. 10. De Poseidone adeatis Od. V, 291 seqq., quo loco hic tridente sumto nubes collegisse, pontum turbasse, procellas concitasse, et vero nubibus terram et mare texisse dicitur, quibus perderet Ulyssem. De Od. l. l. vid. Thiersch, de div. Il. et Od. aetate ap. Jahn. Jahrb. etc Tom. III. P. 2. p. 100 seq.

P. 6. De Hadis imperio vid. C. W. Halbkart, Psychologia Homerica s. de Homerica circa animam vel cognitione vel opinione commentatio. Zullichaviae an. 1796. c. 4. Heyn. Excurs. VIII. ad Aen. L. VI. Groddekius, in diss. Germ., über das lokal der Unterwelt beim Homer, quae legitur in octava parte lib. Bibliothek der alte. Literatur und Kunst p. 15 seqq. Cammann Op. l. p. 176 seqq. In inferis tria sunt: Orcus, Tartarus, campus Elysius. Orcus est spelunca immensa, interiore terra inclusa, aeneis portis munita. Itaque recte se habet Odyss. Lib. XI. e longinquo enim ea conspexit Ulysses, per portas scil. inferorum apertas. Vid. Halbkart c. 4. §. 7. In Orco pratum est asphodilo planta obsitum. Od. XI, 537 seq. cll. XXIV, 13. Fabula de tribus judicibus citra Homeri aetatem ponenda est. Vid. Heyn. Exc. XI. ad Aen. L. XI. Homerus nullam de Aeaco mentionem fecit. Rhadamanthum in Elysio inducit. Od. IV, 564. VII, 324. Minos in Orco regis et judicis personam, ut in vivis, sustinet, haud vero publici solennisque omnium inferorum judicis dignitate fruitur, quam recentiores demum poëtae et ipsi et collegis tribuerunt. Vid. Od. XI, 567. XIX, 179. Halbkart c. 4. §. 8. — In Tartaro non nisi Titanes adsunt. Il. VIII, 477. estque Tartarus lon-

ge

ge ab Elysio remotus infra terrae fundamenta. De eo, qui factum sit, ut in his similibusque fabulis recentiores tantopere a veteribus differant, disputat Halbkart. c. l. §. 10. De Tartari situ classicus locus est Il. VIII, 16. cll. 478—81. Cf. Hermann, Handbuch der Mythol. aus Homer und Hesiod. p. 243. Köpp. ad Il. VIII, 131 seqq. Halbkart. c. l. §. 11—16. De Elysio vid. Od. IV, 561. ibiq. Nitzsch., Groddekius Op. l. et Halbkart. c. 4. §. 17., qui ejusd. c. §. 20—23. pluribus de Elysii loco egit et iis, quos in eum pervenire statuebant, causam simul tradens, cur in occidentali mundi plaga inveniri putaretur.

De Charonte, Lethe fluvio, aliis ejusmodi, deque annorum numero, per quos insepulti errarent, frustra quid in Homero quaesiveris. Vid. Halbkart c. 5. §. 2. De animarum statu post mortem idem disputat c. l. et K. H. Völcker, über die Bedeutung von ψυχή und εἴδωλον in der Ilias und Odyssee, als beitrag zu der Homerische Psychologie. Giessen. an. 1825., p. 14 seqq.

P. 7. Παιήων. « Wenn man dagegen bemerkt," inquit Cammann. Op. l. p. 181, « dass Apollo mit seinen Pfeilen den leidende Menschen durch einen schnellen Tod aus seinem Elende befreiet, so liegt der Begriff eines heilenden Gottes sehr nahe. Cf. nos pag. 9, 10. et Il. XVI, 514."

P. 7. not. 1. addatur Od. XII, 176.

P. 7. not. 8. At Odyss. VIII, 267. Aphrodite Hephaesti uxor fuisse dicitur. Itaque hic Odyss. locus pugnat cum Il. XVIII, 382. Quodjam Grammatici veteres notarunt: Schol. Ambros. ad Od. l. l. Apud Eustath. ad h. l. nihil, quod hanc rem spectat, invenitur. Ita recte Thiersch de div. Il. et Od. aetate apud Jahn. Jahrb. etc. Tom. III. P. 2 p. 101., et hinc, inquit, concluditur, utrumque locum ab eodem poëta prodire non potuisse. Id nemo negabit. Quamquam vero ita est, neque tamen sequitur, ut totius Odysseae auctor et aetas ab Iliadis diversi sint. Nam Od. θ, 266—306. interpolatoris Homeri aetate longe recentioris figmentum esse, alias ostendi (Urgestallt der

Odyssee p. 63 seq.). Ergo nihil, nisi hoc episodium, altius poëtae opus est.

P. 8. not. 11. Thetis Nereidum una. Vid. Il. I, 357 seqq., 397—406. 502—510. XVIII, 38 — 49. Peleo mortali invita nupsit Il. XVIII, 431. In mari habitat. Il. I, 358. XVIII, 65 seq. ἁλοσύδνη dicitur Il. XX, 207. Od. IV, 404.

P. 10. not. 8. Haec iis confirmantur, quae de Syriae insulae incolis traduntur Od. XV, 409 seqq.

P. 13. §. 5. Rara omnino templorum mentio ab Homero carminibus intexta est. Qua de re Cammann. Op l. p. 270 seq.: « Man muss dieses Stillschweigen in der eigenthümlichen Ansicht von der Gotterwelt begrundet finden. Der Himmel im Allgemeinen und namentlich der Olympus ist die prachtvolle Wohnsitz der Götter: hier hat Zeus sein ewiges, auf Erz gegründetes Haus. Was sollten von menschenhänden aufgeführte Tempel fur sie? Die ganze Erde ist der Schauplatz ihres Wirkens: sie sind den Menschen an allen Orten nahe. Wie konnte man sie einschliessen in enge Mauern? Wie sie darstellen aus Bildern von Erz und Stein? Menschen mögen herrliche Palläste haben. für die Homerische Götter passen sie nicht."

P. 38. c. X. Cf. C. W. Halbkart Op. l. c. 2. §. 17. de praesagitione et vaticinio.

P. 41. §. 4. Cf. Idem c. 2. §. 11. inpr. p. 28 seq.

P. 42. not. 3. Cf. Od. XX, 351 seqq.

P. 43. c. XI. De νεκυΐα, quam spuriam plurimi habent, vid. Thiersch Urgestallt der Odyssee. Spohn, dissert. de extrema Odyss. parte p. 53. W. Müller, Homerische Vorschule p. 132. Baumgarten-Crusius in censura Op. l. Thierschii apud Jahn. Jahrb. etc. Tom. III. P. 2. p. 29. De difficultatibus quibusdam in necuïa Homerica occurrentibus Halbkart. Op. l. c. 5. §. 8, p. 106 seqq. G. G. Nitzsch, de Historia Homeri maximeque de scriptorum carminum aetate meletemata, Fasc. prior. Hannoverae an. 1830. p. 113, e νεκυίᾳ, inquit, quae in Nostis quibusdam antiquioribus Agamemnonem apud inferos cum Achille colloquentem habuerit, petita esse suspi-

spicor illa, quae nunc in Od. ω. (leg. κ) s. νεκυία Odysseae minore male assuta legimus.

P. 43. §. 1. De Tiresia vid. Halbkart Op. l. c. 5. §. 3, 8. Völcker Op. l. §. 5 seqq. inpr. pag. 16 seqq.

P. 45. §. 1. Morientes futura item praedicunt. vid. Il. XVI, 851 seq. XXI, 356. Amicis enim, quos brevi sunt relicturi, prodesse adhuc conantur. Saepe ita fit, inquit Halbkart Op. l. c. 2. §. 18. p. 41 seq., ut ex praeteritis rebus futuros casus conjectura praedicendo, ideoque salubria consilia dando, amicis prospicere studeant. Quae quum aeque heroum aetate, ac nostris temporibus, ita fuerunt, eaque, quae praedicta erant, interdum forte accidissent, facile exstitit opinio, morientes afflatu divino impulsos vaticinari posse.

P. 45. §. 2. Cf. Halbkart Op. l. c. 3. §. 3. de ratione moriendi, et Völcker §. 2. p. 6 seqq.

P. 51. not. 6. Cf. Halbkart et Völcker l. l.

P. 52. De v. εἴδωλον vid. Völcker Op. l. §. 5. pag 8. seqq.

P. 52. not. 2. Cf. Völcker §. 6. p. 18 seqq. Halbkart c. 5. §. 6. p. 101 seqq.

P. 53. §. 4. Cf. Völcker §. 4. Halbkart c. 5. §. 6. cll. §. 3. Vid. Od. X, 493. XI, 40 seq., 483, 491, 517, 562, 571. Il. XXIII, 65.

P. 56. not. 7. Cf. Od. V, 306. Et mari submersorum anima in Orcum abit. Vid. Od. IV, 511. XI, 542. XXIV, 109.

P. 57. Ad verba *ἀΐδου domo prohiberi* addatur ut constat ex Il. XXIII, 69 seqq. De annorum numero, per quos iis errandum sit, nihil habet Homerus. Cf. add. ad pag. 6.

P. 66. Θεὸς ὡς τίεται δήμῳ: haec proverbialiter dicta suspicatur Wachsmuth. Op. l. de quo vid. Jahn. Jahrb. Tom. III. P. 1. p. 74 seq.

Pag. 72. §. 5. ad finem addantur: Quod ad Graecos: rapinis in Asiae minoris litore faciendis, urbibus, Trojanorum sociis, diripiendis, agrisque vastandis exercitui victum quaerebant. Urbes e. g. duodecim cogitetis, ex quibus eversis maximam ab Achille praedam reportatam es-

 se

se memoriae ab Homero proditum exstat. Ex Europa praeterea ad vitam sustentandam necessaria Graecis advecta videntur: vinum certe ex Lemno in castra allatum esse constat ex Il. VII, 467 seqq. Aderant item in castris, qui penum victumque curabant: ταμίαι, σίτοιο δοτῆρες. Il. XIX, 44. Ceterum, inquit G. G. S. Köpke, über das Kriegswesen der Griechen in Heroischen Zeitalter, (quem nobis librum pro sua humanitate deque literis bene merendi studio suppeditavit Doct. W. H. D. Suringar, Gymnasii Leydensis Praeceptor) ceterum, inquit, non nisi decimo belli anno, quem proprie carminibus celebrat Poëta, maximum illum copiarum numerum ab utraque hostium parte convenisse, conjectura adsequi licet, ita ut primis belli temporibus facilius victum sibi comparare potuerint et Graeci et Trojani. Copiarum autem numerus cum periculo deinceps utrimque excrevit.

P. 72. not. 2. Vid. nos L. II. c. 10. §. 4. et L. IV. c. 14. §. 3.

P. 76. not. 1. Ad q. l. vid. Nitzsch. Cf. Fr. Aug. Wolf's Vorlesungen etc. ad Il. I, 50.

P. 76. §. 1. « Was bei Männern der θέραπων war, das war bei Frauen ἡ ἀμφίπολος, eine begleiterin, Gesellschafterin, Aufwärterin. Sie wahr freilich auch gekauft, würde aber viel schonender behandelt, als die gewöhnliche Sclavinnen" Ita Cammann Op. l. p. 284.

P. 83. §. 6. Ad publicas res referri quoque posse video, quae ad concionem a Telemacho relata ad privatas pertinere dixi §. 1.

P. 85. c. VIII. Cf. L. IV. c. 15.

P. 88. §. 5. Quae perjurii poena, ut maxime differatur, aliquando tamen certissime perjurum manet et adsequitur. Vid. Il. IV, 158 seqq.

P. 96. *Phoenices τρῶκται.* Homericis temporibus, inquit Thiersch, de div. Il. et Od. aetate, apud Jahn. Jahrb. etc. Tom. III. P. 2. p. 103, eoque aevo, quod bello Trojano proximum fuit, cum alii, tum Phoenices (vid. F. A. Ukert, Bemerkungen über Hom. Geogr. Weimar. an. 1814. p. 18 et 4.) rerum nauticarum praeter alios illius

lius aevi populos scientissimi et homines callidi atque astuti, maris extremas partes exploraverunt. Jam ne aliae gentes easdem regiones peterent navibus, neque ipsi commodis, quibus, si soli illas nossent, gauderent, privarentur, rumores de feris et immanibus populis, de monstris et monstruosis gentibus, de scopulis erraticis, de Scylla et Charybdi et aliis portentis terrificis studiose dissiparunt, quibus alios ab illis terris cohiberent. Qui mores Phoenicum describuntur Od. ξ. 288.: q. l. in textu nos descripsimus. Cf. Goguet. Op. l. vol. II. p. 272 seqq.

P. 98. not. 5. A. L. Millin, Mineralogie des Homer, aus dem Franz. etc. von F. Th. Rink. Königsberg und Leipzig. 1793, de monetis Il. l. l. cogitandum esse censet, quibus taurorum imagines essent insculptae. Vid. Op. l. p. 54.

P. 99. reg. 6. Immo homines quoque ita aestimabantur. Vid. Il. XXIII, 705. al.

P. 99. *Auri talenta.* « Die Talenten, inquit Millin Op. l. p. 55, von welchen Homer spricht Il. XVIII, 507., wahren mehr ein durch Uebereinkunft bestimmtes Gewicht, ein gebraüchliches Maass, als eine besondre Münze. Wenn indessen gleich diese Talente keinen eigentlichen Stempel hatten, so hatten sie doch ein ebenmässiges Gewicht, eine bestimmte Gestalt."

P. 115. De adulterii poena insignis locus est Od. III, 255 seqq.

P. 116. §. 3. Cf. L. IV. c. 4. §. 2. not. 2.

P. 121. §. 2. Ab avo fere infanti nomen imponitur, ut Ulyssi ab Autolyco Od. XIX, 402 seqq. « Ignorabat Thierschius (qui in libro suo, Urgestalt der Od., ideo spurium habuit locum Od. L. l. vs. 390—466.) plurima ejus generis per cujusvis aetatis scriptores sparsa. Vid. Meineke ad Euphor. p. 128 seq. Sophocl. ap. Kust. Hist. Hom. p. 66." Ita Nitzsch Quaest. Hom. Spec. I. pag. IV. cit. a Baumgarten-Crusio in cens. Thierschii Op. l. ap. Jahn. Jahrb. etc. Vol. III. P. 2. p. 25 seq. Nomina autem ab animi aut corporis, praecipue vero ab hujus, natura et dotibus desumta fingi solebant.

P. 126. reg. 3. Quod ipse ait Homerus Od. XIV, 272. Servam luctatori, qui vicisset, praemium posuit Achilles Il. XVIII, 704 seq.

P. 152. reg. 6. Athenaei verbis L. XI. c. 9. firmatur communis notatio de discrimine inter ῥήγεα et λῖτα. Ostendunt enim omnes, ῥήγεα operiosioris artis fuisse et splendidissima: λῖτα simpliciora, nullo artificio texta nec figuris variegata. Cf. Schneideri Lex. in v. De voce λῖτα vid. etiam Schola Gramm. ad Il. I, 130 in libello, cui titulus, Literarische Analekten, herausgegeben von F. A. Wolf. Tom. IV. p. 501.

P. 160. Ἐπάρχεσθαι. Cf. Cammann. Op. l. 264.

P. 172. §. 5. « Τρίγληνα, sagt Heliodor, welchen Suidas unter dem Worte anführt, bedeutet etwas, das drey Augapfel hat, τρίκορα. Ich stelle mir vor, dass in dem Ohrringe eingefasste Substanz drey ovale Figuren hatte, in gestallt der Augen, daher die den dieses Beywort erhielt." Ita Millin, Op. l. in not. ad p. 17. cll. p. 19.

P. 194. §. 4. Memoratur Od. XVIII, 327. (ad q. l. cf. Eustath.) δόμος χαλκήϊος: « welches beweiset, inquit Millin Op. l. p. 73 seq., dass die Könige und Reichen Schmieden für ihre täglichen Bedürfnisse bey sich hatten."

P. 208. §. 3. Telemachus et Pisistratus quoque ex parentum amicitia hospites fuerunt arg. Od. XV, 195 seqq. Ignotos etiam liberaliter excipiebant ut Ulyssem Alcinous Od. L. VI.

P. 212. §. 3. *Considere jubebant.* Add. *fere* et cf. ejusdem c. §. 4.

P. 218. §. 1. Vid. omnino Od. XIV, 284. Vel hostis, si supplex veniat, tutus hostis domum ingreditur, ut Achillis Priamus Il. XXIV, 155 seqq

P. 220. §. 5. not. 6. Animi causa addimus, ut Nitzschii de Homeri historia etc. p. 70. verbis utar, Schwarzium olim illud Homeri θ. ε. γ. κ. ex iisdem festis Jovis (de quibus vid. Nitzsch. l. l.) esse interpretatum, quippe quod Dii decreta libro in genibus posito inscribere fingerentur. Vid. Pfeiffer, über die Bücherhandschriften, p. 65. ab Auct. l. cit.

P. 245. §. 2. Cantus facultatem donat Zeus Od. I, 545.

345. Musae et Apollo Il. Il, 484. Od. VIII, 62, 73, 471, 487. XI, 367.

P. 249. extr. Cf. Nitzsch. de Hist. Hom. etc. p. 112 seq. et 138 seq. Ex Miscellaneis, quae inveniuntur in Jahn. Jahrb. etc. Tom. XIII. P. 3. p. 363. haec, describimus. „Wer erfahren will, dass seit 300 jahren und länger weder die Philologen den Homer, Hesiod., Herod. u. s. w., noch die Theologen das Alte und Neue Testament verstanden haben, den wird *Karl. Christiaan von Leutsch* in seiner *Anleitung zur Auslegung der Griech. u. Röm. Mythen* (Leipzig. b. Serig. 1828.) darüber belehren. Dort kann man übrigens noch vieles anderes lernen: z. b. dass Hebe die Heva oder Eva, Agamemnon und Menelaus der Memnon und Menes sind: aber ganz besonders, dass die Ilias und Odyssee zwei grosse Duetts sind. Pisistratus und seine Freunde nämlich theilten sie, wenn sie aus diesen Gedichten singen wollten, in zwey Abtheilungen, in Griechen und Trojaner, und sangen die Verse wechselweise. Daher kommts dass sich im Homer so oft Satz und Gegensatz finden. Der Anfang der Odyssee ist hier wieder zum Duett eingerichtet, und es fehlt nur die Musik dazu."

P. 250. §. 4. Si facultatem quaerimus eorum, qui rhapsodiae operam dederint, reperimus inde ab ipso Homero et ejus Phemio, qui se ipsum suopte ingenio carmina fingere prae se fert Od. X, 347., alios sua, alios aliorum carmina exhibuisse, ex quibus tamen illi quoque prius aliorum versus didicisse, quam ipsi quidquam componerent, putandi sunt. Ita, si conjecturae locus est, Odysseae poëta Iliadem didicit: utramque, quam integram norunt, didicerunt Arctinus, Hagias et Stasinus Cyprius. Ita G. G. Nitzsch. de Hist. Hom. etc. p. 121. cf. pag. 138.

P. 251. ad v. αὐτοδίδακτον. Petersen disput. in praef. nostra l. p. 18., Phemius, inquit, se αὐτ. profitetur: idem vero, ne quid dicere impie videatur, mox subjungit, divino numine se afflatum multa et varia canere carminibus Od.

XXII, 344. itaque illud, quod prius dicit, αὐτ. se esse, nullo modo Deos sed solos homines spectat.

P. 251. not. 7. Cf. Od. XI, 521.

P. 251. not. 10. Idem Nitzschius Op. I. p. 113, iidem (cyclici), inquit, ex carminibus antiquioribus similiter profecerunt atque Homerus, et aliquatenus ex iisdem. Hoc nemo non intelliget, qui Od. γ. 135 seqq. cum Nostis, et Phemii Demodocique carmina cum cyclo Trojano omnino comparaverit.



INDEX GRAECUS.

INDEX GRAECUS.

A.

A a Ἀνα-

B.

Γ.

Δ.

Δ.

E.

Z.

H.

Ἡ-

Κα-

Λ.

Λο-

M.

N.

Ξ.

O.

Π.

Πλήσ-

Στρω-

Φρα-

X.

Ψ.

Ω.



ERRATA.

Pag. 33. seqq. *pro* §. 6, 7, 8. *leg.* §. 7. 8. 9.
» 58. lin. 1. *pro* θειμειλιά *leg.* θεμειλιά.
» 77. in not. 1. *pro* regis *leg.* reges.
» 110. in not. 7. *pro* h. L. *leg.* L. III.
» 174. lin. 11. *pro* δμον *leg.* δρμον.
» 219. lin. 12. *pro* Helenâ *leg.* Hecubâ.
» 244. not. 1. *pro* Od. II, 590 *leg.* Il. II, 594 seqq.
» 287. lin. 11. *pro* herose *leg.* heroes.
» 288. lin. ult. *pro* et *leg.* vel.
» 309. in not. 4 ult. *pro* Od. IV, 257 *leg.* Od. V, 257.
» 315. lin. 24. *pro* fodeibant *leg.* fodiebant.
» 324. lin. 9. *pro* τάφρου *leg.* τείχους.
» 335. lin. 9. *pro* ἀφ' ἵππων *leg.* ἐφ' ἵππων.

3



